NAZIONALE
8
32 - A
39
ROMA
VITT. EMANUELE

Col. XVI. Tav. X. Num. 10.

Digitized by Google

9.32.A.39

Pertinet ad Conventum S. Bonaventuræ
de Vrbe

Digitized by Google

Digitized by Google

PERSPECTIVUM LUTHERANORUM, ET CALVINISTARUM;

In duas Partes diviſum.

AD ORTHODOXORUM omnium confirmationem, nutantium inſtructionem, hoſtiumq́; veræ fidei confuſionem, ſingulari ſtudio fabricatum.

Per quod inſpecturis Modernos Evangelicos patebit eſſe verè Lutheranos & Calviniſtas, tum ex ipſo Libro quem vocant Concordiæ, tum ex Libris Lutheri & Calvini:

Nec non

Sacrarum Scripturarum, Conciliorum, Græcorum, Latinorumq́ue Patrum teſtimonijs.

Omnium Sæculorum, à Chriſto nato.

Authore

Fratre BONAVENTURA HOCQUARDO Lotharingo, Ordinis Minorum Strictioris obſervantiæ Reformatorum, SS. Theol. Lectore generali,

D. Hieronymus.

Hæreſes ſuam ad originem revocaſſe, refutaſſe eſt.

Cum permiſſu Superiorum.

Viennæ Auſtriæ, Typis Matthæi Coſmerovij, 1648.

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMANUELE ROMA

Digitized by Google

by Google

ILLVSTRISSIMIS, REVERENDISSIMIS, SPECTABILIBVS, MAGNIFICIS, Admodum Reverendis, Generoſis atque Nobilibus, Circunſpectiſq; Dominis, Dominis

PATRONIS, FAVTORIBVS, ET OMNIBVS TOTIVS

Inclyti Regni Hungariæ Proceribus Catholicæ Religionis Promotoribus ſalutem plurimam in Domino.

NVllatenus ignoratis Illuſtriſsimi, Reverendiſsimi, *cæteriq; omnes fidei Catholicæ Amatores, quàm ſæpè & fideliter veteris legis Prophetæ cunctum populum*

præmonuerint, ne Pſeudoprophetis, mendacia ac vana divinantibus aures præberent. In ea re, & ipſe Salvator noſter IESVS Chriſtus, haudquaquam mediocribus curis ſolicitudineq́ multa affatus fuiſſe videri poteſt, cum toties in Evangelio à Pſeudoprophetarum technis ſimulatâ pietate illorum & fermento cavendum nobis eſſe inculcarit. Secuti hanc ſententiam Evangelij Præcones Apoſtoli, ac reliqui Orthodoxæ fidei vates, ſanctiq́ DEI homines, qui procul dubio, è ſpiritu & inſtinctu DEI Majoribus noſtris ſimili præcepto in Eccleſiâ primitivâ loquuti, omnes Chriſti fideles ut ſibi caverent à falſis Doctoribus, ſummè precati, nec minus enixè cohortati ſunt. Inter quos, non è carne & ſanguine, ſed omnimodâ revelatione æterni Patris, qui in Cælis eſt, Simon ille Petrus Piſcator, Apoſtolorum coriphæus, nonnulla eventura prædixit fore nimirùm, ut in noviſſimis diebus orirentur Pſeudoprophetæ, Magiſtri mendaces, quos clàm introducturos ſectas pernitioſas, hoc eſt

Falſorum Prophetarũ deſcriptio.

negan-

negantes Chriſtum, teſtatur: Quorum luxurias, & exitia non pauci ſint ſequuturi, qui & veritatis viâ deſertâ, in avaritia fictis verbis negotiarentur, carnem ſequentes in concupiſcentia, audaces, perfrictæ frontis, ſibi, philautiâ ſuâ, non parùm adplaudentes, nõ verentes convitiis inceſſere, voluptatem exiſtimantes ſi in diem delitiis fruantur, delitiis in Conviviis affluentes, Luxuriantes oculos habentes, qui à peccando ceſſare non ſciant, pellicientes animas inſtabiles, cor habentes exercitatum rapinis, execrabiles filiÿ, qui relictâ rectâ viâ aberraturi eſſent, ſequuti viam Balaam, filÿ Boſor, in deceptione illuſores, juxtà proprias concupiſcentias ambulantes, libertatem promittentes, quùm ipſi ſint ſervi corruptionis & peccati. Hos eſſe fontes ſine aquâ, & nebulas turbinibus exagitatas, nõ ſine myſterio idem Apoſtolus tradidit. Ea tempora, tantaq; mala nos, fermeq; omnes Chriſti fideles apprehendiſſe, quis non videt? qui ipſiſſimis manibus noſtris (proh dolor)

palpamus, Hungariam tam populoſam, fortem, & tot ſæculis laudatiſſimam hujuſmodi Pſeudoprophetarum fermento undequaq; corruptam eſſe? Vnde vero, & quo authore hæc Lerna & Ilias omnium malorum exorta ſit, non eſt quod dubitemus: Nam velimus nolimus, hoc ingenuè fateri cogimur quidquid impietatis, ſtropharum, ſeditionis, diſcordiæ, contentionis, levitatis, inconſtantiæ, defectionis à fide & religione, factionum & reliquorum vitiorum & ſcelerum Hungaria, ſuo malo peſſimo, aliquot jam annis experta eſt, atque in præſentiarum ſentit, hoc totum uni apoſtatæ Monacho Martino Luthero, & uni infami presbytero Ioanni Calvino tanquam primariis authoribus & ſummis Hereſiarchis, acceptum ferri debet. Et quidquid incendij, voracisq; flammæ ſubortum eſt, quis dubitabit ab illis vomitibus primùm vires ſuas accepiſſe? Lutherus ipſe re verâ inſtar calidiſſimi illius ſerpentis, qui primos parẽtes ſuâ perſuaſione in mortem uſque ſeduxit,

Lutherus & Calvinꝰ omniũ malorũ fons.

xit,

xit, perindè ut Angelus ſatanæ, & tenebrarum Princeps prodigialitèr in lucis angelum ſeſe transfiguravit, & in pacatiſſimam, religioſiſſimamq́ primò Germaniam, deinde Hungariam ſub ovinâ pelle & ſimpliciſſimâ religioſi cujuſdam fraterculi formâ irrepſit, ſuisq́ dogmatibus perblandis ſub Evangelij prætextu ſemper exitiale virus, mentibus Christi fidelium inſtillavit: donec tandem complurimorum animos, relictâ honeſtatis viâ veteri, ad quævis inhoneſta ſcurriliaq́ ſubeunda, ſub umbrâ libertatis Evangelicæ falsò prædicatæ, libidineq́ dicendi, credendi, faciendi quoduis libuit, ac libeat in ſe ſuamq́ ſpurcam vivendi licentiam pertraxit. Et cum inter cætera ſolam nudamq́ fidem ad ſalutem ſufficere, neque bonis operibus, cum (ipſo authore) peccata læthalia eſſent, vacare oportere, ſtrenuè ac mordaciſſimè docuiſſet, en quotquot prurientibus auribus erant, facile laſſas manus, & ſoluta genua habere

Germania & Hungaria totius mali præſentis originem Luthero & Calvino ſolis acceptam ferre debent.

Lutherus contra bona opera.

 cepe-

Digitized by Google

cœperunt. Et hoc uno inſtituto Bruccos, hoc eſt popularem multitudinem, Athenienſium more, ſemper nova cupientem, repentè ſibi annumeravit. Sed quo hypocriſis illa tenderet, non eſt quod multis declarem: ſiquidem ubi verſipellis illa vulpecula blanditiis ſuis, technis, perſuaſionibus, dulciq́ʒ ſono inconſtantes & ſimpliciores animos allexerat, & illos quaſi ſuis caſſibus & ſagenis irretitos haberet, mox quaſi ferus aper ſpumanti & fulminanti ore fremebundus proſilijt, vineamq́ʒ Domini Sabbaoth, tot ſæculis, in timore DEI, *bonâ conſcientiâ, honeſtâq́ʒ converſatione florentem, & jam à majoribus noſtris tam piè cultam plantatamq́ʒ, Chriſti ſanctorumq́ʒ ſanguine irrigatam, vaſtare & radicitus bonum ſemen evellere conatus eſt. Dum enim ex Evangelio primo omnium loco, dilectio* DEI *& proximi maximè conſervanda, & commendanda erat (proh dolor) refriguit, & ubi abundaverat ju-*

ſtitia

ſtitia & charitas, abundavit poſtea iniquitas, infinitæ quoque hæreſes natæ & ſchiſmata graviſſima ſuborta ſunt: Ex eo quoque fonte, imò fœtidiſſimâ ſentinâ iræ, concertationes, inimicitiæ, lites, æmulationes, ſeditiones, invidiæ, cædes, & cætera carnis opera, à Divo Paulo, non ſine ſpiritu DEI *toties, & præcipuè Galatis enumerata, ſecuta ſunt. Quid dicam? Abominabile hoc monſtrum fide noſtrâ adeo contentum non fuerat, ut veteres jam olim damnatas hæreſes ab inferis reſuſcitarit, tùm novas, & nullis ſæculis neque etiam ab Iudæis, Ethnicis, aut præteritorum ſæculorum hæreticis auditas, excogitans induxit, eum ſequente ferme ubique Calvino, prædicavit pertinaciſſimoq́ue animo defendit.* Errores ac hæreſes Lutheri.

Primum enim Sacramenta, illorumq́ue numerum ab Eccleſiâ receptum convellere auſus, ſeptem eſſe negavit, donec duo tantùm, nec illa integra, reliqua perſtitere. Ritum formamq́ue Baptiſmi, hactenus etiam à temporibus Sacraméta eluſa diminutaq; Luthero.

 Apoſto-

Apoſtolorum per totum terrarum orbem unanimi conſenſu obſervatum temerè demutavit. Confirmandi Vngendiq́ uſum, etiam cum deriſu & ludibrio penitus abolevit. Poſt conſecrationem in Euchariſtiâ manere panem ac vinum, contrà Catholicam doctrinam impiè docuit. Miſſæ Canonem tot ſæculis receptum, & ferè totam miſſam immutavit, ac propriam ſtatuit. Miſſam non eſſe ſacrificium, non modo contrà Catholicam ſententiam à temporibus Apoſtolorum uſque ad nos piè creditam, ſed & contrà apertiſſima Danielis, Malachiæ & cætera ſacræ ſcripturæ loca, novâ & anteà vix auditâ hæreſi, pro ſua libidine improbavit. Pœnitentiam, illiusq́ partes temerè & inverecundè confudit. De auriculari confeßione toties variavit, ut jam populi majorem partem, non modo utroque pede claudicantem fecerit, ſed & ab eâdem abſtraxerit, deterruerit, & averterit. Eccleſiaſticum Sacerdotium è medio ſuſtulit, &

Miſſa abrogata.

Pœnitētia confuſa. Confeſſio ſuppreſſa.

fun-

Digitized by Google

funditus delevit, imprudenter effingens, cunctos Laicos, etiam viliſſima ſcorta, Sacerdotes & Epiſcopos eſſe, Matrimonium tàm ſpurcè, tàm fœdè, & in omnem venerem ita tractavit, ut jam paſſim graduum nulla ratio habeatur. Bone Deus, quot mulierculas mollitèr educatas hâc opinione & libidinandi licentiâ in ſectam ſuam allexit? Monachos & ſanctimoniales quos Nonnos & Nonnas adpellare conſuevit, ex Monaſteriis abduxit: & hic perdiligens extitit author, quo cuncti Religioſi, repudiato caſtitatis voto, & omni jurejurando contempto, monaſticam vitam deſtruerent, Calicibus, reliquis quoque aureis & argenteis vaſis, Deo divinoq; cultui dicatis, valde onuſti Wittembergam quaſi in breves Giaros, profugerent, ibiq; reliquum vitæ in deliciis abſumerent. Explicari inſuper (etiam ſi centum Linguæ ſint) vix poterit quanta Monachorum & Monialium turba, nuptias Wittembergæ, Lu-

Sacerdotium conturbatum.

Nonni Nonnæ.

thero

Digitized by Google

Apoſtolorum per totum terrarum orbem unanimi conſenſu obſervatum temerè demutavit. Confirmandi Vngendiq́ uſum, etiam cum deriſu & ludibrio penitus abolevit. Poſt conſecrationem in Euchariſtiâ manere panem ac vinum, contrà Catholicam doctrinam impiè docuit. Miſſæ Canonem tot ſæculis receptum, & ferè totam miſſam immutavit, ac propriam ſtatuit. Miſſam non eſſe ſacrificium, non modo contrà Catholicam ſententiam à temporibus Apoſtolorum uſque ad nos piè creditam, ſed & contrà apertiſſima Danielis, Malachiæ & cætera ſacræ ſcripturæ loca, novâ & anteà vix auditâ hæreſi, pro ſua libidine improbavit. Pænitentiam, illiusq́ partes temerè & inverecundè confudit. De auriculari confeſſione toties variavit, ut jam populi majorem partem, non modo utroque pede claudicantem fecerit, ſed & ab eâdem abſtraxerit, deterruerit, & averterit. Eccleſiaſticum Sacerdotium è medio ſuſtulit, &

Miſſa abrogata.

Pœnitẽtia confuſa. Confeſſio ſuppreſſa.

fun-

Digitized by Google

funditus delevit, imprudenter effingens, cunctos Laicos, etiam viliſſima ſcorta, Sacerdotes & Epiſcopos eſſe, Matrimonium tàm ſpurcè, tàm fœdè, & in omnem venerem ita tractavit, ut jam paſſim graduum nulla ratio habeatur. Bone Deus, quot mulierculas mollitèr educatas hâc opinione & libidinandi licentiâ in ſectam ſuam allexit? Monachos & ſanctimoniales quos Nonnos & Nonnas adpellare conſuevit, ex Monaſteriis abduxit: & hic perdiligens extitit author, quo cuncti Religioſi, repudiato caſtitatis voto, & omni jurejurando contempto, monaſticam vitam deſtruerent, Calicibus, reliquis quoque aureis & argenteis vaſis, DEO *divinoq; cultui dicatis, valde onuſti Wittembergam quaſi in breves Giaros, profugerent, ibiq; reliquum vitæ in deliciis abſumerent. Explicari inſuper (etiam ſi centum Linguæ ſint) vix poterit quanta Monachorum & Monialium turba, nuptias Wittembergæ, Lu-*

Sacerdotium conturbatum.

Nonni Nonnæ.

thero

Vota contempta.

thero ſic inſtigante copulanteq́; celebrarint. Et quid amplius? In cunctis locis ubi ſecta prævaluit, Monachi ac Sacerdotes, ſeſe Opificibus ſedentarijq́; operis vilioribus addixerunt. Et quò optimum vivendi exemplar praberet aliis, è quodam Monaſterio aliquot plauſtra ſanctimonialium oneravit, è quibus unam cæteris formâ præſtantiorem, & genere nobilem ſibi conjugio copulavit; Et hæc plurimorum mortalium mentibus tam fæde inculcavit, ut jam quidquid bonorum operum laudetur & efferatur, pro nihilo & contemptiſſimum ſit. Inde factum eſt, ut jejunia in luxus, precationes in blaſphemias, & cætera omnia, quæ Catholici benefacta putabant, in ſcelera commutata fuerint: Quotquot enim ſeſe tam petulanti ſectæ addixerunt, nullâ ſanctorum temporum ratione habitâ, porcos, porcellos, & omnium animantium carnes abſque ulla neceſſitate, in grande offendiculum pro-

Tempora commixta.

ximi,

Digitized by Google

ximi, quaſi milvinianâ voracitate devorârunt. Dies feſtos, etiam Dominicam, Ritus & Caremonias tot ſaculis piè per œcomenicam, hoc eſt univerſalem Eccleſiam obſervatas, pene cunctas extinxit. Purgatorium aliquoties damnavit, & poſthac, ut quavis in deſerto arundine inſtabilior, reſtituit. Sanctorum interceſſionem ac patrocinia in pleriſq; locis, tàm validè ſtabilivit, roboravit, ut nemo ſanctius religioſiùsq; firmare poſſe videretur, mox tamen ſibi contradixit, & miracula ab eis edita contempſit; Et quo in ſanctos blaſphemiarũ tyrannidem omnem exerceret, dæmoniaco ſpiritu obſeſſus, audacter tenuit & affirmavit, poſt Chriſti in Cœlum aſcenſionem ſanctorum neminem conſcendiſſe cœlos, neque nos, aut quemquam è poſteris aſcenſuros in Cœlum uſque ad extremi judicij diem: Quæ hæreſis apud Catabaptiſtas receptiſſima eſt. De beatiſſimâ Virgine ac Genitrice DEI

Feſti dies rejecti.

Cæremoniæ extinctæ.

Purgatorium dubium.

Blaſphemię in ſanctos.

Nemo poſt Chriſtum aſcendit in Cœlum.

Digitized by Google

tam prodigioſa monſtra peperit, ut etiam ea recitare nolim, propter pudorem. Et res abominanda nimis, cunctisq́; ſtupenda fidelibus, ut authoritas & fides veterum ſacræ ſcripturæ interpretum (qui non tam verbo quam ſanctâ converſatione, etiam proprio ſanguine, tabernaculum, templumq́; Dei erexerant) pedibus conculcata, & pœnitus adempta ſit. Et licet illi in ore frequentiſſimum fuerit Verbo Dei nihil addendum, nihil detrahendum, nec quicquam immutandum: quia quod in ſcripturis non habetur, ait; hoc planè ſatanæ additamentum eſt. Attamen planum eſt quamplurimis erroribus defœdaſſe novum Teſtamentum; addendo, detrahendo pro libitu ſuo. Hic eſt Eccleſiaſtes & Evangeliſta Lutheranorum, qui jam non Chriſtiani vocari volunt ſed Evangelici; nec mirum, quod cujusvis potius Evangelium quàm Chriſti ſuſcipiant. Plura dicturus in libro; mirabuntur ſcio, & neſcio quid jam

Luthetani & Calviniſtæ cur Evangelici?

ſentit

ſentit mali animus, videor mihi obgannire ſuperborum turbam, languentumq́; animos torpore & inſaniâ correptos in me, meumq́; opus (meum, inquam, non novitate, ſed congeſtione, labore, & vigiliis acquiſitum) erectos atque intenſos, ajentes. In hoc libro non eſt Ciceronis oratorum Principis eloquentia, nec mirabilis Periclis facundia. ſed immanis detrahentium morſus non eſt curandus; audio verba C H R I S T I *mei Salvatoris, qui ſedens contra Gazophylacium aſpiciebat quomodo turba jactaret æs in Gazophylacium, & multi divites jactabant multa. Cum veniſſet autem una vidua pauper, miſit duo minuta, quod eſt quadrans. Et convocans Diſcipulos ſuos, ait illis, Amen dico vobis, quoniam vidua hæc pauper plus omnibus miſit, qui miſerunt in Gazophylacium. Omnes enim ex eo quod abundabat illis, miſerunt: Hæc vero de penuria ſua omnia quæ habuit miſit, totum victum*

ſuum.

ſuum. Sic ego feci, quare dicam cum Regio Pſalmiſta, non timui nec trepidabo, quid faciat mihi homo. Mirabuntur multi inſuper ſcio, cur vobis Illuſtriſſimis, Reverendiſſimis, Magnificis, *cæteriſq; omnibus Orthodoxæ fidei inclyti Regni Hungariæ Proceribus, non aliis* Illuſtriſſimis, Reverendiſſimis, Magnificis, &c. *Imperij, vel alterius Regni has meas Diſſertationes ſeu potius defenſiones Orthodoxæ ac Catholicæ fidei conſecraverim ac dedicaverim. Multæ ſunt cauſæ: Præcipua tamen una eſt, ut paucis reſpondeam, quod viderim veſtrum ſtudium in Orthodoxam fidem univerſalis Eccleſiæ in ultimis Comitiis habitis, utpotè qui evidentiſſimis argumentis indubitatæ fidei, acerrimos, nec non amiciſſimos defenſores vos eſſe declaraveritis, & cum Paulo dixeritis: Quis ſeparabit nos à charitate* CHRISTI? *Tribulatio, an anguſtia, an fames, an nuditas, an periculum, an perſecutio, an gladius? ſicut*

ſcriptum

ſcriptum eſt : quia propter te mortificamur totâ die : æſtimati ſumus ſicut oves occiſionis : ſed in omnibus ſuperamus, propter eum qui dilexit nos. Certi enim ſumus; quia neque mors, neque vita, neque principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate DEI, *quæ eſt in* CHRISTO IESV *Domino noſtro &c. Hæc maxima ratio fuit cur has meas defenſiones pro Orthodoxâ & Catholicâ fide in unum librum conflatas, & in publicum emiſſas, veſtro nomini conſecrare voluerim. Accipite igitur has quantulaſcunque, qui quo fælici auſpicio fidem catholicam cœpiſtis defendere, eo fine concludatis opto, ſcilicet fæliciſſimo.* Deumq́ *immortalem, quibus maximè poſſum precibus oro, atque obteſtor, ut debeo; ut quam diutiſſimi ſitis in vitâ, &*

 inco-

incolumes ad multorum utilitatem, & commoditatem Eccleſiæ Chriſti DEI, Amen.

Illuſtriſs. Reverendiſs. Spect. Magnif. &c. DD. VV.

humilis cliens

F. Bonaventura Hocquardus.

PRÆ-

Digitized by Google

PRÆFATIO
AD
BENEVOLUM
LECTOREM.

NVlla hactenus Secta inchoata eſt benevole Lector, à quâ ſequaces ſe denominari renuiſſent: Simonianiſmo exurgente, & primo erumpente à Simone Mago Simoniani nominati ſunt: Saturniniani à Saturnino: Nicolaitæ à quodam Nicolao, qui perhibetur unus eſſe ex illis ſeptem quos Apoſtoli Diaconos ordinarunt, ſed Apoſtata factus: Carpocratiani à Carpocrate: Valentiniani à Valentino: Pelagiani à Pelagio multorum perditore: Huſſitæ ab Huſſio perditiſſimo, qui Diabolicus effici Martyr non dubitavit: ut epilogiſmo utar, omnes Sectatores alicujus erroris à primo errante ſuo capite denominari non ſunt ve-

riti,ut Lutherani,à Luthero,à Calvino,Calviniſtæ. Mirum cur moderni temporis Antigoniſtæ Lutherani & Calviniſtæ ſuæ Sectæ Fabricatoris nomen abhorreant, ſed ſanè meritò, quis enim perditiſſimi hominis ſceleratam vitam, omniq; vitiorum contagione affectam, ſuam eſſe fateatur? Quis Apoſtatæ & ab omni virtuoſo facinore alienati nomen uſurpabit in titulum? Nemo ſanæ mentis id factitare audebit, confido. Quis enim maturâ humanitate inſignitus, Diabolicâ fraude circumventum ſuum eſſe Paſtorem fatebitur? quales Lutherus & Calvinus extiterunt; dum flagitioſum dogma Zizaniæ inſtar, inter jugera Chriſtianæ veritatis, peſtilenti audaciâ, ſeminarunt. Quî ergo dicendi hi agnelli, ex ovili veri paſtoris alienati? Forſan Evangelici, hoc abſit: Evangelici enim vocari debent qui verè Evangelium ſequuntur: hoc Luthe-

rani

Digitized by Google

rani & Calviniſtæ non faciunt; quomodo ergo Evangelici? credo nomine, non re: qui enim recedit ab Eccleſiâ Catholicâ & Apoſtolicâ contumaciter, is minimè Evangelici titulo eſt illuſtrandus: cum autem in pluribus Lutherani & Calviniſtæ recedant, non titulo tali inſigniendi ſunt. Meritò ergo ſui fundatoris titulum uſurpabunt, quem in doctrinâ peſtiferâ, contumaci audaciâ, venerantur: is autem venerationem habet, qui ſelectum Organum Dei à Viris magnis illius ſectæ nuncupatur. Si enim diligenter inſpiciant Lutherani & Calviniſtæ literas Chriſtiani Secundi Ducis Saxoniæ, S. R. I. Archimarſcalli & Electoris Scriptas, & tranſmiſſas ad omnes ac ſingulos Prælatos, Comites & Barones, totumque ordinem Equeſtrem, maximè ad Superintendentes, Paſtores & Eccleſiarum Miniſtros, invenient quid de ſuis fun-

datoribus fateatur: Verba ſunt hæc: *Poſteaquam* DEVS *lucem Evangelicæ veritatis, in hâc inclinati mundi Veſperâ, per miniſterium ſelecti ſui Organi Domini Martini Lutheri miſericorditer accendit, eamq; ex indubitato verbo ſuo puram & incorruptam benigniſſimè largitus eſt &c.* Hæc in principio Libri Concordiæ. Vel enim merebatur hanc laudem hic Apoſtata, vel non: ſi merebatur, quare abhorrent talis Organi intitulationem? Si non, quare doctrinam ſequuntur non organi DEI? Si abhorrent nomen (quod benefaciunt) abhorreant & doctrinam, ſic titulum Evangelicum uſurpabunt. Neque enim fas eſt, alicuius hominis, excellentiſſimis Spiritus Sancti donis illuminati titulum abijcere; qualis Lutherus (licet falsè) nominatus eſt in Libro Concordiæ Pag. 733. de Cœna Domini, verba ſunt hæc: *Et quia ſingularibus & excellentiſſimis Spiritus Sancti donis*

illu-

Digitized by Google

illuminatus Hæres D. Lutherus prævidit in Spiritu, &c. Si Spiritus Sancti donis illuminatus Hæres eſt Lutherus, cur talis illuminati fundatoris, nomen alienatâ facie audiunt, fugiunt, contemnunt, illud uſurpando, quo verè denominari nequeunt? Nec Calvinus ſicco calamo tranſeundus eſt, de quo habemus Epiſtolam ad Baſilium Marquardum Bernenſem, quæ ponitur in principio Librorum inſtitutionum poſt Præfationem, in quâ vocant illum præſtantiſſimum Theologum & Sanctum virum. Si Sanctus vir & talis Theologus, cur intitulationem ſpernunt cujus doctrinam ſequuntur? Organum enim Dei, quale nominatur, talis & auditor ejus nominari debet: atqui Calvinus à Rodolpho Gualtero, de locis communibus Petri Martyris Calviniſtæ ſic nominatur. Verba ſunt hæc: *Quid autem de illuſtri illo & indefeſſo Spiritus Sancti Organo Calvino*

dico? &c. Si fuit Organum Spiritus Sancti (quod ego non credo) cur Calviniſtas tali nomine inſigniri pudet quali fuerat inſignitus ipſorum fundator? Credo etenim quod ſi verè fuiſſet Organum Dei ejus nomine vocari non contemnerent. Vt autem ſcias, benevole Lector, Lutheranos & Calviniſtas non debere vocari Evangelicos, ſed Lutheranos & Calviniſtas, hoc opuſculum ex diverſis Authoribus compilare volui, conſtat in articulis, quos ſi diligenter legeris, illos facilè convinces, & fundatoris nomine nominandos approbabis. Vale & pro me Devm exora.

Digitized by Google

APPROBATIO.

EX Commiſſione Reverendiſſimi Domini Marci Antonij Caccia SS. Theologiæ Doctoris, Protonotarij Apoſtolici, Comitis Palatini, Cathedralis Eccleſiæ ad S. Stephanum Viennæ Auſtriæ Canonici, nec non pro tempore Antiquiſſimæ & Celeberrimæ Vniverſitatis Viennenſis Rectoris Magnifici, Perſpectivum Lutheranorum & Calviniſtarum in duas partes diviſum, ab Admodùm Reverendo P. Bonaventura Hocquardo Lotharingo Ordinis Minorum Strictioris Obſervantiæ Reformatorum SS. Theologiæ Lectore generali, ſabricatum, utriuſque hominis oculis quanta potui intentione inſpexi & pervidi, atque ſicut in perſpectivo res à longè poſitæ, clarè videntur, ita in eo ſacram Eccleſiæ Catholicæ doctrinam à multis retro ſæculis, à tempore ſcilicet Chriſti Salvatoris noſtri ab Apoſtolis eorumque diſcipulis, nec non à SS. PP. adhæc uſque noſtra tempora traditam clariſſimè repræſentari cognovi, ut proinde judicem illud in Orthodoxorum Confirmationem, & in fide errantium inſtructionem (*dummodò viſione non obliquâ ſed rectâ, rectâ inquam intentione fidei veritatis intelligendæ, ſuæq; æternæ ſalutis curandæ illud inſpiciant*) in lucem prodire. Actum Viennæ Auſtriæ die ultimâ Maij Anno 1648.

Fr. Reinerus Piſtorius Ord. Prædicat. SS. Theol. Doctor, eiuſdemq; in Conventu FF. Prædicatorum Profeſſor Ordinarius.

Imprimatur

Bernardus Holler I. V. Doctor Sacræ Cæſareæ Maieſtatis in excelſo inferioris Auſtriæ Regimine Cōſiliarius, & pro tempore inclytæ Vniverſitatis Vieñenſis Rector Magnificus.

Hæc fuerunt ab Impreſſore omiſſa, abſente Libri Authore, in quibuſdam exemplaribus.

Digitized by Google

APPROBATIO.

EX Mandato Reverendiſſimi Patris Franciſci Maxentij ab Arco Commiſſarij Generalis Germaniæ ſuperioris & Regnorum adjacentium Fratrum Minorum Strictioris Obſervantiæ Reformatorum Lectoris jubilati, Concionatoris Generalis,& ſacræ inquiſitionis conſultoris, librum intitulatū Perſpectivum Lutheranorum & Calviniſtarum in duas partes diviſum, ad Orthodoxorum omnium confirmationem,nutantium inſtructionem, hoſtiumque veræ fidei confuſionem,&c.compoſitum ab Admodùm Reverendo Patre Bonaventura Hocquardo Lotharingo dicti inſtituti Sacroſanctæ Theologiæ Lectore Generali, perlegi diligentiſſimè quàm potui, in quo nihil inveni quod repugnaret Orthodoxæ fidei, conſtitutionibus Apoſtolicis, vel ſanctæ Matris Eccleſiæ Romanæ & Apoſtolicæ, ſive etiam bonis moribus: imò doctrinam in eo adverti contineri ſummè utilem,authoritatibus ſacræ Scripturæ, ſacrorum Conciliorum & ſanctorum Patrum omnium ſæculorum à Chriſto nato ſolidè confirmatam, de quâ nullatenùs dubitare quis poteſt, niſi ad ſolis lucem cæcutiens ſit: quare judicavi dignum ut in lucem tale Perſpectivum prodiret, ut quilibet poſſit per ipſum, & in ipſo veritatem veræ & Orthodoxæ fidei conſpicere. Datum Viennæ Octavo Maij Anno 1648.

Fr. Franciſcus Heraldus Ordinis Fratrum Minorum Strictioris Obſervantiæ Reformatorum SS. Theologiæ Lector Generalis.

Imprimatur ſervatis ſervandis;
Fr. Franciſcus Maxentius ab Arco Commiſſarius Generalis, qui ſupra.

ARTI-

Digitized by Google

ARTICVLI TOTIVS LIBRI.

ARticulus primus de nomine Evangelici eſt, & unitate Sanctæ Matris Eccleſiæ, & Apoſtolicæ. Et de capite huius unius Eccleſiæ, Chriſti Vicario, Romano Pontifice. Quid ſentiunt Orthodoxi; Quid verò Lutherani & Calviniſtæ Lutheri & Calvini ſequaces, & qui Fautores Orthodoxorum, qui Lutheri & Lutheranorum, & Calvini & Calviniſtarum. I.

Articulus ſecundus eſt de juſtificatione. Quid ſentiant in hoc Catholici, ſeu Orthodoxi: Quid verò Lutherani & Calviniſtæ. Et qui Fautores Catholicorum, qui verò Lutheranorum & Calviniſtarum. II.

Articulus tertius, de numero Sacramentorum apud Catholicos, & qui Fautores eorum, & apud Lutheranos & Calviniſtas, & qui Fautores eorum. III.

Articulus quartus. De Tranſubſtantiatione. Quid doceant Catholici, qui Fautores eorum: Quid verò Lutherani, Calviniſtæ, & qui Fautores eorum. IV.

Articulus quintus, de reali præſentiâ Corporis Chriſti in Euchariſtiâ ſub ſpeciebus panis. Quid Catholici ſentiant, qui Fautores eo- V.

Digitized by Google

rum: Quid verò Calviniſtæ, & qui Fautores eorum.

VI. *Articulus ſextus. Quid Catholici ſentiant de Sacramento Euchariſtiæ extra uſum, qui Fautores eorum: Quid verò Lutherani, & Calviniſtæ, & qui Fautores eorum?*

VII. *Articulus ſeptimus eſt de utraq; ſpecie Euchariſtiæ. Quid ſentiant Catholici, qui Fautores eorum: Quid verò Lutherus, Lutherani, Calviniſtæ, & qui Fautores eorum, & Lutheri Contradictiones & inconſtantiæ.*

VIII. *Articulus octavus eſt de auriculari confeſſione, & quo ad enumerationem peccatorum. Quid doceant Catholici, & Fautores eorum: Quid verò Lutherani, & Calviniſtæ, & Fautores eorum, Lutheriq; & Lutheranorum contradictiones.*

IX. *Articulus nonus de Partibus Sacramenti Pœnitentiæ, quot ſint, & quæ ſint apud Catholicos Fautores eorum: Quot verò apud Lutheranos, Calviniſtas, & quæ, & qui Fautores eorum.*

X. *Articulus decimus eſt de effectu Sacramentorum, nimirùm gratiâ. Quid doceant Catholici, qui Fautores eorum: Quid verò Lutherani, & Calviniſtæ, & qui eorum fautores.*

XI. *Articulus undecimus eſt de ordine Ec-*

cleſia-

Digitized by Google

cleſiaſtico, quod nemo debeat in Eccleſiâ publicè docere, aut Sacramenta adminiſtrare, niſi ritè vocentur. Quid circa hunc articulum doceant Catholici qui fautores eorum: Quid verò Lutherani & Calviniſtæ, & qui fautores eorum.

Articulus duodecimus eſt de cultu & invocatione Sanctorum. Quid doceant Catholici, fautores eorum: Quid verò Lutherani, & Calviniſtæ, & qui fautores eorum. XII.

Articulus decimus tertius de Sacrificio Miſſæ. Quid doceant Catholici, qui fautores eorum: Quid verò Lutherani, & Calviniſtæ, & qui fautores eorum. Deq; Magiſtro Lutheri in impugnatione Sacrificij. XIII.

Articulus decimus quartus, de Purgatorio. Quid doceant Catholici, fautores eorum: Quid verò Lutherani cum Luthero & Calviniſtæ, & Fautores eorum. XIV.

Articulus decimus quintus, de libero arbitrio. Quid doceant Catholici, qui eorum Fautores: Quid verò Lutherani, & Calviniſtæ, & Fautores eorum. XV.

Articulus decimus ſextus de Abuſibus, quos vocant Lutherani; maximè de Cœlibatu Sacerdotum, & votis Monachorum. Quid Catholici doceant, Fautores eorum: Quid verò Lutherani, & Calviniſtæ, & Fautores eorum. XVI.

Arti-

XVII. *Articulus decimus ſeptimus de Abuſu Miſſæ, ut ipſi Lutherani cum ſuo Luthero dicunt. Cenſura Orientalis Eccleſiæ.*

XVIII. *Articulus decimus octavus, de Abuſu Confeſſionis ut Lutherani dicunt. Cenſura Orientalis Eccleſiæ.*

XIX. *Articulus decimus nonus, de virtute & efficaciâ jejunij. Quid doceant Catholici, Fautores eorum: Quid verò Lutherani, & Calviniſtæ, & eorum Fautores.*

XX. *Articulus vigeſimus. De Statutis diebus jeiuniorum, ut de jeiunio Quadrageſimæ, Quatuor Temporum, Vigiliarum, &c. Quid Catholici doceant, Fautores eorum: Quid verò Lutherani, & Calviniſtæ & Fautores eorum.*

XXI. *Articulus vigeſimus primus. De Delectu Ciborum. Quid doceant Catholici, Fautores eorum: Quid verò Lutherani, & Calviniſtæ, & Fautores eorum.*

XXII. *Articulus vigeſimus ſecundus. De Traditionibus. Quid doceant Catholici, Fautores eorum: Quid verò Lutherani, & Calviniſtæ, & eorum Fautores.*

Cenſura Orientalis Eccleſiæ, cum ſuâ exhortatione ad Germanos Lutheranos, datâ reſponſione ad Articulos Confeſſionis Auguſtanæ,

ad

ad eam miſſos, nempè ad Hieremiam Patriarcham Conſtantinopolitanum illius Eccleſiæ.

Articulus vigeſimus tertius. De contradictionibus Lutheri in doctrinâ Fidei, de Diſſenſione ſuorum Diſcipulorum in eâdem, deq; Contradictionibus Calvini, & ſuorum. XXIII.

Lutheri Contradictiones.

1. *De unitate Eccleſiæ.*
2. *Diſſenſiones graves Lutheranorum & Calviniſtarum in rebus Fidei.*
3. *Lutheranorum mendacium ad Hieremiã Conſtantinopolitanum Patriarcham.*
4. *De Romano Pontifice.*
5. *De ſolâ fide juſtificante.*
6. *De Sacramentis in genere.*
7. *De Baptiſmo.*
8. *De Confirmatione.*
9. *De Euchariſtiâ.*
10. *De Præparatione ad Sacramentum Euchariſtiæ.*
11. *De Veneratione huius Sacramenti.*
12. *De Sacramento Pœnitentiæ.*
13. *De Sacramento Matrimonij.*
14. *De Sacramento Ordinis.*
15. *De Sacramento Extremæ Unctionis.*
16. *De Confeßione Auriculari.*
17. *De Contritione.*

18. *De*

Digitized by Google

18. *De Satisfactione.*
19. *De ordine Eccleſiaſtico.*
20. *De Cultu & invocatione Sanctorum.*
21. *De Sacrificio Miſſa.*
22. *De Purgatorio.*
23. *De Libero arbitrio.*
24. *De Cœlibatu Sacerdotum, & votis Monachorum.*
25. *De Iejunij Virtute.*
26. *De Fide & Operibus.*
27. *De Obſervantiâ Mandatorum DEI.*
28. *De Traditionibus Humanis.*
29. *De Poteſtate Eccleſiaſticâ, & de Feſtis.*
30. *De Conciliis Generalibus.*
31. *De Magiſtratu Civili.*
32. *De Regimine Turcarum.*

In omnibus his ſibi contradicit Lutherus. Sequuntur & quædam Contradictiones Calvini, & ſuorum, quas videbis parum ante finem Libri.

NOSTRI

Digitized by Google

NOSTRI SECVLI SECTARVM EX LVTHERI Pſeudo Evangelio natarum Catalogus, è Lindani Ruræmundenſis Epiſcopi Dubitantio deſumptus.

Evangelicorum igitur, qui Evangelij iſtius novi, quod jactant, doctrinam per Lutherum, aliosvé adulteratam ſectantur, tres claſſes reperiuntur:

Videlicet	Lutherani	ab año 1517.
	SemiLutherani	uſque ad annum
	AntiLutherani	1567.

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMANUELE ROMA

Prima Claſſis.

Lutherani.	Illiricani.	1.
	Majorani.	2.
	Antinomi.	3.
	Mansfeldenſes.	4.
	Jenenſes.	5.
	Oſiandrini.	6.
	Stancariani.	7.
	Muſculani.	8.
	Juſtificatorij.	9.
	Pfeffingeri.	10.
	Paſtillari.	11.

Secunda

Digitized by Google

Catalogus Sectarum.

Secunda Claſſis.

SemiLutherani.	Interimiſtæ.	1.
	Adiaphoriſtæ.	2.
	Luthero anſidriani.	3.
	LutheroZwingliani.	4.
	Vbiquetij.	5.
	Belliani.	6.
	Hushuſij.	7.
	Melanchthonici.	8.
	Frontones.	9.
	Pneumatici.	10.
	LutheroPapiſtæ.	11.

Tertia Claſſis.

AntiLutherani.	Sacramentarij.	1.
	Zwingliani.	2.
	Oecolampadiani.	3.
	Martiriani.	4.
	Bucerani.	5.
	Farelliſtæ.	6.
	Calviniſtæ.	7.
	Bezanitæ.	8.
	Boquinij.	9.
	Richerij, ſeu Marcioniſtæ.	10.
	Valentiniſtæ.	11.
	Servetiani.	12.
	Alaſcani.	13.
	Campaniſtæ.	14.

Humſte-

AntiLutherani.

Humſtedij. 15.
Swencfeldiani. 16.
Poſtellani. 17.
Deiſtæ, ſeu Trinitarij. 18.
Antimariani. 19.
Anabaptiſtæ. 20.
Muntzerici. 21.
Apoſtolici. 22.
Nudipedes. 23.
Spirituales. 24.
Cathari. 25.
Tacentes. 26.
Euchitæ. 27.
Enthuſiaſtæ. 28.
Adamitæ ſeu Adamiani. 29.
Mennonitæ. 30.
Tibbæ. 31.
Maliapi. 32.
Liberi. 33.
Adiaphori. 34.
Hutitæ. 35.
Ambroſiani. 36.
Auguſtiniani. 37.
Melchioritæ. 38.
Monaſterienſes. 39.
Clancularij. 40.
Manifeſtarij. 41.
Baculares. 42.

Digitized by Google

AntiLutherani.

- Scripturarij. 43.
- Ollarij. 44.
- David Georgiani. 45.
- Batemburgici. 46.
- Pacifici. 47.
- Doſtoricidæ. 48.
- Sanguinarij. 49.
- Ægidiani. 50.
- Libertini. 51.
- Quintiniſtæ. 52.
- Antichriſtiani. 53.
- Dæmoniaci. 54.
- Dæmonicolæ. 55.
- Epicurei, ſeu Athei. 56.

Iſthæc eſt ergo Martini Lutheri quinti Evangeliſtæ genealogia ſeu poſteritas & Succeſsio.

Hanc rurſus Staphilus, Libro quem de Lutheranorum inter ſe concordiâ edidit, in tres immundos ſpiritus, ſeu bufones partitur:

Nempe,
- Anabaptiſtas.
- Sacramentarios.
- & Homologiſtas, ſeu Confeſſioniſtas: qui proteſtantes eccleſiaſtæ nuncupantur.

Primus itaque (inquit) ſpiritus immundus

mundus ſeu buſo, eſt Bernardus Rotmannus. Laicus quidem ille & indoctus, filius tamen Lutheri, & Pater Anabaptiſtarum: qui cœpit anno Domini 1524. Ex eo prodiêre:

- Muntzerani. 1.
- Adamitæ. 2.
- Stebleri. 3.
- Sabbatarij. 4.
- Clancularij. 5.
- Manifeſtarij. 6.
- Dæmoniaci. 7.
- Communia habentes. 8.
- Condormientes. 9.
- Ejulantes. 10.
- Georgiani Davidici. 11.
- Memonitæ. 12.
- Polygamiſtæ. 13.

Secundus ſpiritus immundus & buſo, eſt Carolſtadius, filius Lutheri, & pater Sacramentariorum: qui cœpit anno Domini 1521. Quem poſtea Zwinglius & Calvinus ſecuti ſunt. Eſt autem Sacramentariorum multiplex genus. Primò, novem ſunt Sacramentariæ factiones, quas Lutherus ipſe in ſuâ parvâ confeſſione de Cœnâ Domini, Zwinglianis impi-

git. Deinde ſex ſunt aliæ, quas Philippus Melanchthon vult eſſe inter Lutheranos: quemadmodum in ejus Iudicio, quod ante obitum ſuum ad Rheni electorem principem ſcripſit, & anno Domini 1560. Heidelbergæ editum eſt, luculenter ac perſpicuè videre licet. Communiter vero ſunt ea quæ ſequuntur:

Significativi.	1.
Tropiſtæ.	2.
Energici.	3.
Arabonarij.	4.
Adeſſenarij.	5.
Metamorphiſtæ.	6.
Iſcariotiſtæ.	7.
Neutrales Sacramentarij.	8.
Iconoclaſtæ.	9.

Tertius immundus ſpiritus, & bufo, Melanchthon eſt, pater Confeſſioniſtarum, filius Lutheri Pſeudoprophetæ, Cœpit anno Domini 1530. quorum ſunt contrariæ claſſes.

Primi horum ſunt Rigidi & ſtoici Lutherani, qui ſine ullo delectu omnes Lutheri abſurditates defendunt: adeò quidem rigidè, ut nihil Lutherus potuerit aliquando tàm rancidum, fœdumque dicere,

cere, quod illi pro ſacro Sancto & puro DEI Evangelio non prædicent & tueantur ſunt autem ij:

Antimoni.	1.	Rigidi confeſſioniſtæ.
Samoſatenici.	2.	
Infernales.	3.	
Infernales alij.	4.	
Antidæmoniaci.	5.	
Amſdorffiani.	6.	
Antidiaphoriſtæ.	7.	
Antoſiandriani.	8.	
Antiſuencfeldiani.	9.	
AntiCalviniani.	10.	
Manuſimpoſitorij.	11.	
Biſacramentales.	12.	
Sacerdotales.	13.	
Inviſibiles.	14.	

Secunda claſſis Confeſſioniſtarum, ea eſt, in quâ ſunt molles illi Philoſophi Theologi Wittenbergenſes, qui volunt civiles & manſueti, omnibuſque ſupra dictis (ſunt enim ſectarij plerique omnes Seditioſi) cordatiores videri, & quoquo modo cum alijs ſectis pacem colere, ſicut quondam Meletiani & Rethorij. Dumq; ex Libro Interim aliquantulum ſe propiùs ad catholicos adjungere velle ſimu-

Digitized by Google

lant, ex alijs erroribus in alios æquè fœdos, prioribuſque contrarios pro labuntur, alicubi ex Manichæis facti Pelagiani. Sunt autem ij;

Bibliſtæ.	1.
Adiaphoriſtæ.	2.
TriSacramentales.	3.
QuadriSacramentales.	4.
Lutherocalviniani.	5.
Semioſiandriani.	6.
Majoriſtæ.	7.
Pœnitentiarij.	8.
Novi Pelagiani.	9.
Syncretizantes.	10.

Tertia Confeſſioniſtarum claſſis, eſt ea, in quâ ſunt extravagantes. Qui tametſi doctrinam Auguſtanæ confeſſionis non obſcurè oppugnent, tamen greges iſtorum prophetarum ſub Auguſtanæ confeſſionis prætextu, ſe pro Lutheranis gerunt, idque propter authoritatem principum, qui eidem Confeſſioni nomen ſuum dederunt: re ipsâ tamen longius vagantur à placitis Lutheri, quàm cætera turba Confeſſioniſtarum. Sunt autem ij:

Swenc-

Noſtri Temporis.

Swencfeldiani.	1.	Extravagantes Confeſſioniſtæ.
Oſiandrini.	2.	
Stancariani.	3.	
Antiſtancariani.	4.	
Novi Pelagiani.	5.	
Novi Manichæi.	6.	
Manichæi & Marcioniſtæ Calviniani.	7.	

Hæ porrò ſectæ, generali appellatione, his nomenclaturis vulgò nuncupantur:

Hugoniſtæ.	1.	Hæreticorũ noſtri temporis vulgaris appellatio.
Evangelici.	2.	
Sacramentarij.	3.	
Sectarij.	4.	
Idololatræ hæretici.	5.	
Cacangeli.	6.	
Sataniſtæ.	7.	
Falſiprophetæ, ſeu pſeudoapoſtoli. De his vide locis ſuis.	8.	

Hæc eſt ergo Martini Lutheri, omnium recentiorum hæreticorum patris, origo & ſucceſſio: quam quô ad vivum magis cordatus Lector contemplari poſſit: vivaciùſq; atq; tenaciùs ſuæ menti infigere, hâc tabellâ depictam, ob omnium oculos ponere operæ pretium duximus. *Hæc ex Lindano.*

Præcipuæ tamen Lutheranorum Sectæ hæ ſunt:

1. *Antinomi, qui duce Ioanne Agricolâ Islebienſi, legem* DEI *planè reijciunt, docentes Chriſtum Servatorē eam impleſſe, & abrogaſſe. Itaq; neminem amplius ad eam ſervandam obligari, quòd indigna ſit, quæ Dei Verbum appelletur. Illis quicquid libet licet, modò tantùm credant in Chriſtum.*

2. *Oſiandrini, docent homines tantùm eſſentiali Dei juſtitiâ, eâq; in nobis habitante juſtos & beatos effici; adeò ut nulla res alia juſtitia noſtra eſſe poſſit, præter ipſum ſolum Deum, aut tres in divinitate perſonas, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, Chriſtum mediatorem eſſe, & juſtificare homines, ſecundùm divinam naturam tantùm.*

3. *Stancariani, à Franciſco Stancaro, duas in Chriſto naturas, Neſtorij more, dividunt.*

4. *Majoriſtæ, à Georgio Majore, docent*

Digitized by Google

bona opera adeò neceſſaria eſſe ad ſalutem, ut ſine iis nemo ſalvari poſſit.

5. *Amsdorfiani, à Nicolao Amsdorfio, dicunt opera eſſe pernicioſa ad ſalutem.*

6. *Synergiſtæ, à Philippo Melanchthone, &c. hominis voluntatem liberè cum Dei gratiâ operari aſſerunt, & multum viribus humanis tribuunt.*

7. *Flacciani, duce Matthiâ Flaccio Illyrico, oppugnant Majoriſtas, Synergiſtas, & Adiaphoriſtas: retinent Mordicus Lutheri dogma de ſervo arbitrio, & inevitabili Stoicâ neceſſitate.*

8. *Adiaphoriſtæ, in ſuis Eccleſiis retinent ſacras veſtes, Albas, Caſulas, luminaria, altaria, imagines, & aliquos ritus Eccleſiaſticos, & hæc inter* ἀδιάφορα *numerant.*

9. *Subſtantiarii, ducibus Illyrico, Spangenbergio, &c. peccatum Originis ipſam naturam & Subſtantiam hominis eſſe docent.*

10. *Pfeffingeri, à Ioanne Pfeffingero, Paſtore Lipſienſi, Pelagii renovato erro-*

Digitized by Google

re, docent hominem ſuis naturalibus Viribus Verbo Dei aſſentiri, promiſſionem aperehendere, & Spiritui Sancto parere poſſe.

12. *Musculani, ab Andreâ Muſculo, in Oſiandrinos & Stancarianos invecti, docent Chriſtum ſecundùm utramque naturam in cruce paſſum & mortuum eſſe.*

13. *Vbiquiſtæ, è Ioanne Brentio, duas in Chriſto naturas ita confundunt, ut damnatam Eutychetis hæreſin revocare videantur. Docent enim humanam in Chriſto naturam non minus ubique eſſe quàm ſit divina.*

Propter has Sectas, quomodo inter ſe diſſentiant, quomodo alij alios perſequantur, & ex aliâ urbe in aliam eijciant, docent hiſtoriæ Oſiandri, Illyrici, Heshuſij, Stanckari, Spangenbergij, Majoris, Zuenckfeldij, &c.

ARTI-

Digitized by Google

ARTICVLVS PRIMVS.

DE NOMINE EVANGELICI ET VNITATE SANCTÆ

Matris Eccleſiæ, Catholicæ, & Apoſtolicæ, extra quam nulla datur ſalus, ſicut nec extra Arcam Noë, quæ eius typus, & figura fuit, ulla anima ſalva facta eſt, aut ſalva fieri potuit,

1. Petri 3.

QVemadmodum illi verè & propriè Chriſtiani dicuntur, qui Chriſtum imitantur, & eius veſtigia ſequuntur; juxta illud Petri Apoſtoli: *Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut ſequamini veſtigia eius, &c.* Ita Illi propriè & verè Evangelici dicuntur, qui doctrinam Evangelij IESV Chriſti amplectuntur, ſequuntur, & ſuſcipiunt perennitèr ſequendum, & alios, ubi opus fuerit, eam docendum, & prædicandum. De quibus loquens

Chriſtiani Qui.

Petrus Apoſt. Epiſt. 1. cap. 2.

Evangelici Qui.

Digitized by Google

1. Petr. 2. loquens D. Petrus ait: *Vos genus electum, regale Sacertotium, gens ſancta, populus acquiſitionis, ut virtutes annuncietis eius qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen ſuum. Qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei: qui non conſecuti miſericordiam, nunc autem miſericordiam conſecuti, &c.* Econtrariò qui doctrinam contrariam Chriſti Evangelio ſuſcipiunt diſcendum, ſequendum, & alios docendum, ut Sectarij noſtri temporis, nullatenus digni ſunt tali nomine, ut dicantur Evangelici, niſi ironicè, vt illi, de quibus Paulus: *Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant.* De his poſſum illud dicere, quod Auguſtinus ſanctus dicebat: *Quàm dolendum eſt, ut qui ſecundum carnem fratres ſumus, non unâ ſocietate vivamus; præſertim, quia vobis facilè eſt attendere & videre civitatem ſuper montem conſtitutam, de quâ Dominus ait in Evangelio, quod abſcondi non poſſit. Ipſa eſt enim Eccleſia Catholica, unde* κατολικὴ *græcè appellatur, quòd per totam orbem terrarum diffunditur. Hanc ignorare nulli licet; Ideò ſecundum verbum Domini noſtri IESV Chriſti abſcondi non poteſt, &c.* Et iterum alibi: *Tenet me in Eccleſiâ ipſum Catholicæ nomen, quod non ſine causâ inter*

Non Evangelici Qui.

D. Paulus. ad Titum 1.

Auguſtinus Epiſt. 170.

Matth. 5.

Contra Epiſtolam Manichæi c. 4.

tam

tam multas hæreſes ſic ipſa ſola obtinuit, ut cum omnes hæretici ſe Catholicos dici velint; quærenti tamen peregrino alicui, ubi ad Catholicam conveniatur, nullus hæreticorum vel baſilicam ſuam vel domum audeat oſtendere.

De hac loquens D. Cyprianus Chriſti martyr: & ipſam probans eſſe vnicam ſic, ait, *ut unitatem Eccleſiæ Chriſtus manifeſtaret, unitatis eiuſdem originem ab uno incipiente ſuâ authoritate diſpoſuit. Hoc erant utiq́; & cæteri Apoſtoli, quod fuit Petrus, pari conſortio præditi & honoris & poteſtatis;* (intellige quod par erat authoritas in Apoſtolis prædicandi baptizandi & abſolvendi) *ſed exordium ab unitate* (ſcilicet capitis) *proficiſcitur, ut Eccleſia Chriſti una monſtretur.*

Tract. 3. de ſimplicit. Prælat.

Apoſtoli pares Petro.

Petrus caput Eccleſiæ conſtituitur à Chriſto.

Vnam Eccleſiam, etiam in Cantico Canticorum Spiritus Sanctus ex perſona Domini deſignat & dicit. *Vna eſt columba mea, perfecta mea, una eſt matri ſuæ, electa genetrici ſuæ.* Hanc Eccleſiæ unitatem, ait D. Cyprianus, qui non tenet, tenere ſe fidem credit? Qui Eccleſiæ renititur & reſiſtit, in Eccleſiâ ſe eſſe confidit? quando & Beatus Paulus Apoſtolus hoc doceat & Sacramentum uni-

Cap. 6.

Eccleſia unica.

Epheſ. 4.

Digitized by Google

unitatis oſtendat, dicens: *Vnum Corpus, & unus Spiritus, una ſpes vocationis veſtræ, unus Dominus, una fides, unum baptiſma, unus DEVS.* Quam unitatem firmitèr tenere, & vindicare debemus maximè Epiſcopi qui in Eccleſiâ præſidemus, ut Epiſcopatum quoque ipſum unum atque indiviſum probemus. Nemo fraternitatem mendacio, nemo fidei veritatem, perfidâ prævaricatione corrumpat.

Caput unũ in Eccleſia.

Epiſcopatus unus eſt, cujus à ſingulis in ſolidum pars tenetur. Eccleſia una eſt, quæ in multitudinem latius, incremento fœcunditatis extenditur.

Similitudines.

Quomodo ſolis multi radij, ſed lumen unum, & rami arboris multi; ſed robur unum, tenaci radice fundatum: Et cum de fonte uno plurimi rivi defluunt, numeroſitas, licet diffuſa videatur, exundantis copiæ largitata, unitas tamen ſervatur in origine. Avelle radium ſolis à corpore, diviſionem lucis unitas non capit. Ab arbore frange ramum, fractus germinare non poterit.

Eccleſia ubiq; perfuſa.

Sic & Eccleſia Domini luce perfuſa, per orbem totum radios ſuos porrigit, vnum tamen lumen eſt, quod ubique diffunditur, nec unitas corporis ſeparatur; ra-

mos

mos ſuos in univerſam terram copia ubertatis extendit, profluentes largiter rivos latius expandit, vnum tamen caput eſt, & origo una, & una mater fœcunditatis ſucceſſibus copioſa. Illius fœtu naſcimur, ipſius lacte nutrimur, ſpiritu eius animamur. Adulterari non poteſt ſponſa Chriſti, incorrupta eſt & pudica. Vnam domum novit, unius cubiculi ſanctitatem, caſto pudore cuſtodit. Hæc nos Deo ſervat; hæc filios Regno, quos regeneravit, aſſignat. Quisquis ab Eccleſiâ ſegregatus, adulteræ jungitur, à promiſſis Eccleſiæ ſeparatur. nec pervenit ad Chriſti præmia, qui relinquit Eccleſiam Chriſti. Alienus eſt, prophanus eſt, hoſtis eſt; habere jam non poteſt Deum Patrem, qui Eccleſiam non habet matrem. Si potuit evadere qui extra Arcam Noë fuit: & qui extra Eccleſiam foris fuerit, evadet. Monet Dominus & dicit: *Qui non eſt mecum, adverſus me eſt, & qui non mecum colligit, diſpergit.* Qui pacem Chriſti, & concordiam rumpit, adverſus Chriſtum facit. Qui alibi præter Eccleſiam colligit, Chriſti Eccleſiam diſpergit. Dicit ipſe Dominus: *Ego & Pater unum ſumus.* Et itе-

Eccleſia errare non poteſt.

Nulla ſalus extra unã Eccleſiam.

Matth. 12.

Ioan. 10.

rum

rum de Patre & Filio & Spiritu Sancto
1. Ioan. 5. ſcriptum eſt : *Et hi tres unum ſunt.* Et quiſquis credit hanc unitatem de divina firmitate venientem, Sacramentis Cœleſtibus cohærentem ſcindi in Eccleſiâ poſſe & voluntatem collidentium divortio ſeparari? Hanc unitatem qui non tenet, Dei legem non tenet; non tenet Patris & Filij fidem; vitam non tenet & ſalutem. Hoc unitatis Sacramentum, hoc vinculum concordiæ inſeparabiliter cohærentis oſtenditur, quando in Evangelio tunica Domini noſtri Iesv Chriſti non dividitur, omninò non ſcinditur, ſed ſortientibus de veſte Chriſti, quis Chriſtum potius indueret, integra veſtis accipitur, & incorrupta atq; individua tunica poſſidetur. Loquitur ac dicit Scri-
Ioann. 19. ptura divina: De tunica autẽ, quæ de ſuperiore parte nõ conſutilis, ſed per totũ textilis fuerit; dixerunt ad invicem: *non ſcindamus eam, ſed ſortiamur de ea cuius ſit.* Vnitatem illam portabat de ſuperiore parte venientem: Id eſt de Cœlo à Patre venientem, quæ ab accipiente & poſſidente ſcindi omninò non poterat, ſed totam ſimul & ſolidam firmitatem inſeparabiliter obtinebat. Poſſidere non

poteſt

poteſt indumentum Chriſti, qui ſcindit & dividit Eccleſiam Chriſti. Cum Deo manere non poſſunt; qui eſſe in Eccleſiâ Dei unanimes eſſe noluerunt. Ardeant licet flammis, & ignibus traditi (nota propter Ioañem Hus combuſtum in Concilio Cõſtantienſi, quẽ vocant Lutherani martyrem, qui ſe ſeparaverat ab Eccleſiâ Chriſti) vel objecti beſtijs animas ſuas ponant, non erit illa fidei corona, ſed pœna perfidiæ: nec religioſæ virtutis glorioſus exitus, ſed deſperationis interitus. Occidi talis poteſt, coronari non poteſt. Hæc Divus Cyprianus.

Extra unã Eccleſiam nullus martyr.

Nota præter alia, illa verba. Cum Deo manere non poſſunt, qui eſſe in Eccleſiâ Dei unanimes noluerunt.

Nota & illa. Non perveniet ad Chriſti præmia, qui relinquit Eccleſiam Chriſti.

Lutherum & Calvinum non manſiſſe unanimes in Eccleſiâ Chriſti, & in eâ eos fuiſſe, & eam reliquiſſe, facile eſt probare.

Quod fuerint in eâ, de Calvino teſtantur omnes qui ſcribunt de eo, ut Claudius Sainctes, Hoſſius, Prateolus Elenchi Alphabetici omnium hæreſum

Calvinus veram reliquit Eccleſiam.

Digitized by Google

lib. 3. ubi enarrat præcipuos errores ipſius, quomodo inſurrexerit, & quo tempore, & ſub quo Magiſtro: plurimum enim & Doctore, & amico Martino Bucero utebatur Argentinæ, Genevâ pulſus (ubi prius creatus Theologiæ Lector à Farello) propter ſeditiones & novam doctrinam, quam diſſeminare ceperat. Sed neq; cum ſuo Patre Farello aut Oecolampadio, neque ſuo cum avo Zvvinglio convenire potuit: imò utrumque reprehendit, quod cœnam Domini non rectè tractarint. Lege Ioannem veterem in primâ ſuâ Religionis & Regis Francorum defenſione, adverſus exitioſas ejusdem Calvini, & Bezæ, & Ottomani Conjuratorum factiones. Lege & Cochlæum de actibus Calvini; fuit enim Presbyter Noviodunenſis & ab eâ Civitate pulſus, & Lilio Gallico ſignatus, ob crimen Sodomiticum adjudicatus igni, ſed interceſſione quorundam amicorum liberatus, tandem Lilio ignito ſignatus, & à Civitate in exilium pulſus eſt.

Calvinus presbyter ut criminoſus.

Quoad Lutherum, audi ipſummet in Epiſtolâ, quam ſcribit ad Leonem X: & habetur Tom. 1. Ien. fol. 75. pag. 2. ubi hæc verba habet.

Quare

Digitized by Google

Quare Beatiſſime Pater, proſtratum » me pedibus T. B. offero cum omnibus » quæ ſum & habeo. Vivifica, occide, » voca, revoca, approba, reproba, ut pla- » cuerit: vocem tuam, vocem Chriſti in » te præſidentis & loquentis agnoſcam: ſi » mortem merui, mori non recuſabo &c. » Die Sanctæ Trinit. anno 1518. »

Lutherus ad Romanum Pontificum.

Item in aliâ Epiſtolâ quæ habetur etiam Tom. cit. fol. 210. pag. 2. Nunc » Beatiſſime Pater coram Deo & totâ cre- » aturâ teſtor, me neque voluiſſe, neque » hodie velle, Eccleſiæ Romanæ ac Beati- » tud. T. poteſtatem ullo modo tangere, » aut quâcunque verſutiâ demoliri: Quin » pleniſſimè confiteor hujus Eccleſiæ po- » teſtatem eſſe ſuper omnia, nec ei præfe- » rendum quidquam ſive in cœlo, ſive in » terrâ, præter Iesvm Chriſtum Do- » minum omnium. Nec B. T. ullis ma- » lis dolis credat, qui alitèr de Luthero » hoc machinantur. Ex Altemburgo 3. » Martij 1519. »

Lutherus ad Leonem X.

Præterea in Comemoratione rerum, quæ Auguſtæ anno 1518. in Comitijs cum Luthero acta ſunt.

Inprimis. Ego Frater Martinus Luthe- » rus Auguſtinianus, proteſtor me colere, »

Lutheri proteſtatio.

« & ſequi ſanctam Romanam Eccleſiam,in « omnibus meis dictis,& factis, præſenti- « bus, præteritis & futuris; Quod ſi quid « contra,vel aliter dictum fuit,vel fuerit, « pro non dicto haberi, & habere volo. Hæc ibi.

Iudicium Lutheri de Eccleſiâ Romanâ.

In reſolutionibus autem editis aliarum propoſitionum anno 1519. Pri- « mùm quod me movet Romanum Pon- « tificem eſſe alijs omnibus (quæ ſaltem « noverimus Pontifices gerere) ſuperio- « rem, eſt ipſa voluntas Dei, quam in ipſo « facto videmus. Neque enim ſine volun- « tate Dei in hanc Monarchiam venire « unquam potuiſſet Romanus Pontifex: « At voluntas Dei, quoquo modo no- « ta fuerit, cum reverentiâ ſuſcipienda « eſt: Ideoque non licet Romano Pon- « tifici reſiſtere. Hæc autem ratio tanta « eſt,ut etiam ſi nulla alia cauſa eſſet, hoc « tamen ſatis eſſet ad compeſcendam te- « meritatem reſiſtentium. Ita Luther.

Nota bene.

Ex his vides,benevole Lector,Lutherum fuiſſe de Eccleſiâ Chriſti,quam vocat Romanam Eccleſiam, à quâ non licet recedere: quia ſancta,& nihil eſt ei præferendum,ut dicit,ſive in Cœlo, ſive in terrâ,præter unum Iesvm Chriſtum.

Quod

Digitized by Google

Quod autem eam reliquerit, & ab eâ defecerit, & conſequenter æternaliter perierit, patet clarè in actis exuſtionis, quæ vocat Antichriſtianarum Decretalium anno 1520. & habetur Tom. 2. Ien. lat. fol. 320. pag. 1. vbi ait: Niſi toto corde diſſentiatis à Regno Papali, non poteſtis aſſequi animarum veſtrarum ſalutem. Adeoque diverſum eſt Regnum Papæ à Regno Chriſti, & vitâ Chriſtianâ: ut tutius foret in eremo agendo, nullum omninò videre hominem quàm verſari in Regno Antichriſtiano. Caveat igitur quiſquis animæ ſuæ conſultum velit, ne aſſentiendo Papiſtis, Chriſtum neget. Hæc ibi.

Relinquit Lutherus Eccleſiam Romanam.

Præterea Tom. 2. Lat. Ien. fol. 539. pag. 1. in Diſput. contra articulos Lovanienſes, propoſi. 49. Cacolyca, ait, verius eſt Eccleſia Papæ & Magiſtellorum, Eccleſiæ Chriſti ſanguinaria adverſatrix, & vaſtatrix. Et propoſit. 5. Si Teſtis eſt illis, ſua ipſorum conſcientia, Papatum, non modo ſine verbo, ſed & contra verbum eſſe Eccleſiæ invectum.

Lutheri contradictio de Eccleſiâ.

Ore tuo tè judico Luthere, ergo fuiſti tu, & omnes tui uſque ad annum 19. in Eccleſiâ Cacolycâ, & ſine verbo, & per

Prædeceſſores Lutheri damnati.

conſequens extra veram Eccleſiam, extraque veram fidem, ſicque omnes tui prædeceſſores ſunt æternalitèr damnati: *quia extra veram & unicam Eccleſiam nulla eſt ſalus.*

1. Petri 3.

Antecedens eſt clarum; anno 19. defeciſti, vel 20; quando combuſſiſti in deſpectū Papæ ſacros Canones. Imò commune dictum eſt tuum & tuorum ſequacium defeciſſe Eccleſiam tempore Gregorij Magni, anno Chriſti 590. ergo non fuiſti tu, nec tui in verâ Eccleſiâ; conſequenter omnes tui prædeceſſores damnati.

Nec dicendum ignorantiam excuſare illos; *quia ignorans ignorabitur.* De omnibus Chriſtianis, etiam qui extra Eccleſiam ſunt, illud dici poſſet, ſicq; eſſet falſa D. Petri ſententia. Quod extra unam, & veram Eccleſiam homines non poſſint ſalvari. Illud quoque Pauli falſum: *unus Deus, una fides, unum baptiſma.*

1. ad Corinth. 14.

Epheſ. 4.

Lutheri cōtradictio.

Miror hujus hominis inconſtantiam. Nam Tom. 1. Ien. Lat. Diſput. de fide, propoſit. 61. fol. 504. ait: « Non eſt arrogandum vlli poſt Apoſtolos hoc nomen, « quod non poſſit errare in fide, niſi ſoli « Eccleſiæ univerſali. Hæc ille.

Eccleſia non poteſt errare.

Vides

Vides contradictionem per Eccleſiam univerſalem velit, nolit, non poteſt intelligere aliam quàm Eccleſiam Romanam: De quâ Paulus Rom. 1. *quia nulla eſt in toto orbe diffuſa, niſi illa.* *Rom. 1.*

Audi illum & in Epiſt. de Anabaptiſt. ad duos Parochos Tom. 2. Ger. Nos ingenuè fatemur, quòd in Papatu multa bona ſint, Chriſtiano nomine digna, quæ inde ad nos uſque promanarunt. fatemur nimirùm, quòd in Papatu vera ſit Sacra Scriptura, verus baptiſmus, verum Altaris Sacramentum, veræ claves ad peccatorum remiſſionē, verum concionandi munus, verus Catechiſmus, vt ſunt Oratio Dominica, decem præcepta, & fidei articuli, &c. Audio, & video quod Anabaptiſmum quidam in hunc ſolum finem ſuſcipiunt, ut ſic Romanum Pontificem vexent, ut qui nihil velint ab AntiChriſto retinere: non ſecùs ac ſacramentarij (intelligit Calviniſtas) propterea in Sacramento, non niſi panem & vinum agnoſcunt, ſolùm in odium Romani Pontificis, & putant ſe hoc modo Papatum debellaturos; debili me herclè, nituntur fundamento; Hoc modo negare illos oporteret univerſam ſcriptu-

Iudicium Lutheri de doctrinâ in Papatu.

Contra Anabaptiſtas.

Lutherani accipiunt Scripturam ab Eccleſiâ Romanâ.

« ram, & concionandi munus. Hæc enim « omnia habemus à Papâ; alias nobis « nova ſcriptura condenda eſſet. Hæc « ille.

Lutheri cotradictio.

Ore tuo te judico Luthere: ſi hæc omnia habes à Papâ, ergò Eccleſia Papæ, non eſt Cacolyca. & ſine verbo, ut tu prius dicebas. Et ſanè eſt neceſſe te fateri habere vos omnia à Papâ, ſive ab Eccleſiâ Papæ, quia alia tua dogmata, quæ ab Eccleſiâ non accepiſti, ab antiquis Hæreticis accepiſti, ut oſtendam.

Sententia D. Hieronymi de Eccleſia verâ.

Pergamus, noſtrum propoſitum probando de unitate Eccleſiæ. D. Hieronymus lib. adverſus Luciferianos ſub finem: *Brevem tibi apertamq; animi mei proferam ſententiam. In Eccleſiâ illâ permanendum eſt, quæ ab Apoſtolis fundata, uſq; adhùc durat. Sicubi audieris eos, qui dicuntur Chriſti, non à quoquam alio nuncupari, ut puto Marcionitas, Valentinianos, Montinenſes, ſive Campates, ſcito non Eccleſiam Chriſti, ſed Antichriſti eſſe Synagogam.*

Antichriſti Synagoga.

Ex hoc enim ipſo, quod poſtea inſtituti ſunt, eos ſe eſſe indicant, quos futuros Apoſtolus prænuntiavit. Nec ſibi blandiantur, ſi de Scripturarum Capitulis videntur ſibi affirmare, quod

dicunt,

Digitized by Google

dicunt, cum & Diabolus de ſcripturis aliqua ſit locutus, & ſcripturæ non in legendo conſiſtant, ſed in intelligendo. Hæc ille.

Diabolus citat Scripturas Matth. 4.

Pulchrè ſanè hæc tangunt Lutherum & Calvinum,& ſuos, qui in Eccleſiâ ab Apoſtolis fundatâ, non permanſerunt, ſed ex eâ exiverunt, pacem & concordiam Chriſti ruperunt, unanimes in eâ eſſe noluerunt,& modo Evangelici nuncupari cupiunt. ſcito ergo, ut benè dicit D. Hieronymus, eorum Eccleſiam non eſſe Chriſti Eccleſiam, ſed Antichriſti Synagogam. Ex hoc enim ipſo, ut ipſe Sanctus dicit, quod poſtea inſtituti ſunt, eos ſe indicant eſſe, quos futuros eſſe prænuntiavit Apoſtolus, dicens: *Hoc autē ſcio, quod in noviſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, Parentibus non obedientes, ingrati, ſcœleſti, ſine affectione, ſine pace, criminatores, incontinentes, immites, ſine benignitate, proditores, protervi, tumidi, & voluptatum magis amatores, quàm Dei: habentes quidem ſpeciem pietatis; virtutem autem eius abnegantes. Et hos devita: Ex his enim ſunt, qui penetrant domos, & captivas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur*

Apoſtoli doctrina de Hæreticis. 2. ad. Timoth. 3.

Hæretici Quales.

cuntur varijs deſiderijs, ſemper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis pervenientes. Quemadmodum autem Iamnes & Mambres reſtiterunt Moyſi: ita & hi reſiſtunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem. Sed ultra non proficiunt; inſipientia enim eorum manifeſta erit omnibus, ſicut & illorum fuit. Hæc ille.

Iudicium omnibus prudentibus relinquo, an non hæc omnia conveniant Calvino, & Luthero.

Lutheri ſuperbia.

Audi Lutheri ſuperbiam in libro adverſus Regem Angliæ, qui habetur Tom. 2. Ien. Lat. fol. 520. pag. 2. poſt multas calumnias adverſus dictum Regem.
« Summus, ait, vivens Papatus hoſtis ero,
« exuſtus bis hoſtis ero, facite porci Tho-
« miſtæ, quod poteſtis, Lutherum habebi-
« tis urſum in viâ, & leonem in ſemitâ, un-
« dique vobis occurret, & pacem habere
« non ſinet, donec ferreas veſtras cervices,
« & æreas frontes contriverit, vel in ſalu-
« tem, vel in perditionem. Hæc ille.

Lutheri odium in Papam.

Porrò quàm fuerit iſtud Lutheri in Romanum Pontificem odium planè inteſtinum, teſtatur ejus Epitaphium, quod ſibi vivo (ait Pomerianus) compoſuit.

Peſtis

Digitized by Google

Peſtis eram vivens, moriens, tua mors ero »
Papa. »

Concludit tandem in dicto libro: Neque enim quæro, quid Ambroſius, Au- » *Lutheri impudētia.*
guſtinus, Concilia, & uſus ſæculorum di- »
cant, nec fuit opus mihi, Henrico Rege »
Magiſtro, qui hæc me doceret, qui adeò »
pulchrè noveram, vt etiam impugnarim. »
Vt miranda ſit ſtultitia Sathanæ, quæ ijs »
me impugnat, quæ ipſe impugno, & per- »
petuò principium petit. Non, inquam, » *Lutherus ſolus ſapit ſuo impio judicio.*
diſputo, quid à quoquo dictum ſit, vel »
non dictum, ſcriptum, vel non ſcriptum »
ſit, ſed an hoc dictum vel ſcriptum ne- »
ceſſarium ſit ſervatu, an ſit articulus fi- »
dei, an ſit æquale verbo Dei, an conſcien »
tiam liget. Hæc ille. »

Rogo te, an ne hoc eſt amare ſeipſum, ſuperbū eſſe, cupidum, elatum, blaſphemum, Parentibus non obedientem (ſcilicet ſpiritualibus) vt ſunt Romani Pontifices, ſancti Patres, ingratum eſſe erga ſanctam Matrem Eccleſiam, ſanctos Patres, ſcœleſtum eſſe, ſine affectione, omnes etiam Sanctos, ſacraque Concilia contemnendo, ſine pace, criminatorem, incontinentem, qui de Monacho & Sacerdote Dei, factus eſt prophanus,

« & ſequi ſanctam Romanam Eccleſiam, in « omnibus meis dictis, & factis, præſenti- « bus, præteritis & futuris; Quod ſi quid « contra, vel aliter dictum fuit, vel fuerit, « pro non dicto haberi, & habere volo. Hæc ibi.

In reſolutionibus autem editis aliarum propoſitionum anno 1519. Pri- « mùm quod me movet Romanum Pon- « tificem eſſe alijs omnibus (quæ ſaltem « noverimus Pontifices gerere) ſuperio- « rem, eſt ipſa voluntas Dei, quam in ipſo « facto videmus. Neque enim ſine volun- « tate Dei in hanc Monarchiam venire « unquam potuiſſet Romanus Pontifex: « At voluntas Dei, quoquo modo no- « ta fuerit, cum reverentiâ ſuſcipienda « eſt: Ideoque non licet Romano Pon- « tifici reſiſtere. Hæc autem ratio tanta « eſt, ut etiam ſi nulla alia cauſa eſſet, hoc « tamen ſatis eſſet ad compeſcendam te- « meritatem reſiſtentium. Ita Luther.

Iudicium Lutheri de Eccleſiâ Romanâ.

Nota bene.

Ex his vides, benevole Lector, Lutherum fuiſſe de Eccleſiâ Chriſti, quam vocat Romanam Eccleſiam, à quâ non licet recedere: quia ſancta, & nihil eſt ei præferendum, ut dicit, ſive in Cœlo, ſive in terrâ, præter unum Iesvm Chriſtum.

Quod

Digitized by Google

Quod autem eam reliquerit,& ab eâ defecerit, & conſequenter æternaliter perierit, patet clarè in actis exuſtionis, quæ vocat Antichriſtianarum Decretalium anno 1520. & habetur Tom. 2. Ien. lat. fol. 320. pag. 1. vbi ait: Niſi toto corde diſſentiatis à Regno Papali, non poteſtis aſſequi animarum veſtrarum ſalutem. Adeoque diverſum eſt Regnum Papæ à Regno Chriſti, & vitâ Chriſtianâ: ut tutius foret in eremo agendo, nullum omninò videre hominem quàm verſari in Regno Antichriſtiano. Caveat igitur quiſquis animæ ſuæ conſultum velit, ne aſſentiendo Papiſtis, Chriſtum neget. Hæc ibi. »

Relinquit Lutherus Eccleſiam Romanam.

Præterea Tom. 2. Lat. Ien. fol. 539. pag. 1. in Diſput. contra articulos Lovanienſes, propoſi. 49. Cacolyca, ait, verius eſt Eccleſia Papæ & Magiſtellorum, Eccleſiæ Chriſti ſanguinaria adverſatrix, & vaſtatrix. Et propoſit. 5. Si Teſtis eſt illis, ſua ipſorum conſcientia, Papatum, non modo ſine verbo, ſed & contra verbum eſſe Eccleſiæ invectum. »

Lutheri contradictio de Eccleſiâ.

Ore tuo te judico Luthere, ergo fuiſti tu, & omnes tui uſque ad annum 19. in Eccleſiâ Cacolycâ, & ſine verbo, & per

Prædeceſſores Lutheri damnati.

conſequens extra veram Eccleſiam, extraque veram fidem, ſicque omnes tui prædeceſſores ſunt æternalitèr damnati: *quia extra veram & unicam Eccleſiam nulla eſt ſalus.*

1. Petri 3.

Antecedens eſt clarum; anno 19. defeciſti, vel 20; quando combuſſiſti in deſpectû Papæ ſacros Canones. Imò commune dictum eſt tuum & tuorum ſequacium defeciſſe Eccleſiam tempore Gregorij Magni, anno Chriſti 590. ergo non fuiſti tu, nec tui in verâ Eccleſiâ; conſequenter omnes tui prædeceſſores damnati.

Nec dicendum ignorantiam excuſare illos; *quia ignorans ignorabitur.* De omnibus Chriſtianis, etiam qui extra Eccleſiam ſunt, illud dici poſſet, ſicq; eſſet falſa D. Petri ſententia. Quod extra unam, & veram Eccleſiam homines non poſſint ſalvari. Illud quoque Pauli falſum: *unus Deus, una fides, unum baptiſma.*

1. ad Corinth. 14.

Epheſ. 4.

Lutheri cõtradictio.

Miror hujus hominis inconſtantiam. Nam Tom. 1. Ien. Lat. Diſput. de fide, propoſit. 61. fol. 504. ait: « Non eſt arrogandum vlli poſt Apoſtolos hoc nomen, « quod non poſſit errare in fide, niſi ſoli « Eccleſiæ univerſali. Hæc ille.

Eccleſia non poteſt errare.

Vides

Vides contradictionem per Eccleſiam univerſalem velit,nolit,non poteſt intelligere aliam quàm Eccleſiam Romanam: De quâ Paulus Rom. 1. *quia nulla eſt in toto orbe diffuſa, niſi illa.* *Rom. 1.*

Audi illum & in Epiſt. de Anabaptiſt. ad duos Parochos Tom. 2. Ger. » Nos ingenuè fatemur, quòd in Papatu multa » bona ſint, Chriſtiano nomine digna, quæ » inde ad nos uſque promanarunt. fate- » mur nimirùm, quòd in Papatu vera ſit » Sacra Scriptura, verus baptiſmus, verum » Altaris Sacramentum, veræ claves ad » peccatorum remiſſionē, verum concio- » nandi munus, verus Catechiſmus, vt ſunt » Oratio Dominica, decem præcepta, & » fidei articuli, &c. Audio, & video quod » Anabaptiſmum quidam in hunc ſolum » finem ſuſcipiunt, ut ſic Romanum Pon- » tificem vexent, ut qui nihil velint ab An- » tiChriſto retinere: non ſecùs ac ſacra- » mentarij (intelligit Calviniſtas) pro- » pterea in Sacramento, non niſi panem » & vinum agnoſcunt, ſolùm in odium Ro- » mani Pontificis, & putant ſe hoc modo » Papatum debellaturos; debili me herclè, » nituntur fundamento; Hoc modo ne- » gare illos oporteret univerſam ſcriptu- »

Iudicium Lutheri de doctrinâ in Papatu.

Contra Anabaptiſtas.

Digitized by Google

Lutherani accipiunt Scripturam ab Eccleſiâ Romanâ.

« ram, & concionandi munus. Hæc enim
« omnia habemus à Papâ ; alias nobis
« nova ſcriptura condenda eſſet. Hæc
« ille.

Lutheri contradictio.

Ore tuo te judico Luthere : ſi hæc omnia habes à Papâ, ergò Eccleſia Papæ, non eſt Cacolyca, & ſine verbo, ut tu prius dicebas. Et ſanè eſt neceſſe te fateri habere vos omnia à Papâ, ſive ab Eccleſiâ Papæ, quia alia tua dogmata, quæ ab Eccleſiâ non accepiſti, ab antiquis Hæreticis accepiſti, ut oſtendam.

Sententia D. Hieronymi de Eccleſia verâ.

Pergamus, noſtrum propoſitum probando de unitate Eccleſiæ. D. Hieronymus lib. adverſus Luciferianos ſub finem : *Brevem tibi apertamq; animi mei proferam ſententiam. In Eccleſiâ illâ permanendum eſt, quæ ab Apoſtolis fundata, uſq; adhùc durat. Sicubi audieris eos, qui dicuntur Chriſti, non à quoquam alio nuncupari, ut puto Marcionitas, Valentinianos, Montinenſes, ſive Campates, ſcito non Eccleſiam Chriſti, ſed Antichriſti eſſe Synagogam.*

Antichriſti Synagoga.

Ex hoc enim ipſo, quod poſtea inſtituti ſunt, eos ſe eſſe indicant, quos futuros Apoſtolus prænuntiavit. Nec ſibi blandiantur, ſi de Scripturarum Capitulis videntur ſibi affirmare, quod

dicunt,

dicunt, cum & Diabolus de ſcripturis aliqua ſit locutus, & ſcripturæ non in legendo conſiſtant, ſed in intelligendo. Hæc ille.

Diabolus citat Scripturas Matth. 4.

Pulchrè ſanè hæc tangunt Lutherum & Calvinum,& ſuos, qui in Eccleſiâ ab Apoſtolis fundatâ, non permanſerunt, ſed ex eâ exiverunt, pacem & concordiam Chriſti ruperunt, unanimes in eâ eſſe noluerunt,& modo Evangelici nuncupari cupiunt. ſcito ergo, ut benè dicit D. Hieronymus, eorum Eccleſiam non eſſe Chriſti Eccleſiam, ſed Antichriſti Synagogam. Ex hoc enim ipſo, ut ipſe Sanctus dicit, quod poſtea inſtituti ſunt, eos ſe indicant eſſe, quos futuros eſſe prænuntiavit Apoſtolus, dicens: *Hoc autē ſcio, quod in noviſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, Parentibus non obedientes, ingrati, ſcœleſti, ſine affectione, ſine pace, criminatores, incontinentes, immites, ſine benignitate, proditores, protervi, tumidi, & voluptatum magis amatores, quàm Dei: habentes quidem ſpeciem pietatis; virtutem autem eius abnegantes. Et hos devita: Ex his enim ſunt, qui penetrant domos, & captivas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur*

Apoſtoli doctrina de Hæreticis. 2. ad. Timoth. 3.

Hæretici Quales.

Digitized by Google

euntur varijs deſiderijs, ſemper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis pervenientes. Quemadmodum autem Iamnes & Mambres reſtiterunt Moyſi: ita & hi reſiſtunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem. Sed ultra non proficiunt; inſipientia enim eorum manifeſta erit omnibus, ſicut & illorum fuit. Hæc ille.

Iudicium omnibus prudentibus relinquo, an non hæc omnia conveniant Calvino, & Luthero.

Lutheri ſuperbia.

Audi Lutheri ſuperbiam in libro adverſus Regem Angliæ, qui habetur Tom. 2. Ien. Lat. fol. 520. pag. 2. poſt multas calumnias adverſus dictum Regem. « Summus, ait, vivens Papatus hoſtis ero, « exuſtus bis hoſtis ero, facite porci Tho- « miſtæ, quod poteſtis, Lutherum habebi- « tis urſum in viâ, & leonem in ſemitâ, un- « dique vobis occurret, & pacem habere « non ſinet, donec ferreas veſtras cervices, « & æreas frontes contriverit, vel in ſalu- « tem, vel in perditionem. Hæc ille.

Lutheri odium in Papam.

Porrò quàm fuerit iſtud Lutheri in Romanum Pontificem odium planè inteſtinum, teſtatur ejus Epitaphium, quod ſibi vivo (ait Pomerianus) compoſuit.

Peſtis

Peſtis eram vivens, moriens, tua mors ero »
Papa. »

Concludit tandem in dicto libro: Neque enim quæro, quid Ambroſius, Auguſtinus, Concilia, & uſus ſæculorum dicant, nec fuit opus mihi, Henrico Rege Magiſtro, qui hæc me doceret, qui adeò pulchrè noveram, vt etiam impugnarim. Vt miranda ſit ſtultitia Sathanæ, quæ ijs me impugnat, quæ ipſe impugno, & perpetuò principium petit. Non, inquam, diſputo, quid à quoquo dictum ſit, vel non dictum, ſcriptum, vel non ſcriptum ſit, ſed an hoc dictum vel ſcriptum neceſſarium ſit ſervatu, an ſit articulus fidei, an ſit æquale verbo Dei, an conſcientiam liget. Hæc ille. » » » » » » » » » » » » » » » » »

Lutheri impudẽtia.

Lutherus ſolus ſapit ſuo impio judicio.

Rogo te, an ne hoc eſt amare ſeipſum, ſuperbũ eſſe, cupidum, elatum, blaſphemum, Parentibus non obedientem (ſcilicet ſpiritualibus) vt ſunt Romani Pontifices, ſancti Patres, ingratum eſſe erga ſanctam Matrem Eccleſiam, ſanctos Patres, ſcœleſtum eſſe, ſine affectione, omnes etiam Sanctos, ſacraque Concilia contemnendo, ſine pace, criminatorem, incontinentem, qui de Monacho & Sacerdote Dei, factus eſt pro-

phanus,

Lutherus prophanus, & Dei hoſtis.

phanus, & hoſtis Dei, cum Catharinâ Borâ Virgine Deo ſacratâ, & amicus Diaboli. An non hoc eſt eſſe proditorem & fidefragum, protervum, & tumidum, voluptatum magis amatorē, quàm Dei?

Habentes, ait, *ſpeciem pietatis; virtutem autem eius abnegantes, &c.* An non hanc ſpeciem pietatis habuerunt Lutherus & Calvinus? Lege Prateolum de eis in Elencho Alphabetico omnium hæreſum, & Cochlæum de actibus eorum, ſub ſpecie enim reformationis Eccleſiæ, pœnitùs apud eos extinxerunt Eccleſiam: ita quod non Reformatores, ſed pœnitùs deſtructores dici debeant, ubi enim Eccleſia prædicat pietatem, illi crudelitatem.

Lutherus & Calvinus Eccleſiæ deſtructores.

Apoſtolus dicit: *penetrantes domos, & captivas ducunt mulierculas oneratas peccatis, &c.* An non fecit Lutherus, qui duxit Catharinam Boram, quæ fuerat priùs Deo ſacrata, proditrix & fidefraga.

Lutherus cum ſuâ Catharinâ fidefragi.

Nonné & ipſi mente corrupti fuerunt, reprobi circa fidem, quam prius à ſuis maioribus, & à ſanctâ Matre Eccleſiâ ſuſceperant.

Lutherus reprobus circa fidē.

Sed ultra non proficient; Inſipientia enim eorum omnibus manifeſtata eſt, ut bene ait

Apo-

Digitized by Google

Apoſtolus. Non proficiunt, inquam; quia non unanimes cum Eccleſiâ Chriſti, nec in Eccleſiâ Chriſti, nec ſervantes pacem cum Eccleſiâ Chriſti, ſed corruptores pacis, & hoſtes Eccleſiæ Chriſti ſunt: Imò & inter ſe hoſtes non ſolùm in articulo de veritate unius Eccleſiæ Catholicæ Romanæ & Apoſtolicæ, de quo ad propoſitum, ſed & in alijs articulis fidei graviſſimis, teſte Nicolao Gallo in Theſibus & hypotheſibus fol. ult.

Sunt inter nos, ait, (nempe Lutheranos) non de rebus levibus diſſentiones, ſed de lege, & Evangelio, de juſtificatione, & bonis operibus, de Sacramentis, & uſu cæremoniarum: quæ quidem coire, ſimulque ſtare non poſſunt, vt ſunt: Lex in templis docenda eſt: (intellige Decalogi,) & non eſt. Docenda, inquam; quia Lutherus in viſitatione Saxonicâ ait, Chriſtiana vita eſt bona opera facere: Idcircò decem præcepta Dei diligenter prædicari debent, ut per ea mereamur: In eis enim omnia bona opera continentur. Et adverſus Autinomos docet: Non poſſum ſatis mirari, quâ ratione mihi imputent, quaſi Legẽ Dei ſeu Decalogũ reijciam, cùm tam multæ adhuc

Diſſentiones Lutheranorum inter ſe in articulis fidei.

Lutherus Præcepta Decalogi ſervanda.

« huc extent enarrationes, & Concio-
« nes præceptorum Dei à me aditæ. Et
ſermone de Indulgentijs. Ideò nobis
« à Deo ſunt præcepta, ut per ea merea-
« mur: & ubi non eſt præceptum, ibi non
« eſt obedientia. Hæc ille.

Cõtradictio Præcepta Decalogi nihil ad nos.

Contradicendo ſibi ſermone de Moſe
« ait: Ex textu patet clarè quod decem
« præcepta ad nos non pertineant; non
« enim nos, ſed Iudæos ex Ægypto eduxit.
« In novo Teſtamento Moſes non tenetur.
« Si eum in uno articulo obſervarem, de-
« bitor fierem univerſæ legis obſervandæ.
Vide in Epiſtolam ad Gal. cap. 3. & 4.
Vnde in Diſputatione de lege propoſit.
4. quæ habetur Tom. 1. Ien. Lat. fol. 504.
« pag. 2. ſic habet. De lege ſimplicitèr, &
« univerſalitèr Paulus loquitur, maximè
« de morali ſeu Decalogo, cum dicit: *Ar-*
« *bitramur hominem juſtificari fide absq; operi-*
« *bus legis.* Hæc ille. Vides apertam con-
« tradictionem.

Diſſentio alia inter Lutheranos.

Altera inter eos diſſentio, ſecundùm
dictum Nicolaum, eſt de juſtitiâ noſtrâ,
an ſit ipſa Dei eſſentia; aut ipſius Dei in
nobis opus; aut imputatio obedientiæ
« eius extra nos. Sanguis Chriſti neminem
« juſtificat: & adverſus hanc Pauli ſen-

ten-

tentiam, per ipſius ſanguinem juſtificati »
ſumus. Nemo ſine bonis operibus ſa- »
lutem adeptus eſt: huic contraria: Bona »
opera non ſunt neceſſaria ad ſalutem. »
Denique Corpus Chriſti corporaliter »
in cœnâ adeſt, & promiſcuè à bonis ma- »
liſque ſumitur: & Chriſtus tantùm à »
bonis ſpiritualitèr ſumitur, &c. »

In Præfatione Apologiæ de maieſtate hominis. Perit juſto Dei judicio, non »
armis hoſtium, non invictis Hæretico- »
rum armis, vera à nobis Religio & Ec- »
cleſia, ſed noſtrorum inter nos perfidiâ, »
infidelitate, & incuriâ. »

Colloquium Altemburgenſe Lutheranorũ.

Quod ut clariùs videas, audi quæ in Colloquio Altemburgenſi ipſorum Lutheranorum contigerunt de Articulo Iuſtificationis inter Electoris, & Saxoniæ Ducis Theologos à 20. Novembris anno 1568. uſque ad 9. Maij anno 1569. habito, & poſtea Ienæ anno 1569. in 4. impreſſo.

Theologi Electorales.

Theologi Electorales, ut Paulus Eberus, Henricus Salmuth, Andreas Freidhub. Gaſpar Cruciger Iunior fol. 9. dicunt bona opera eſſe neceſſaria ad ſalutem.

Maior

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

Bona opera ſunt neceſſaria.

Maior in libro contra Amſdorfium, anno 1552. cap. 2. conjungit iſtas tres « propoſitiones. 1. Bona opera ſunt ne- « ceſſaria ad ſalutem. 2. Nemo unquam « ſine bonis operibus ſalvatus eſt. 3. Im- « poſſibile eſt ſine bonis operibus ſalvari.

Hanc doctrinam, ait Maior, ſe per omnem vitam profeſſum eſſe, & deinceps ſe per omnem vitam traditurum, & accenſus ingenti zelo, ait, anathema eſſe, qui ſic non doceat.

Theologi Saxonici.

Contrà, Ducis Saxoniæ Theologi Ioannes VVigandus, Ioannes Fridericus Cœleſtinus, Chriſtophorus Irenæus, &c. « Hæc corruptela pugnat cum verbo Dei: « Nam Paulus aſſerit, Abraham non juſti- « ficatur operibus ſuis coram Deo. Eſtq; « hîc illa Antitheſis obſervanda.

Bona opera non ſunt neceſſaria.

Maior inquit, Impoſſibile eſt *absq; bonis operibus ſalvari.* ſed Paulus contra aſſeverat: *Impoſſibile eſt operibus ſalvari.*

Cõtradictio aperta Lutheranorũ. *Rom. 3.*

Maior inquit, *nemo unquam ſine operibus ſalvatus eſt.* ſed Paulus, inquit, *Ex operibus legis non juſtificatur omnis homo.*

Pugnat, aiunt iſti Theologi, cum Auguſtanâ Confeſſione art. 6. Pugnat cum Scriptis & Diſputationibus Lutheri in Comment. ad Gal.

Quid

Quid autem concluſerint, patet quod nihil; Nam Theologi Electorales conqueruntur de Theologis Ducis Saxoniæ, quod eos tanquam excommunicatos & condemnatos vitarint toto tempore colloquij, neminemque eorum in ſuggeſtum admiſerint: imò in communi ſuo Conſilio decreverint, ſe neque ad abſolutionem, uſumque Cœnæ Dominicæ, neque ad Baptiſmi aſſiſtentiam, juxta alios Chriſtianos, eos admiſſuros eſſe: familiaritérq; nobis junctos, aiunt, &, durante colloquio, amantèr nos accedentes, iniquè tractarunt & odio proſecuti ſunt. Ita Theologi Electorales, qui dixerant bona opera eſſe neceſſaria ad ſalutem, contra Theologos Ducis Saxoniæ, qui hoc negant, & conqueruntur de Theologis Electoralibus.

Cõquerun-tur Lutherani Theologi de diſſentione inter eos.

Vides ne diviſionem, contradictionemque in uno ex præcipuis articulis fidei noſtræ & ſalutis? Chriſtus dicit: *Omne Regnum contra ſe diviſum deſolabitur.* *Matth. 12.*

De his loquens D. Cyprianus: *Dum perverſa mens non habet pacem, dum perfidia diſcordans non tenet unitatem, hinc hæreſes*

De ſimplic. Prælat.

E

ſes ſiunt & frequentèr facta ſunt. ſiunt verò hæc, & permittit Dominus, & patitur, manente propriæ voluntatis arbitrio, ut dum corda & mentes noſtras veritatis diſcrimen examinat, probatorum ſides integra, manifeſtâ luce, clareſcat. Per Apoſtolum præmonet Spiritus Sanctus, dicens: Oportet & hæreſes eſſe, ut probati manifeſti ſint in vobis. Sic probantur fideles, ſic deteguntur perfidi, ſic & ante ultimi judicij diem hic quoque jam juſtorum, atq; injuſtorum animæ dividuntur, & à frumento paleæ ſeparantur. Hi ſunt qui ſe ultrò apud temerarios convenas, ſine divinâ diſpoſitione præficiunt, qui ſe Præpoſitos ſine divinæ ordinationis lege ullâ conſtituunt, qui nemine Epiſcopatum dante, Epiſcopi nomen ſibi aſſumunt; Quos deſignat in Pſal. Spiritus Sanctus: Sedentes, ait, *in Cathedrâ peſtilentiæ &c. Peſtis, & fidei lues, ſerpentes ore fallentes, & corrumpendæ veritatis artifices, venena lathalia, linguis peſtiferis evomentes, quorum ſermo, ut cancer ſerpit; quorum tactus pectoribus & cordibus ſingulorum mortale virus infundit. Contra hujuſmodi clamat Dominus, & ab his refrenat & revocat errantem plebem ſuam, dicens: nolite audire ſermones Pſeudoprophetarum, qui prophetant vobis*

1. ad Corinth. 11.

Hæreſes cur.

Hæretici Epiſcopi nomen falsè ſibi arrogant.

Pſal. 1.

Hæretici peſtes & lues fidei.

Hierem. 23.

Digitized by Google

vobis & decipiunt vos; quoniam viſiones cordis eorum fruſtrantur eos; Loquuntur ſed non de ore Domini. Hæc ille.

Hæc ſanè Calvino & Luthero ad literam quadrant. Quis enim Lutherum conſtituit, ex Orthodoxis, Eccleſiaſten & Evangeliſtam? prout dicit ſe eſſe in libro adverſus falſo nominatum ſtatum Epiſcoporum, qui habetur Tom. 2. Lat. VVittemb. in Epiſt. ad Ducem Saxoniæ Georgium: jactitabat ſe Prophetam, Evangeliſtam VVittembergenſem eſſe, neceſſe fuiſſe, ut adferret novam doctrinam &c. Verè nova, & Diabolica, ut oſtendam. *Lutherus falſus Eccleſiaſtes.*

Dico modo, ſi Eccleſiaſtes, ſi Evangeliſta, ſi Eccleſiæ Reformator, ut ſæpè ſe jactitat, oportet ut facta correſpondeant Evangelio: ſi autem Evangelio, & Chriſti Evangelio, opera bona oportet eſſe & ab arbore bonâ; quia mala arbor non poteſt facere fructum bonum. Eraſmus in Epiſtolâ ad Godenium affirmat ſe ex ſcriptis ipſius deprehendiſſe virum eſſe ſceleratiſſimum. Nolite ergo, ut benè dicit Dominus, ipſum audire, nec Calvinum, cum eorum mens *Eraſmi judicium de Luthero.*

perverſa ſit, non habens pacem, & perfidia diſcordans eorum, non teneat unitatem, quam tamen firmiter tenere, & vindicare debemus, ut ſupra ex ſacrâ ſcripturâ, & D. Cypriano probavimus, quàm vnitatem ſervant, qui in Eccleſiâ ſunt Romanâ; quia illa vera eſt.

Vnitas in Eccleſiâ Romanâ.

Quòd vera ſit, probo ex dictis ipſorummet Lutheranorum. Nam cap. 7. Confeſſionis Auguſtanæ de Eccleſiâ, docentes, quòd una ſancta Eccleſia perpetuò menſura ſit, ſic habent.

Lutherani de Eccleſia perpetuitate.

« Eſt autem Eccleſia Congregatio San-
« ctorũ, in quâ Evangelium purè docetur,
« & Sacramenta rectè adminiſtrantur, &c.
Et cap. 8. de Sacramentorum admini-
« ſtratione. Quamquam, ajunt, Eccleſia
« propriè, Congregatio Sanctorũ, & verè
« credentium ſit, tamen cum in hâc vitâ
« multi hypocratæ & mali admixti ſint, li-
« cet uti Sacramentis, quæ per malos ad-
« miniſtrantur, &c.

Diffinitio Eccleſiæ data à Lutheranis.

Duo maxima habes documenta hîc contra Lutheranos: 1. Docent, quòd una ſancta Eccleſia perpetuò manſura ſit. Ex hoc oſtendo, eorum Eccleſiam non eſſe veram Eccleſiam, quia nec

ſancta,

ſancta, nec perpetua. Quod non ſancta patet; ſanctos aſſignent, qui in eâ ſint ſanctificati, vel canonizati, & à quo Pontifice, ut ſit in Eccleſiâ Dei, in æternum non præſtabunt hoc quod magis in 2. Documento oſtendam.

Nullum habet Sanctũ Eccleſia Lutherana.

Quod non perpetua, de quâ Chriſtus: *Et ecce vobiſcum ſum omnibus diebus usq; ad conſummationem ſaculi.* Etiam facilè oſtendam ex dogmatibus eorum, quæ incœperunt docere tempore Lutheri: nam ipſemet, ut vidimus, fatetur neceſſe fuiſſe ei adferre novam doctrinam, sicq; Eccleſia eorum, ſicut & doctrina tempore Lutheri, & Calviniſtarum tempore Calvini incœpit eſſe, & ea eſt Antichriſtiana, ut ex Paulo oſtendimus, & D. Hieronymo. Dogmata huius novæ Eccleſiæ in ſuis Articulis ponam.

Matth. ult.

Lutheranorum Eccleſia nova.

Secundum Documentum eſt quod dicunt Eccleſiam propriè eſſe congregationem ſanctorum.

Arguo ex hoc. Vbi Sancti, ibi vera & propriè Eccleſia: In Eccleſiâ Romanâ ſunt Sancti; ergò Eccleſia Romana eſt vera & propriè Eccleſia, & illa unica: quia *unus Deus, una fides, unum baptiſma*, ait Apoſtolus Epheſ. 4. & Rom. 12. *multi*

Argumentum efficax pro Eccleſiâ.

unum corpus ſumus in Chriſto. Vnde loquens de ſanctificatione Eccleſiæ Eph. 5. ait: *Viri diligite uxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam* (non dicit Eccleſias, ut unicam oſtendat) *& ſeipſum tradidit pro eâ, ut illam ſanctificaret, mundans lavacro aquæ, in verbo vitæ, ut exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam non habentem maculam aut rugam aut aliquid huiuſmodi, ſed ut ſit ſancta & immaculata.* Hæc ille unde & Chriſtus: *Et alias oves habeo, quæ non ſunt ex hoc ovili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient; & fiet unum ovile, & unus Paſtor.*

Ioan. 10.

Nota & bene. *Non omnis Chriſtianus ſalvatur.*

Ex hâc Chriſti & Pauli doctrinâ; ſtatuo hanc propoſitionem eſſe falſam erroneam & hæreticam; nimirum quemlibet hominem Chriſtianum ſive Lutheranum, ſive Calviniſtam, ſive Huſſitam, ſive Anabaptiſtam, ſive Puritanum, ſive Zvvinglianum poſſe ſalvari in ſuâ fide & Eccleſiâ ſuâ. Nam ſicut & una Eccleſia, extra quam ſalus non datur 1. Petri 3. Ita & una fides extra quam nullus ſalvari poteſt, ardeat, etiam flammis, ut benè ait D. Cyprianus.

Ad Argumentum redeamus. Quid hic negabunt Lutherani argumentum eſt in forma, & concludit directè.

Ma-

Digitized by Google

Maiorem negare non poſſunt; quia fundatur in duobus articulis Confeſſionis Auguſtanæ; imò in diffinitione eorum de Eccleſiâ: quam ſi negaverint, oportet eos, articulos illos negare, & diffinitionem Eccleſiæ datam ab illis, quod non facient.

Minor etiam argumenti eſt eorum: nam nec Lutherus, nec Lutherani ullum ſanctum in ſuâ Confeſſione Auguſtanâ, vel libro Concordiæ citant (etſi falsò vel corruptè citent) pro ſe, qui non fuerit de Eccleſiâ Romanâ, & mortuus ſit in Eccleſiâ Romanâ, & quæ modo docemus, non docuerit, quoad ea quæ fidei ſunt dogmata.

Doctores Eccleſiæ Romanæ citati à Lutheranis.

Inductivè probo; Nam articulo *6.* citant D. Ambroſium, contra bona opera, cujus contrarium oſtendam ab ipſomet. Articulo 18. citant D. Auguſtinum, pro libero arbitrio. Articulo 20. de fide & operibus bonis citant Auguſtinum, qui, ut aiunt, multis voluminibus defendit gratiam & juſtitiam fidei contra merita operum: ſed nullum volumen aſſignant. oppoſitum oſtendam libro integro ab eo compoſito de fide & operibus. Citant & D. Ambroſium, ſed fruſtra

Digitized by Google

ut oſtendam. Articulo de utrâque ſpecie citant D. Cyprianum, D. Hieronymum, Gelaſium Papam de conſecrat. diſt. 2. cap. Comperimus, cuius contrarium ex ipſis oſtendam ſuis locis. Articulo de Conjugio Sacerdotum, citant Pium Papam, citant & Platinam Archiepiſcopum Mogontinenſem, ultimò D. Cyprianum. Articulo de Miſsâ citant D. Chryſoſtomum, qui multum loquitur de communi Miſsâ. Articulo de diſcrimine ciborum citant Gerſonem, D. Auguſtinum, D. Irenæum, Gregorium Papam diſt. 12. Hiſtoriam Tripartitam. Articulo de votis Monachorum citant D. Auguſtinum, ultimò Gerſonem. plures in Confeſſione Auguſtanâ citatos nō invenio, & tamen omnes falsè vel corruptè citantur. Hi omnes erant Papiſtæ.

Sancti Romana Ecclesia.

In libro de votis Monaſticis Lutherus vocat Franciſcum Minoritam Sanctum: Huius verba ſunt Tom. 2. Lat. fol. 480. pag. 2. „Sed & ſanctus Franciſcus vir admirabilis, & ſpiritu ferventiſſimus ſapientiſſimè dixit: Regulam ſuam eſſe Evangelium Chriſti. Vocat & Bonaventuram Minoritam ſanctum. Similiter Bernardum Fontanis in Burgundiâ natum,

tum, vocat ſanctum. Hi fuerunt Monachi, & hi, & ſuprà citati omnes Sancti, fuerunt in Eccleſiâ Romanâ, tenuerunt & docuerunt cum eâ, & mortui ſunt in eâ; Quin ipſimet adverſarij celebrant Feſta Sanctorum Romanæ Eccleſiæ, vt in Hungaria Feſtum Sancti Stephani Regis, Sanctæ Eliſabethæ Reginæ &c.

Iam ergo maior & minor argumenti neceſſariò ab adverſarijs debent concedi, quia & ipſorum ſunt; Concluſio ſequitur ex præmiſſis, quæ talis eſt. Ergo Romana Eccleſia eſt vera, & propriè Eccleſia, & illa, vt probavi, unica, extra quam non datur ſalus. ſolvant hoc argumentum Prædicantes. *Lutherani convicti.*

Nec eſt quod mihi obijciant peccata quæ committuntur in Eccleſiâ Romanâ; quia non in dogmatibus fidei. Ipſosmet etiam adverſarios ſuis proprijs verbis convinco; nam articulo 8. cit. Confeſſ. Auguſt. de Sacramentorum adminiſtratione, aiunt. Quamquam Eccleſia pro- » propriè ſit Congregatio ſanctorum, & verè » credentium, tamen cum in hâc vitâ mul- » ti hypocritæ & mali admixti ſint, licet » uti Sacramentis, quæ per malos admi- » niſtrantur juxta vocem Chriſti: *ſedent* » *Scribæ* *Obiectio.* *Reſponſio.* *Matth. 23.*

« *Scribæ & Phariſæi in Cathedrâ Moyſi,&c.* Et
« Sacramenta & Verbum propter ordina-
« tionem & mandatum Chriſti ſunt effica-
« cia; etiamſi per malos exhibeantur. Hæc ibi, per quæ damnantur Donatiſtæ & ſimiles, qui negabant vti licere miniſterio malorum in Eccleſiâ,& ſentiebant miniſterium malorũ inutile & inefficax eſſe.

Conſiderent ergo Chriſti inſtitutũ & Eccleſiæ veræ dogmata, non hominum quorumdam vitiari moribus.

Symbola de ſanctitate Eccleſiæ.

Vt tamen hæc omnia plenius intelligantur, annotanda ſunt aliqua nempè vitæ, morumque ſanctimoniam eſſe certam & infallibilem notam orthodoxæ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ. Quod clarè oſtendi ex Paulo Apoſtolo: vnde & in Symbolo Apoſtolico dicimus: *Credo ſanctam Eccleſiam Catholicam &c.* Et in Symbolo Niceno: *Et unam ſanctam Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam.*

Sex Eccleſiæ Prærogativæ.

Solent præterea Doctores ſex egregias & ſingulares prærogativas è ſcripturis ſacris Eccleſiæ Dei aſſignare.

Iſaiæ 2. Mich. 4.

Prima eſt eius altitudo & ſublimitas, de quâ Iſaias & Micheas Prophetæ: *Erit in noviſſimis diebus præparatus mons Domus Domini in vertice montium & elevabitur ſuper colles.* Se-

Secunda, eius ſplendor, & claritas. Hanc enim tantopere David in ſpiritu videbat, ut diceret in perſonâ DEI Patris: *Et Thronus eius* (ſcilicet Chriſti) *ſicut ſol in conſpectu meo, & ſicut luna perfecta* (id eſt plena) *in æternum & teſtis in Cœlo fidelis.* De quo Chriſti Throno vaticinans Iſaias. Poſtquam dixerat Sacerdotes & Miniſtros Dei exaltandos in gloria Gentium, mox ſubiicit: *Scitur in Gentibus ſemen eorum, & germen eorum in medio Populorum. Omnes qui videbunt eos cognoſcent illos; quia iſti ſunt ſemen cui benedixit Dominus &c.* Non tantùm igitur Apoſtoli ipſi ſunt verum ſemen, & ſucceſſores eorum, qui cognoſcentur, non tantum in angulis & penetralibus: verùm etiam in medio populorum; Et ita quidem cognoſcentur, ut qui viderint illos, cognituri ſint quod illi ſunt ſemen cui benedixit Dominus. vnde idem Propheta de Eccleſiâ & ad Eccleſiam loquens: *Eris Corona gloriæ in manu Domini, & Diadema in manu Dei tui. Non vocaberis ultra derelicta, & terra tua non vocabitur amplius deſolata, ſed vocaberis voluntas mea in eâ.*

Iſaiæ. 61.

Iſaiæ. 62.

Auguſtinus contra Fauſtum Manichæum quærens quodnam ſit manifeſtũ

Signum veritatis Quod.

ſignum

ſignum veritatis: dicit ipſam eſſe Eccleſiam, quæ omnibus eminet & apparet; propter, inquam, ſublimitatem omnibus eminet; propter verò ſplendorum, omnibus apparet.

Tertia prærogativa eſt eius latitudo, & immenſitas. DEVS quidem dixerat
Gen. 22. Abrahæ: *Benedicentur in ſemine tuo omnes Gentes terræ, &c.* ſemen verò Abrahæ Chriſtus eſt. Benedicuntur autem omnes Gentes in Chriſto, dum credentes in eum fiunt membra eius. Eodem pertinet quod in perſonâ Chriſti dicitur à
Pſal. 2. Regio Pſalte: *Dabo tibi Gentes hæreditatem tuam & poſſeſſionem tuam terminos terræ.* Et
Lucæ 24. in Evangelio Dominus ait: *Oportebat prædicari in nomine Chriſti pœnitentiam & remiſ-*
Actor. 2. *ſionem peccatorum.* Et in Actibus Apoſt. *Eritis mihi teſtes in Hieruſalem & in omni Iudaâ & Samariâ uſque ad ultimum terræ.* Vn-
Rom. 10. de & Apoſtolus: *Nunquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.*

Quarta Prærogativa Eccleſiæ Chriſti eſt ſucceſſio & perpetuitas eius de quâ
Pſal. 88. David vaticinans, ait: *Vſq; in æternum præparabo ſemen tuum & ædificabo in generationem ſedem ſuam. Ponam in ſæculum ſæculi*

ſemen

ſemen eius, & Thronum eius ſicut dies cœli &c. Quemadmodum igitur Dei ordinatione perſeverat dies quæ continuò curſu alia, alij ſuccedit, ſic perſeverat Eccleſia Chriſti per continuas Paſtorum & Plebium ſucceſſiones. Vnde Chriſtus cum juſſiſſet ſuos Apoſtolos docere & baptizare omnes gentes; mox adjecit: *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, uſq; ad conſummationem ſæculi &c.* *Matth. ult.*

Hanc ſucceſſionem clariſſimè indicat Apoſtolus, dum ait: Dominum dediſſe *quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Evangeliſtas, alios autem Paſtores & Doctores ad conſummationem ſanctorum donec occurramus omnes in unitatem fidei &c.* *Ephes. 4.*

Quinta Prærogativa Eccleſiæ Chriſti eſt ejus unitas & conſenſio de qua David ait: *Deus in loco ſancto ſuo. Deus qui habitare facit unius moris in domo.* Et Hieremias: *Dabo eis cor unum, & viam unam, ut timeant me univerſis diebus &c.* Et Ezechiel: *Dabo eis cor unum.* Denique in Actibus Apoſtolorum: *Erant perſeverantes in doctrinâ Apoſtolorum unanimiter, & multitudinis credentium erat cor unum, & anima una &c.* Cum his quæ ex Apoſtolo ſupra retulimus. *Pſal. 62.* *Hierem. 32.* *Ezech. 11.* *Actor. 2.*

Sexta

Digitized by Google

Sexta Prærogativa Eccleſiæ Chriſti eſt, ut vincat ſemper Adverſarios ſuos, & quo magis deprimitur, magis erigat ſe in altum. ſicuti filij Iſraël, quo gravius affligebantur, eo magis multiplicabantur, & creſcebant. Chriſtus, velut vir ſapiens ædificavit domum ſuam ſupra petram, adverſus quam promiſit non prævalituras Inferorum portas. Vnde & Apoſtolus dixit Eccleſiam eſſe columnam & firmamentum veritatis.

Exodi 1.

Matth. 16.

1. *ad Timoth.* 3.

Auguſtinus de ſignis Eccleſiæ.

Divus Auguſtinus contra Epiſtolam fundam. cap. 4. breviter has prærogativas exprimit; Ibi enim inter cætera de ſignis veræ & Catholicæ Eccleſiæ loquens, ait: *Omittens ſynceram ſapientiam, quam in Eccleſiâ eſſe Catholicam non creditis, multa ſunt alia quæ in eius gremio me juſtiſſimè tenent. Tenet conſenſio populorum atq; gentium; tenet authoritas miraculis inchoata, ſpe nutrita, charitate aucta, vetuſtate firmata, tenet ab ipsâ ſedes Petri Apoſtoli, cui paſcendas oves ſuas, Dominus poſt reſurrectionem ſuam commendavit uſq; ad præſentem Epiſcopatum, & ſucceſſio Sacerdotum, &c.* Vide & libro de util. credendi cap. 17. & 47. Vide & Boſſium de ſignis Eccleſiæ.

Ad propoſitum applicando, certum

eſt

eſt nulli Eccleſiæ niſi Romanæ has prærogativas convenire ; nam ſi de primâ loquamur, ſanè ſuper omnes elevata eſt in ſanctitate, & juſtitiâ, ita ut verè dicatur *præparatus mons Domus Domini*, ſanguine Martyrum, teſtimonijsque Confeſſorum, ac caſtitate virginum confirmatus. Hæc in nullâ aliâ inveniuntur omnium judicio.

Si de ſecundâ prærogativâ loquamur, nempe de ſplendore Eccleſiæ & claritate. Quænam rogo Eccleſia in mundo illuſtrior ac ſplendidior unquam fuit ac Romana? cujus fidem Apoſtolus dicit annuntiari in univerſo mundo, cujus obedientiam divulgari dixit in omni loco. Vnde D. Irenæus omnibus cognitam eſſe dicit. Dicant Lutherani & Calviniſtæ an eorum Eccleſia ſit talis? non audent : quia, ajunt, uxorem duxi non poſſum ire. In angulis manet non in vniverſo mundo. Exeant Prædicantes Lutherani extra angulos.

Rom. 1.
Rom. 16.
D. Irenæus lib. 3. cap. 3.

Si de tertiâ prærogativâ ſermo ſit, nempe de latitudine & immenſitate nulla eſt alia quæ in toto orbe ſit diffuſa, niſi Romana. De qua Apoſtolus: *Gratias ago Deo meo per Ieſum Chriſtum pro omnibus*

Rom. 1.

Digitized by Google

nibus vobis; quia fides veſtra annuntiatur in univerſo mundo.

Quoad quartam prærogativam de ſucceſſione Paſtorum & perpetuitate Eccleſiæ, certum eſt nullam unquam fuiſſe, quæ tam admirabilem, vel populorum fidem, in eâdem Civitate conſpexerit, vel Pontificum ſucceſſionem ab origine traxerit, ſicut Romana trahit, non à quovis diſcipulo; verùm ab ipſo principe Apoſtolorum, ut infra videbimus.

Succeſſio Sacerdotũ in Eccleſiâ.

Dixit Auguſtinus ſucceſſionem Sacerdotum uſque ad præſentem Epiſcoparum eum tenere in Eccleſiæ gremio. Ipſe autẽ contra Donatiſtas cum Optato Milevitano lib. 2. contra Parmen. annis ferè quadringentis poſt Chriſti aſcenſionem, ſucceſſionem ſummorum Pontificum produxerunt. Quod ſi potuerit tenere D. Auguſtinum in Eccleſiâ Catholicâ & Romanâ ſucceſſio 40. Pontificum, jam ab ipsâ Petri ſede; Nos ducentorum & quadraginta in eâdem Petri ſede, ſucceſſio, & in eâdem Catholicâ & Romanâ Eccleſiâ non tenebit? Quæcunque enim Eccleſia per vniverſum fidem & doctrinam Eccleſiæ Romanæ

Summi Pontifices Quot.

tenent

tenent & ſequuntur, etiam retinent in ſuis Cathedris firmas & ſtabiles Epiſcoporum ſucceſſiones; Quæ verò Eccleſiæ ſedem Romanæ Eccleſiæ contempſerunt (vt Lutheranæ, Calviniſticæ & ſimiles) illæ non poſſunt eandē Epiſcoporū ſucceſſionem oſtendere: quia nimirùm non colligunt cum Chriſto, qui promiſit unum ovile futurum, & unum Paſtorem: *Extra unum igitur, quidquid eſt, ſchiſmaticum eſt*, ait D. Irenæus, *& cum eis non poteſt dici Chriſtum manere omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi.* Et ſanè Baſilienſes manifeſtè docent ſe non eſſe de hâc Eccleſiâ Chriſti; quia primum Epiſcopum ſuæ Eccleſiæ ponunt Oecolampadium, qui tempore Lutheri vixit, & cum eo fermè omnia docuit, nempe anno 1518, ſicq; eorum Eccleſia nova & antichriſtiana eſt. Lutherani & Calviniſtæ quales rogo ſedes habent & Epiſcopatus, qui olim tales fuerint? Aſſignent.

Eccleſia falſa.

D. Irenæus de unitate Eccleſia.

Quoad quintam prærogativam, quæ eſt de unitate, & conſenſu in doctrinâ, hæc ſanè unitas per omnia convenit Eccleſiæ Romanæ: tàm enim inſigniter elucet in eâ, vt præterquàm quod omnes Romani Pontifices, vnum ſemper in Do-

Romani Pontifices unum ſapiunt.

Digitized by Google

mino ſapiunt (quoties ſaltem officium ſuum agunt, vel fidem docendo, vel in cauſas difficiles ritè atque ordine dijudicando) etiam illi ipſi, non minima cauſa, & ratio ſunt, ut cæteri omnes populi unitatem ſpiritus in vinculo pacis ſervent.

Magna Synodus Chalcedonenſis ad Leonem magnum ſcribens accuſat Dioſcorum, eò quod excommunicationem meditatus fuerat, contra Leonem Papam, cui unicæ (id eſt Eccleſiæ) cuſtodia à Salvatore commiſſa erat, & qui Corpus Eccleſiæ unire feſtinabat. Et ſanè qui diverſa hominum ingenia, mores, linguas, ritus, & leges exactè perpenderit, nihil admirabilius videbit eſſe in totâ Eccleſiâ Dei, quàm quod in tot gentibus tam diviſis inter ſe, tamen eadem fides, veluti uno corde creditur à populis, & velut uno ore prædicatur à Paſtoribus, ac velut unâ manu, à ſanctis Doctoribus conſcribitur, prout voluit fieri Apoſtolus: *Supportate invicem*, ait, *in Charitate ſolliciti ſervare unitatem ſpiritus in vinculo pacis, unum Corpus, unus ſpiritus; ſicuti & vocati eſtis in unâ ſpe vocationis veſtræ. unus Dominus, una fides, unum Baptiſma.* *Epheſ. 4.*

Ne

Ne autem hæc unitas frangatur: Prohibet Deus per Apoſtolum Petrum, ne quivis ſibi uſurpet authoritatē interpretandi ſacras ſcripturas: *Et habemus*, ait, *firmiorem Propheticum ſermonem, cui bene facitis attendentes quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco, donec dies eluceſcat, & lucifer oriatur in cordibus veſtris; Hoc primùm intelligentes, quod omnis prophetia ſcripturæ, propriâ interpretatione non fit. Non enim voluntate humanâ allata eſt aliquando prophetia, ſed ſpiritu ſancto inſpirati, locuti ſunt ſancti DEI homines. fuerunt verò & Pſeudoprophetæ in populo, ſicut & in vobis erunt magiſtri mendaces; qui introducent ſectas perditionis &c.* Et iterum: *Chariſſimus frater noſter Paulus ſecundum datam ſibi ſapientiam ſcripſit vobis, ſicut & in omnibus Epiſtolis, loquens in ijs de his, in quibus ſunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & inſtabiles depravant; ſicut & cæteras ſcripturas, ad ſuam ipſorum perditionem. Vos igitur fratres, præſcientes cuſtodite, ne inſipientium errore traducti, excidatis a propria firmitate. Creſcite verò in gratiâ & in cognitione Domini noſtri, & Salvatoris IESV Chriſti. Ipſi gloria, & nunc, & in diem æternitatis, Amen.*

D. Petrus Epiſt. 2. cap. 1.

Cap. 3.

Ex his facilè colliges, quis ſit audiendus in controverſijs fidei, & ſacræ ſcri-

pturæ interpretatione; ſancto enim Petro Apoſtolo demandavit Chriſtus Dominus eam authoritatem, cum Collegis ſuis Apoſtolis; poſt mortem verò Apoſtolorum ſucceſſori ſancti Petri Romano Pontifici, cum reliquis Epiſcopis, ei conſentientibus. Exemplum habemus ab Apoſtolis in primo Concilio Hieroſolymis celebrato, cui præfuit D. Petrus Apoſtolus. Totum etiam hoc docet Apoſtolous Paulus.

Actor. 15.

ad Epheſ. 4.

De hac unitate, & conſenſu in unâ fide, ipſemet Calvinus loquens: fatetur uſque ad tempora Auguſtini, nihil in eâdem Apoſtolicâ doctrinâ immutatum fuiſſe; vnde & ad ſuos alibi loquens ſic, « ait: Has, Nicenam, Conſtantinopolitanam, Chalcedonenſem, Epheſinã, ac ſimiles priſcas Synodos, quæ confutandis erroribus habitæ ſunt, libenter amplectimur, reveremurque ut ſacroſanctas, quantum attinet ad fidei dogmata.

Calvinus lib. 1. *Inſt cap.* 11. *ſect.* 15. *de Eccleſiâ.*

lib. 4. *Inſt. cap.* 9. *ſect.* 8.

Item ad ſuos iterum loquens, dicit: « Eam doctrinam recipi ac vigere cupimus, quam ſuo ſanguine conſignarunt « Apoſtoli, & Martyres.

In cap. 23. *Matth*, §. 39.

In Epiſtolâ ad Sadoletum Cardina- « lem, monet ipſum, dicens: Statue tibi

ante

ante oculos veterem illam Eccleſiæ fa- » *Adverſarij*
ciem, qualem Chryſoſtomi, aut Baſilij » *quos Patres*
ætate apud Græcos; Cypriani, Ambro- » *recipiant.*
ſij, Auguſtini ſæculo apud Latinos exti- »
tiſſe, ipſorum monumenta fidem faciunt. »
Hæc ille.

Videtis quomodo Eccleſiæ antiquæ fidem commendet alijs?

Anno Domini 1564. In Germaniâ ſeptem præcipui Miniſtri Calviniſtæ, nempe Dillerus, Boquinus, Olevianus, Dathæus, Sorſinus, Ehemius, Eraſtus in Colloquio Malbrunenſi, cum totidem ſuperioris Germaniæ Miniſtris Lutheranis, præſente Friderico Principe Palatino, & Chriſtophoro Duce VVittembergenſi, magno conſenſu juraverunt, ſeſe admiſſuros Patres illos antiquos quingentorum annorum veluti Iudices, arbitros omnium, quæ inter ipſos ſunt de religione diſſidiorum, eò quod (aiunt ipſi) ſic conſtituerunt pridem, Melanchton, & Bucerus in Colloquio VVormaciæ celebrato. Extat hoc in actis Colloquij Malbrunenſis Heildelbergæ anno Chriſti 1566 editis pag. 24. & 25.

Adverſarij convincuntur.

Quod ſi hæc ita ſe habeant, jam actum dico eſſe de totâ fermè Lutheri & Calvi-

Digitized by Google

ni & ſuorum doctrinâ : quia per ipſos Patres ſanctos omnino, & per totam Eccleſiam condemnata eſt, ut ſuis locis per articulos tradam & oſtendam nos habere illam eandem fidem : ſeu Eccleſiam Romanam tenere & docere eandem fidem quam tenuerunt & docuerunt illi ſancti Patres illorum quingentorum annorum.

Eccleſia non poteſt errare.

In hoc quod dicunt Eccleſiam poſſe errare, eſt contra aperta Chriſti verba Matth. 16. *Et portæ inferi non prævalebunt adverſus eam.* Paulus vocat eam *columnam & firmamentum veritatis.* Quod verum non eſſet, ſi poſſet errare & Lutherus ipſe fatetur in explicatione 3. Præcepti Decalogi eam non poſſe errare.

Lutheri ſententia.

Quoad ſextam prærogativam Eccleſiæ Chriſti, quæ eſt ut vincat ſemper adverſarios ſuos, & quo magis deprimitur, erigat ſe in altum magis. In Eccleſiâ Romanâ hoc effulgere patet, ut nihil ſimile in aliâ Eccleſiâ, vel unquam auditum ſit; nulla namque Eccleſia eaſdem perſecutiones, aut patientiùs pertulit, aut fortius vicit, quàm Romana Eccleſia.

Teſtari & hoc poterunt Adverſarij (ſi veritatem dicere velint) qui fuerunt in

Gal-

Digitized by Google

Galliâ, Germaniâ; ſed præcipuè in Angliâ, tempore Lutheri & Calvini. Quot bone Deus, Martyres facti ſunt in Angliâ, & Hiberniâ, ſub Henrico 8, & Elizabethâ Angliæ Reginâ, & etiamnum hodiè fiunt, pro defenſione Eccleſiæ? Quot eodem tempore in Galliâ, Calvini factione? Legantur Hiſtoriæ Gallicanæ, Anglicæ, & Hibernicæ. Quot millia hominum periere, rebellione Lutheri in Germaniâ, & ſuaſione eius, libello compoſito, quo ſollicitabat Ruſticos adverſus Nobiles. Legatur Cochlæus de actibus eius, & Prateolus Elenchi Alphabetici omnium Hæreſum lib. 10. in verbo Lutherani. Hoc in tumultu Ruſticorum, ait, Germanorum cladem varij variè narrant. Genepæus centum millia commemorat: Cochlæus certis ex literis ſupputat ad centum triginta millia: In vitâ verò Clementis ſcribuntur occiſa ad centum quinquaginta millia. O bellum ſanguinarium, ait ipſe Prateolus. O Germaniam omnium hactenus orbis nationum victricem, ſuo nunc Evangelicorum inteſtino diſſidio cruentatam, parricidali ſanguine defædatam, ſuis denique filiorum manibus ſeminecatam.

Martyres in Angliâ factione Lutheri.

In Galliâ factione Calvini.

Concitatio Ruſticorum per Lutherum contra ſuos Dominos, & numerus occiſorum.

Digitized by Google

O Evangelicum Lutheri ſpiritum, qui iſtam ſuæ Patriæ intulit cladem. Iſtam inauditam poſt Germanorum memoriam domeſticam calamitatem, ad quam memorabilis illa, ne Iuliani quidem comparanda eſt, cui (obſecro) alteri acceptam referat Germania quàm uni ſuo Martino Luthero Pſeudo Apoſtolo? Hic enim initiò Ruſticos contra Dominos tam Eccleſiaſticos, quàm Principatus armavit. Mox & Nobiles contra Eccleſiaſticos ſcripſit, & venenatæ linguæ flagello, concitavit. Hæc Prateolus vide plura ibi.

Hæc ſufficiant pro unitate Eccleſiæ noſtræ Romanæ & Apoſtolicæ; quia nulli alteri Eccleſiæ conveniunt prærogativæ dictæ: Nulla eſt enim in Eccleſiâ eorum unitas, ut vidimus: longè minus ſanctitas, quæ tamen neceſſariæ ſunt, ex Apoſtolo, & ſymbolis citatis, & etiam ſecundum ipſos Hæreſiarchas noſtros adverſarios.

Opor-

Digitized by Google

Oportere huius unius Eccleſiæ & caput eſſe: & Divum Petrum illius caput fuiſſe, & modo eius ſucceſſores Romanos Pontifices, aſſerunt Sacræ Literæ.

MAtth. 10 Duodecim Apoſtolorum nomina ſunt hæc: *Simon qui dicitur Petrus & Andreas frater eius &c.* Vides Petrum primò nominari, quod ſignũ eſt præcedentiæ. ſimile habetur & c. 17.

Loca Sacræ Scripturæ.

Matth. 16. Dicit illis Ieſus: *Vos autem quem me eſſe dicitis? Reſpondens Simon Petrus dixit: Tu es Chriſtus filius Dei vivi. Reſpondens autem Ieſus, dixit ei: Beatus es Simon Bar-Iona: Quia Caro & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus, qui in Cœlis eſt. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. Et tibi dabo claves Regni Cœlorum. Et quodcunq; ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in Cœlis: & quodcunq; ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in Cœlis.*

Hunc locum Origenes, inter Græcos, interpretatur de primatu Petri, ad Pſal. 1. anno Chriſti, 230. *Petrus*, ait, *ſuper quem Chriſti Eccleſia, contra quam inferorum*

Scriptores Græci orthodoxæ fidei de primatu Petri.

portæ non prævalebunt, ædificata eſt, &c. Vide & Homil. 5. in Exodum.

Vnde & D. Dionyſius Areopag. anno Chriſti 100. de divinis nominibus cap. 3. *aderat Petrus ſupremum decus, & antiquiſſimum Theologorum columen, &c.*

Euſebius Alexandrinus anno Chriſti 260. Homil. de Reſurrect. D. Baſilius Magnus anno Chriſti 370. in Proæmio de judicio Dei & orat. 3. de peccato. D. Cyrillus Hieroſol. anno Chriſti 370. Catech. 11. D. Ephrem Sirus anno Chriſti 370. in panopliâ ſeu armaturâ ſpirituali. D. Gregorius Nazianz. anno Chriſti 380. orat. 26. quæ eſt de moderatione in diſput. ſervandâ. D. Epiphanius qui floruit eodem tempore in Ancorato. D. Ioañes Chryſoſtomus anno Chriſti 400. Homil. in Petrum Apoſtolum, & Eliam Prophetam, & Homil. 83. in Matth. atq; etiam Homil. 9. de pœnitentiâ. Ioannes Caſſianus anno Chriſti 430. de Incarnatione Domini, lib. 3. cap. 12.

D. Cyrillus Alexandrinus, qui eodem tempore floruit, lib. 12. in Ioanne cap. 64. *Cùm Salvator à Diſcipulis quæreret. Vos autem quem me eſſe dicitis? Petrus ut Princeps*

ca-

Digitized by Google

caputq́ ceterorum primus exclamavit: Tu es Chriſtus filius DEI vivi, &c.

Ita & Maximus Conſtantinopol. Patriarcha, qui floruit eodem tempore, Epiſt. ad Orientales. Paulus Emiſſenus qui floruit & eodem tempore Homiliâ habitâ Alexandriæ de Chriſti nativitate, deq́; beati Cyrilli, qui ibi præſtò erat, præſtantiâ & fide; *ubi autem, quem me eſſe dicitis? nonne Petrus Apoſtolorum Coriphæus, eorundemq́ os reſpondit: Tu es filius DEI vivi, &c.*

Ita & Victor Antiochenus ad cap. 8. Marci anno 460. Iuvenalis, Epiſcopus Hieroſolimit. Epiſt. ad Presbyteros Palæſtinos anno 470 *Cùm ſummus & princeps Apoſtolorum Beatus Petrus dixiſſet: Tu es Chriſtus filius DEI vivi, &c.* Ita & Procopæus Gazeus anno Chriſti 530. ad Caput 62. Iſaiæ.

Theophanes Cerameus anno Chriſti 820. ſermone de Sanctis Apoſtolis. *Ego verò dico tibi; quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Tu inquit, Petrus es, petra fies fidei, verbi & Eccleſiæ firmatæ fundamentum ac ſpiritualis ædificationis, primus aditus, &c.*

Ita & Ignatius Conſtantinopol. anno Chri-

Chriſti 860. Epiſtolâ ad Adrianum ſecundum. *Omnium Magiſter dicit Petro magno, & ſummo Apoſtolorum: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Tales beatos vocat, non ſecundum quandam utiq; ſortem Apoſtolorum Principi Petro ſolùm circumſcripſit & diffinivit, ſed ad Succeſſores quoq; derivari voluit.*

Non ſoli Petro, ſed & ſucceſſoribus primatus eſt collatus.

Nota bene, quod dicit Chriſtum non ſolum circumſcripſiſſe & diffiniviſſe Petro Primatum in Eccleſia, ſed & ſucceſſoribus.

Leo Imperator pro Primatu Petri.

Ita & Leo 6. Imperator anno 880. in ſerm. de Petro, ubi poſt multa, ait, *ut occaſionem erroris conciperent, quod omnibus diſcipulis communitèr dixiſſet. Quæcunq; ſolveritis in terrâ, &c. Reſpondit Dominus quaſi increpans Petrum: ſi eum volo manere, donec veniam, quid ad te? tu me ſequere. (loquitur de B. Ioanne Apoſtolo, de quo Petrus interrogaverat. Hic inquit quid?) Id eſt ſequere me hoc baculo Paſtorali; & ſicut ego, ut eram vobiſcum, ſervabam vos, ut Pater, & caput, & Magiſter, vigilans pro vobis: ſic tu eſto meo loco & ſequere me principatu ac poteſtate tuâ, fratres tuos confirmans. Te enim volo eſſe meo loco. unde manet in hodiernum diem Petrus ſequens Chriſtum in ſucceſſore ſuo, &c.*

Digitized by Google

Nota hoc inſigne teſtimonium pro primatu Romani Pontificis: Dicit enim quod manet in hodiernum diem Petrus ſequens Chriſtum in ſucceſſore ſuo, ſcilicet Romano Pontifice, nam nullus eſt ſucceſſor Petri, in quo Petrus maneat, niſi Romanus Pontifex.

Ita docet & Theophylactus, anno Chriſti 900. ad caput 16. Matth. ad caput 22. Lucæ, & ad caput 21. Ioan.

Docet idem Euthymius ad cap. 16. Matth. ad illa verba ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, anno 1080.

Hi omnes citati ſcriptores Græci interpretantur locum Matthæi 16. de primatu Petri & Romani Pontificis eius perpetui ſucceſſoris in Eccleſiâ Dei Romanâ & Apoſtolicâ.

Audi Gennadium Scholarium Patriarcham Conſtantinopolit. in defenſione de primatu Papæ anno 1450.

Gennadius Scholarius de primatu Rom. Pont.

Ecce nunc quintum & ultimum decreti caput, (intellige Concilij Florentini, cui Patres Græci interfuerunt anno circiter 1447.) *accedit, ut ſuam reſponſionem accipiat, quemadmodum & præcedentia. Ergo quia laborem explicandi, quæ mihi de quatuor primis capitibus viderentur, non defugi, nequaquam*

quam decet hoc, aut ſilentio involvere, aut debitâ reſponſione fraudare; Æquum eſt, igitur omni adhibito ſtudio, & de hoc capite, quæ dici poſſunt adferre, ne & ipſum debitâ careat portione; imò & alijs adjungatur Sacrorum Patrum, & Doctorum, divinis & Theologicis teſtimonijs communitum, & cumulatè, quod polliciti ſumus, præſtemus. Quidnam verò hoc eſt? Eccleſiæ caput, Papæ primatus, quemadmodum ſacræ ſynodi decretum apertè clamat.

Decretum Concilij Florentini.

Præterea decernimus Apoſtolicam ſedem, & Romanum Pontificem in univerſum orbem primatum obtinere, eundemq; Beati Petri Principis Apoſtolorum Succeſſorem, & ipſius Chriſti in terris Vicarium, Patrem & Magiſtrum omnium Chriſtianorum. Ita in Decreto Sacri Concilij, cui conſenſerunt Græci, & ſubſcripſerunt unanimitèr cum ſuo Patriarchâ; ut patet in fine Concilij.

Inſigne teſtimonium contra adverſarios.

Hoc profectò neſcio, ait Gennadius ipſe, *quomodo quis inficiari poteſt; cum apertiſſimè Chriſtus, & omnes Doctores, manifeſtiùs quàm ſi per tonitruum perſonaret, hoc ipſum vociferentur. Chriſtus ergo ante ſuæ paſſionis tempus, ad Philippi Cæſaream pergens, interrogavit ſuos diſcipulos, dicens: Quem dicunt homines eſſe filium hominis? Animadverte exquiſitum*

Chriſti interrogatio. Matth. 16.

Theo-

Theologici ſermonis ſenſum: nam quando de communibus hominum ſententijs percontatur, Apoſtoli occupant reſponſionem dicentes per ſingulos: Quidam Ioannem Baptiſtam, alij dicunt Eliam; alij Hieremiam, alij unum ex Prophetis. Quando verò de illorum ſententiâ explicanda interrogat; & quem exiſtimationem de eo haberent, cum diceret: Vos autem quem mè eſſe dicitis? Tunc nemo Apoſtolorum locutus eſt, quia ipſi aliorum præſides erant; Petrus autem ijs, & toti orbi terrarum præſidebat; & ij quidem, tanquam præſides aliorum, aliorum ſententiam explicabant. At cum Petrus Apoſtolorum præſes eſſet, pro illis adfert reſponſionem; Illi enim primatum, velut ejuſdem ſcholæ ſocij, detulerunt: unde & audactèr Chriſto reſpondet: Magiſter interrogàs quem te dicimus eſſe? Tu es Chriſtus filius DEI. Conſidera magnificam Petri Confeſſionem, ideò & Salvator ad eum: Beatus es Simon Bar-Iòna; quia caro & ſanguis non revelavit tibi, non humana ſapientia hoc te docuit, neq; ab hominibus didiciſti; ſed Pater meus, qui in Cœlis eſt, hanc tibi admirabilem Theologiam revelavit. Ego autem tibi dico, quod tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam: Neq; hic ſubſiſtit, imò progrediens dicit: Et dabo tibi

Petri reſponſio.

clavés

claves Regni Cœlorum, & quæcunq; ligaveris ſuper terram, erunt ligata & in Cœlis, & quæcunq; ſolveris ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis. Quis ergo ſe Chriſtianum profeſſus hæc abnegabit? niſi fortè Chriſtianiſmum exuere velit. Hæc Patriarcha libro defenſionis, 5. Capitum Concilij Florentini ſect. 1.

Lutherani exuerunt Chriſtianiſmum. Notent Lutherani & Calviniſtæ, qui primatum Petri, & Romani Pontificis negant, nam ſecundum ipſum Patriarcham exuerunt Chriſtianiſmum.

Objectio. *Sed quid huic objicient:* ait dictus Patriarcha, *qui id oppugnant? ad omnes hoc*
Ioan. 20. *dixit Chriſtus, ubi dicit: Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata, remittantur eis; & quorum retinueritis, retenta*
Lucæ 10. *ſunt.* Et alibi: *Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper*
Marci ult. *omnem virtutem inimici.* Et rurſus *Euntes in mundum univerſum, prædicate Evan-*
Matth. 18. *gelium omni creaturæ.* Et alibi: *Quæcunq; ligaveritis ſuper terram, erunt ligata & in Cœlis.*

Reſponſio. *Hæc & nos confitemur dicimusq́; , quod in commune hos conſtituit Magiſtros orbis terrarum, & omnibus gratiam tribuit peccata dimittendi; quoniam uſque ad orbis terminos ipſos deſtinavit: neceſſe enim erat eos habere poteſta-*

tem

tem baptizandi, docendi, prædicandi, & omnibus gentibus dicendi, quæ opus eſſent. Cæterum erat utile, vel potius neceſſarium, hos caput habere; ut inter eos eſſet ordo, & caput, ne ſine capite aberrarent; unde Confuſio magis oritur, quàm Vnio, ex quo diſſolutio & ordinis perturbatio eſſet conſecuta; quia ubi non eſt ordo, ibi diſſolutio; nam ordinis perturbatio diſſolutionis principium. Gregorius cognomento Theologus id confirmat: nam videamus mundanos principatus, videmus perturbari, diſcindi, atq; aboleri, quando inter ſe juncti non ſunt: quoniam ſi duo de Regni primatu decertant, uterque extinguitur. Hoc & Salvator dixit: Omne, inquit, Regnum in ſeipſum diviſum deſolabitur: non igitur in commune ad omnes Chriſtus dixit (nemo negabit hoc) ſed ſeorſum Petro. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, ne oriretur diviſio inter eos, ut diximus, ac perturbatio. Si ergo ea vera ſunt, quod mundanæ poteſtates, quando disjunctæ ſunt, intereunt, & dilabuntur; quomodo debuit Chriſtus Eccleſiam ſuam omittere ſine capite? ut confuſio ſequeretur, & ex confuſione deſtrueretur, ſed ut ſupra omnem ordinem poſitus: & ut exiſtens is, qui ordinem conſtituit, voluit & ordine ſuam ſocietatem.

Capitis utilitas & neceſſitas.

D. Gregorius Theologus.

Matth. 12.

Matth. 16.

Digitized by Google

videlicet Eccleſiaſticam, contineri: & ut ipſe erat in terris caput, Dominus, Magiſter Diſcipulorum, & Pater, & Paſtor; ſic cum decreviſſet ad paternum thronum aſcendere, Petrum præfectum ipſis conſtituit Patrem, & Magiſtrum; & ut uno verbo dicam ſuum Vicarium, ac Succeſſorem. Oſtendit autem, & alibi ante ſuam paſſionem, ſe principatum, & primatum, Petro tradidiſſe, ubi dicit: Petre, ſæpius expetivit Sathanas vos ut cribraret ſicut triticum; ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando converſus, confirma fratres tuos. Audis hoc, ego rogavi pro te, & illud: Tu aliquando converſus, confirma fratres tuos? Quid tibi videtur, ſcilicet confirmare fratres? niſi eum eſſe illorum Principem, & eos confirmare. Hæc Patriarcha ſect. 2. de Primatu Romani Pontificis.

Petrus Chriſti Vicarius.

Lucæ 22.

Sect. 3. verò: *Cæterùm*, ait, *ſancti Patres, & acta Oecumenicorum Conciliorum maniſeſtiſſimè idem comprobant. Quid igitur jure adverſus hæc poteſtis afferre? niſi forte id quod audio à multis prædicari; quod hi vitam Petri non vivunt: nam ille pauper; hi verò ſunt divites: & aliud vitæ genus nunc Papa ducit; quàm Petrus: quomodo ergo eſt*

Objectiones Adverſariorum de vitâ Pontificum.

ſuc-

ſucceſſor eius? Duo animadverto hic reprehendi, quæ omitti non p.ſſunt. Primum quod ille pauper erat, hic dives. Secundum aliud genus vitæ vivebat ille, aliud hic.

Ad primum quidem illis ſic reſpondendum eſt: ſcilicet, quod opes, & ea quæ poſſidet, non ipſe ſibi comparavit neq; per vim ab aliquo extorſit, ſed ante multas ætates & annos; non tantùm ante ſchiſma, & diviſionem Eccleſiarum, ſed paulò poſt Chriſti aſſumptionem in Cœlum & ante ſanctam & primam Magnam Synodum, Magnus Conſtantinus Imperator invictus Sylveſtro, ſanctiſſimo, ſummoq; Pontifici largitus eſt: quemadmodum in edicto continetur, & in ſacris Canonum libris invenitur. Hæc ille qui ibidem ait, *ne aliud videamur afferre quàm propria verba Decreti Imperatoris ſonant, ponam propria verba.* Vide ibi ſectione 4. ubi latè probat Imperatorem id potuiſſe facere, & ponit rationes multas, quas brevitatis cauſa om...o. — *Reſponſio 1. Catholicorum digniſſima.* — *Nota bene.*

Ad ſecundum ſic reſpondet. *Quod ſummi Pontifices in præſenti, Petri vita non vivunt, reſpondendum: quamquam aſperum alicui dictu videbitur, ſi præſidem, fratres, Romanæ Sedis accuſatis, cur non accuſatis Orientis Pontifices* (notent bene Lutherani — *Reſponſio 2.* — *Notent Adverſary.*

& Calviniſtæ hæc verba) *qui veterum Pontificum & Apoſtolorum vitam non vivunt? Hoc eſt, Alexandrinum, qui non vivit, ſicut Marcus: Antiochenum, ſicut Ignatius, cognomine Deifer: Hieroſolymitanum, ſicut Iacobus, qui fuit Domini frater: Conſtantinopolitanum, ſicut Andreas Protocletus: ſed Romanum tantùm reprehendere vultis? Quanam id de cauſa? Quia Latinus & barbam radit, atq; quartâ feriâ & paraſceve oleum ac piſces comedit. Hæc igitur ſunt quæ carpere ſcitis, avaritiam ebrietatem, inſcitiam, neſcitis carpere. Si peccatores, ut vos arbitramini, ſunt Romani Pontifices; quid ad vos? non noſtrum eſt diſquirere, & damnare noſtros Principes, Prophetâ apertè clamante: Principi populi tui non maledices,* Exodi 22. Actor. 23.
ſed nec inſurgere adverſus paſtorem ovibus licet: audimus enim dicentem Dominum; Super Cathedram Moyſis ſederunt Scribæ & Phariſæi; omnia quæcunq; dixerint vobis facere, facite, ſecundùm verò opera eorum nolite facere. Quoniam poterant & illi Domino reſpondere: non tenemur Pontificibus obedire, quamvis in Moyſis Cathedrâ ſedeant, quia ſunt peccatores: at id non dixerunt: ſciebant enim, quod in Cathedrâ Moyſis ſedere, oſtendit eos poteſtatem Moyſis habere, quamquam eſſent peccatores, & Moyſis vitam non viverent, quod Matth. 23.

Præ-

Prophetæ & Sancti non erant, ſicut Moyſes. Ita & hi Beati Petri ſedem regunt, poteſtatemq́ illius habent; ac veluti principatum gerentes & Domini, jubent; nos verò ſubijcimur. Sin autem vitam Petri non vivunt; in villicationis die, rationem verbo reddent: at nos pro illis non reddemus: quod enim nos eis debemus, agimus; & obedientiam pro virili exhibemus? Beatum Gregorium audite dicentem: Oves, Paſtores nolite paſcere, neq; ultra fines veſtros inſurgere: Satis eſt vobis ſi bene paſcamini &c. Hæc Gennadius.

Hujus Doctoris latè verba retuli; quia authoris græci, qui optimè noverat quid de primatu Papæ doceatur inter ſuos: unde & ſectione 5. ſic habet. *Sed ut penitus os vobis obſtruam, oſtendere vobis ex teſtimonio ſanctorũ Doctorum Eccleſiæ incipiamus; quod Romana Eccleſia alias antecellat & Monarchiam obtineat, tanquam inter cæteras potior atq; excelſior. Inquit Anacletus: Sacroſancta Romana & Apoſtolica Eccleſia, non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino, & Salvatore noſtro, primatum obtinuit, ſicut Beato Apoſtolo Petro dixit: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, quam beatiſſimi Apoſtoli Petrus & Paulus, ſuo martyrio conſecrarunt.*

Eccleſia Romana omnes antecellit.

Primatus Eccleſiæ Romanæ à Chriſto.

Digitized by Google

Hæc illa. Anacletus iſte vixit anno Chriſti 84. qui Romanus Pontifex fuit.

Marcellus Papa.

Citat ſecundo loco D. Marcellum Papam, qui vixit anno Chriſti 304. Ipſe enim Epiſtolâ 1. ait: *Rogamus vos, ut non aliud doceatis & ſentiatis, quàm quod à Beato Petro, & reliquis Apoſtolis, & Patribus accepiſtis: ipſe enim eſt caput totius Eccleſiæ; cui ait Dominus: tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam; eius enim ſedes, primitùs apud vos fuit: quæ poſtea jubente Domino translata eſt; cui adminiculante gratiâ divinâ, hodiernâ præſidemus die.*

Chriſtus Matth. 16.

Leo Papa.

Citat tertio loco D. Leonem Papam, qui vixit anno Chriſti 450. ſerm. 3. de anniverſario die aſſumptionis ſuæ ad Pontificatum, qui & probat primatum Petri & ſucceſſorum ejus Eccleſiæ Catholicæ. Refert verba citata ſupra Matth. 16.

Patres & Scriptores Latini orthodoxæ fidei interpretantes dictum Locum Matth. 16. de Primatu Petri & Succeſorum eius in Eccleſiâ Romanâ.

Scriptores Latini orthodoxa fidei.

Sunt præter D. Marcellum & D. Leonem citatos. D. Hilarius anno Chriſti 350. Cap. 16. in Matth. D. Ambroſius

ſerm.

Digitized by Google

ſerm. 12. de mirabilibus. ſerm. 47. & ſerm. 68. ipſe floruit anno 370. D. Hieronymus anno Chriſti 390. ad caput 16. Matth. D. Auguſt. anno Chriſti 400. tract. 124. in Ioannem, & ſerm. 5. in Feſto Petri & Pauli. D. Gregorius Magnus anno Chriſti 590. lib. 6. epiſt. 36. Iſidorus Hyſpalenſis anno Chriſti 620. de officijs eccleſiaſt. lib. 2. cap. 5. Adrianus I. anno Chriſti 690. Epiſt. 13. Nicolaus I. anno Chriſti 860. Epiſt. 6. Altercatio Synagogæ & Eccleſiæ anno Chriſti 900. cap. 19. Leo IX. anno 1040. ad Michaëlem Imperatorem, & Leonem Acridanum cap. 17. Gregorius VII. anno Chriſti 1076. lib. 8. Epiſt. 21. D. Anſelmus anno Chriſti 1080. ad 16. cap. Matth. Innocentius III. anno Chriſti 120. lib. 1. Myſt. Miſſæ cap. 8. D. Thomas Aquinas anno Chriſti 1250. lib. 1. contra errores Græcorum cap. 32. Nicolaus Liranus ad cap. 16. Matth. anno Chriſti 1320. Laurentius Iuſtinianus anno 1430. de obedientiâ cap. 12. & cõmuniter Scriptores orthodoxæ fidei, quorum dicta vide apud Iodocum Coccium Tom. 1. Theſauri Catholici lib. 7. de Hierarchiâ Eccleſiæ art. 4.

In communi Scriptores Græci orthodoxæ fidei loquentes de primatu Papæ huius noſtræ unicæ Eccleſiæ.

Conſtantini Imperatoris Decretum.

Cenſura orientalis Eccleſiæ.

Eccleſia Romana omnibus præeſt.

Sunt: Clemens Romanus Epiſt. 1. ad D. Iacobum anno Chriſti 80. D. Dionyſius, anno Chriſti 100. jam ſupra citatus de divinis nominibus cap. 3 Petrus Alexandrinus, anno Chriſti 280. ſerm. de pœnit. Conſtantinus Imperator, anno Chriſti 320. *Sanctus Petrus eſt Dei in terrâ Vicarius.* Gennadius ſect. 5. cit. *Præterea,* ait, *hoc Decreto Conſtantini confirmatur, quod in Canonicis ſanctionibus legitur, in quo præter alia multa, & hoc habetur. Decernentes ſancimus, ut Sacroſancta Eccleſia Romana principatum teneat, tam ſuper quatuor ſedes Alexandrinam, Antiochenam, Hieroſolymitanam, Conſtantinopolitanam; quam etiam ſuper omnes in univerſo orbe terrarum Eccleſias Dei.*

Ex quo colligere poſſimus, ait dictus Gennadius, *eum Romanam Eccleſiam veluti principem omnibus præponere; cui non ſolùm Antiochena Eccleſia, verùm etiam Conſtantinopolitana, & reliqua commendantur.*

Gregorius: *Conſtantinopolitana Eccleſia ſedi Apoſtolicæ ſubjecta eſt.* Item ex Synodo Conſtantinopolit. *Conſtantinopoli-*

politanæ, inquit, *Civitatis Epiſcopum habere primatus honorem, poſt Romanum Epiſcopum.*

Anacletus dicit: *Romana ſedes primatu, Dei gratiâ exornatur, quæ à Domino non ab alio eum cepit; & ſicut cardine oſtium regitur; ſic huius Apoſtolicæ ſanctæ ſedis authoritate, omnes Eccleſiæ, Domino diſponente reguntur.* Hæc ibi.

Primatus Romanæ Eccleſiæ non ab homine, ſed à Deo.

Concilium Nicenum, anno Chriſti 325. Can. arabico 39. *Ille qui tenet ſedem Romæ, caput eſt, & princeps omnium Patriarcharum; quandoquidem ipſe eſt primus, ſicut Petrus, cui data eſt poteſtas in omnes Principes Chriſtianos, & omnes populos eorum, ut qui ſit Vicarius Chriſti Domini noſtri ſuper cunctos populos, & univerſam Eccleſiam Chriſtianam: & quicunque contradixerit, à Synodo excommunicatur.* Huic Synodo interfuerunt trecenti decem & octo Patres, ut teſtantur omnes Eccleſiaſticæ hiſtoriæ.

Poteſtas Romanæ Eccleſiæ in omnes Principes Chriſtianos.

Ita & Athanaſius Epiſt. ad Fœlicem, anno Chriſti 340. D. Baſilius Magnus anno Chriſti 370. ad cap. 2. Iſaiæ, oratione 3. de peccato, & lib. 2. contra Eunonium. D. Gregorius Nazianz. orat. 7. ſeu Apologetico ad Patrem Gregorium cum Epiſcopus Saſimorum creatus eſt anno Chriſti 380. D. Epiphanius eodem

tempore Hæreſi 51. Ioannes Caſſianus anno Chriſti 430. de incarnatione Domini lib. 3. cap. 12. Maximus Conſt. Patriarcha eodem tempore Epiſt. ad Orient. qui & verba Chriſti Matth. 16. citat Synodus Chalcedonenſis act.3.año Chriſti 453.

Epiſcopi Orientales pro primatu Romanæ Eccleſiæ.

Epiſcopi Orientales anno Chriſti 500. Epiſtolâ ad Symmachum Papam, *ſicut docuit Apoſtolorum Princeps Petrus, cuius Cathedram Beatitudini tuæ credidit.*

Imperatores de primatu Rom. Eccleſiæ.

Ita & Anaſtaſius Imperator año Chriſti 516 Epiſt.ad Hormiſdam. Conſtantinus IV. Imperator anno Chriſti 680. in edicto pro ſextâ univerſali Synodo. D. Ioannes Damaſcenus anno Chriſti 730. oratione de transfiguratione Domini.

Synodus Nicena 2.

Synodus Nicena 2. anno 780. can. 4. Theophylactus anno Chriſti 900. ad caput 16. Matth. Oecumenius anno Chriſti 1060. ad cap. 1. Actor. Vide quam plurimos alios apud Iodocum Coccium Tom.1.Theſauri Catholici lib. 7. de Hierarch. Eccleſiæ art. 4. Videbis & dicta eorum, ubi citat & Hieremiam Patriarcham Conſt. qui vixit anno 1580. Reſponſo. 2. ad Confeſſionem Auguſtanam cap.2.de juſtitiâ fidei & bonis operibus.

Digitized by Google

ribus. *Age igitur tu Venerandorum Apoſtolorum Coriphae Petre, dic teſtimonium.* Ita & reſponſo. 3.

Patres Latini præter citatos loquentes de primatu Papæ.

Patres Latini.

D. Cyprianus anno Chriſti 200. præter locum cit. de unitate Eccleſiæ Catholicæ, ſeu ſimplicitate Prælat. Multa habet lib. 1. Epiſt. 8. vel in alia impreſſione epiſt. 40. & epiſt. 55. Et lib. 1. epiſt. 12. vel epiſt. 7. & lib. 4. epiſt. 10. vel epiſt. 69. Melchiades anno Chriſti 310. Epiſt. ad Epiſcopos Campaniæ. Iulius I. anno Chriſti 340. Epiſt. 1. ad Epiſcopos Orientales. Optatus Milevitanus anno 380. contra Donatiſtas lib. 2. Damaſus Papa anno Chriſti 380. Epiſt. 2. Innocentius I. anno 406. Epiſt. ad Victricium. Fœlix tertius anno Chriſti 473. Epiſt. 1. ad Petrũ Epiſcopum Antiochenum. Gelaſius anno Chriſti 490. Epiſt. 11. ad Epiſcopos Dardaniæ. Ioannes tertius anno Chriſti 560. Epiſt. ad Epiſcopos Germaniæ & Galliæ. Hildephonſus, Toletanus anno Chriſti 660. ſerm. 5. de aſſumptione Mariæ. Venerabilis Beda anno 700. ad caput 22. Lucæ, & Homil. in die Apoſt.

Petri

Petri & Pauli. Stephanus tertius anno Chriſti 768. Epiſt. ad Carolum & Carolomanum Reges Francorum. Ioannes 8. anno 870. Epiſt. 75. Smarardus anno Chriſti 960. ad cap. ult. Marci. Petrus Damianus anno 1060. ſerm. 1. de Beato Andreâ Apoſtolo. Alexander ſecundus anno Chriſti 1061. in Concilio Romæ celebrato. Sanctus Bernardus anno Chriſti 1130. ſerm. 3. de ſeptem miſericordiarum fragmentis. Et de conſideratione ad Eugenium lib. 2. Albertus Magnus año Chriſti 1240. ad cap. 10. Matth. & ad cap. 16. Matth. Ludolphus Saxo Carthuſianus anno 1330. Thomas VValdenſis anno Chriſti 1410. Doctrinalis fidei lib. 2. art. 1. cap. 1. Pius ſecundus anno Chriſti 1460. lib. de aulicorum miſerijs.

Petrus caput Apoſtolorum.

Gabriel Biel anno Chriſti 1480. lectione 32. in Canonem. *Petrus fuit ſummus*, ait, *ac caput Apoſtolorum, cui claves Regni Cœlorum collatæ ſunt, qui & cæterorum confirmator fuit, poſtquam à negatione Domini converſus, ſurrexit, cuius adhuc ſucceſſor totius Eccleſiæ obtinet principatum.* Vide alios Doctores & Scriptores orthodoxæ fidei apud Iodocum Coccium loco citato.

Vnde

Vnde Gennadius citatus Græcus & Patriarcha in fine ſect. 5. de primatu Papæ ait: *Et hæc quidem Occidentales Patres Doctores ſine tergiverſatione, ſicuti vides, apertè pronuntiant. Secundum hos & Orientales Doctores, in teſtes adducemus; eosq́ inter ſe conſentire manifeſtiſſimè comprobabimus.* Hæc ille. Patres Orientales ſupra retuli, quos ipſe refert.

Vides quam magnus ſit conſenſus de primatu Papæ in unicâ noſtrâ Eccleſiâ Catholicâ, quoad antiquos Doctores, & præcipuos, maximè ſanctos.

Reſtat videre quos Patronos & Fautores habeant Sectarij noſtri temporis.

Marſilius Paduanus anno Chriſti 1117. *Hæretici antiqui.* dicebat, Epiſcopum à Presbytero nulla » differentia diſcernendum, nullumq́; fore » inter Sacerdotes diſcrimen nec unum » eſſe alio poteſtate eminentiorem. Rurſus » quod poſt Chriſti aſcenſum, Papa non » manſit eius Vicarius generalis: adeò » quidē, vt ſic Chriſtus reliquerit ſuam Ec- » cleſiam, ſine Vicario. Ita narrat Prateo- » lus lib. 11. Hæreſum de illo, Hæreſ. 2. & 4. Alvarus lib. 1. de planctu Eccleſiæ art. 68.

ut re-

Digitized by Google

ut refert Prateolus de eo lib. 9. Hæreſum, Hæreſ. 36.

VValdenſes circa annum 1160. negarunt primatum Romani Pontificis, dixeruntque omnes Presbyteros eſſe pares, neque unum eſſe alio poteſtate ſuperiorẽ. Ita refert Prateolus de eis Hæreſ. 24. ſub titulo Pauperes de Lugduno. Vnde & Hæreſi. 22. dicebant non eſſe obediendum Pontifici Romano, aut alijs Eccleſiæ Prælatis. Vide Æneam Sylvium de origine Bohemorum cap. 33. horum enim VValdenſium ſcribit errores. Hi condemnati ſunt in Concilio generali Romæ circa annum 1170. celebrato. Ex eodem Prateolo Elenchi Alphab. omnium Hæreſum lib. 20.

Hos ſecutus eſt Marſilius Patavinus Apologiâ ad Ludovicum Bavarum anno Chriſti 1324. Ita Iodocus Coccius de eo in ſuo Theſauro Catholico Tom. 1. lib. 7. de Hierarchiâ Eccleſiæ art. 4. Hos ſecutus eſt Ioannes Huſſus (damnatus in Concilio Conſt.) Hic enim dicebat Petrum non fuiſſe caput Eccleſiæ Catholicæ. Ita Prateolus de Huſſo.

Hos

Hos ſecutus eſt Lutherus in aſſert. art. 25. & Ioannes Calvinus lib. 4. Inſtit. cap. 6. ſect. 7. Vide ipſum Lutherum in explicatione aſſert. 30.

Lutherus & Calvinus docent cum Hæreticis.

Sectarij noſtri temporis omnes hos ſequuntur. Vide Librum Concordiæ de poteſtate Papæ; & maximè Lutherum & Calvinum: quare non immeritò dicendi ſunt & vocandi Calviniſtæ & Lutherani.

Vel ſi velis eos denominari ab Abavo, vt à VViclefo, VVicleſiſtas poteris vocare. nam inter errores & hæreſes VViclefi, hæreſis 37. eſt: Eccleſia » Romana eſt Eccleſia Sathanæ. Nec eſt » Papa immediatus Vicarius Chriſti. Ex » Prateolo Elenchi Alphabetici omnium hæreſum lib. 9. de eo.

Vel ſi velis ab Avo eorum eos denominari, vocabis eos Huſſitas: nam Ioannes Huſs idem docuit. Vide Prateolum Elencho citato de eo. Hi ſunt Fautores Sectariorum noſtri temporis.

Digitized by Google

ARTICVLVS II.
DE
IVSTIFICATIONE.

Lutheranorũ doctrina.

LVtherani in Confeſſione Auguſtanâ art.20.de fide & operibus. Principio, ajunt, quod opera noſtra non « poſſint reconciliare Deum, aut mereri « remiſſionem peccatorum, & gratiam, & « juſtificationem, ſed hanc tantùm fide « conſequimur, credentes quod propter « Chriſtum recipiamur in gratiam, qui ſo-« lus poſitus eſt Mediator, per quem re-« conciliatur Pater. Itaque qui confidit « operibus ſe mereri gratiam, is aſperna-« tur Chriſti meritum, & gratiam &c. Hæc illi.

Rom. 3.

Lib. de fide & opere cap. 14.

Hi non diſtingunt inter primam juſtificationem, de quâ Paulus loquitur, & dicit: *ſine opere legis gratis recipiens remiſſionem peccatorum &c.* prout explicat illum D. Auguſtinus; & illam, quæ fit poſt Baptiſmum, per Sacramentum Pœnitentiæ, cum quis conteritur, & ſua peccata confitetur, & ritè à Sacerdote abſolvitur ab illis peccatis mortalibus poſt Baptiſmũ commiſſis: nam de primâ juſtificatione loquen-

Digitized by Google

loquendo concedit Auguſtinus fieri gratis ſine operibus præcedentibus, maximè in parvulis qui baptizantur, qui ſine operibus ſunt, imò ſine fide actuali, *nam quomodo credent*; ait Apoſtolus, *in quem non audierunt?* ſed de ſecundâ juſtificatione, hoc negat ipſe Sanctus. Imò, nec primâ ſolâ fide fit, excludendo ſpem, & charitatem, quæ ſimul infunduntur in Baptiſmo, ut habetur in Concilio Trident. ſed ſolùm opera fidem præcedentia excludendo, quæ ſine fide apud DEVM hominem non juſtificant: *quia ſine fide*, ait Apoſtolus, *impoſſibile eſt placere DEO*: Ne dicamus noſtris viribus juſtificari, & ſalvari; prout Pelagiani dicebant; contra quos D. Auguſtinus integrum compoſuit librum.

Rom. 10.

Seſſ. 6. cap. 7.

Hebr. 11.

Auguſtinus contra Pelagianos.

Concilium Trident. explicans verba Pauli citata, ſic ait: *Cum verò Apoſtolus dicit juſtificari hominem per fidem & gratis, ea verba in eo ſenſu intelligenda ſunt, quem perpetuus Eccleſiæ Catholicæ conſenſus tenuit, & expreſſit; ut ſcilicet per fidem, ideò juſtificari dicamur; quia fides eſt humanæ ſalutis initium, fundamentum, & radix omnis noſtræ juſtificationis, ſine quâ impoſſibile eſt placere DEO, & ad filiorum eius conſortium pervenire: Gratis*

Rom. 3. ſeſſ. 6. cap. 8.

Hebr. 11. fides ſalutis initium.

Digitized by Google

Gratis juſtificare Cur.

autem juſtificari ideò dicamur, quia nihil eorum quæ juſtificationem præcedunt, ſive fides, ſive opera, ipſam juſtificationis gratiam promeretur; ſi enim gratia eſt, jam non ex operibus; alioquin, ut idem Apoſtolus inquit: gratia jam non eſt gratia. Hæc ſacrum Concilium.

Rom. 11. Epheſ. 2. ad Tit. 3.

Sicut autem hi non diſtingunt inter primam juſtificationem, quæ fit in Baptiſmo, & ſecundam quæ fit in Pœnitentiæ Sacramento; Ita nec diſtingunt de operibus factis ante Baptiſmum, & ſuſceptam fidem, & de operibus factis poſt ſuſceptum Baptiſmum, & fidem; prout D. Auguſtinus libro cit. de fide & operibus vult omninò diſtinguendum.

Diſtinguendum de operibus.

Concilium ſacrum citatum, etiam loquens cap. 6. ſeſſionis citatæ de modo præparationis ad juſtitiam ipſam reſpectu adultorum, ponit talem modum; *Diſponuntur autem ad ipſam juſtitiam, dum excitati divinâ gratiâ, & adjuti, fidem ex auditu concipientes, liberè moventur in Deum, credentes vera eſſe, quæ divinitùs revelata, & promiſſa ſunt; atq; illud in primis à Deo juſtificari impium per gratiam eius, per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu; & dum peccatores ſe eſſe intelligentes, à divinæ juſtitiæ timore, quo uti-*

Concil Trid. Modus præparationis ad juſtificationem.

Rom. 3.

utiliter concutiuntur, ad conſiderandam DEI miſericordiam ſe convertendo, in ſpem eriguntur, fidentes Deum ſibi propter Chriſtum fore propitium, illumq́ tanquam omnis juſtitiæ fontem, diligere incipiunt: ac propterea moventur adverſus peccata per odium aliquod, & deteſtationem, hoc eſt, per eam pœnitentiam, quam ante Baptiſmum agi oportet: Deniq; dum proponunt ſuſcipere Baptiſmum, inchoare novam vitam, & ſervare divina mandata. De hac Diſpoſitione ſcriptum eſt: Accedentem ad Deum, oportet credere, quia eſt, & quod inquirentibus ſe remunerator ſit. Et confide remittuntur tibi peccata tua. Et timor Domini expellit peccatum. Et pœnitentiam agite, & baptizetur unusquiſque veſtrum in nomine IESV Chriſti in remiſſionem peccatorum veſtrorum, & accipietis donum ſpiritus ſancti. Et euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, docentes eos ſervare quæcunq; mandavi vobis. Deniq; præparate corda veſtra Domino. Hæc ibi.

Hebr. 11. *Marci 2.* *Eccli. 1.* *Actor. 2.* *Matth. ult.* *Luc. 24.* *1. Reg. 7.*

Gratis tamen, ut dixit cap. 8. juſtificari: ideò dicimur; *quia nihil eorum quæ juſtificationem præcedunt, ſive fides, ſive opera, ipſam juſtificationis gratiam promeretur. Omnes enim peccaverunt, & egent gloriâ DEI.* *Rom. 3.*

Lutheranorum doctrina.

Lutherani non ſolùm, ut dixi, negant his nos mereri juſtificationem, ſed & quibuscunque alijs bonis operibus, fide & baptiſmo, etiam ſuſceptis; indifferentèr enim loquuntur de bonis operibus, volentes ſemper nos ſolâ fide juſtificari, non ſacramentis, aut bonis operibus, quod videre poteris in Confeſſione Auguſtanâ in articulo de bonis operibus cit.

Author Confeſs. Auguſt. Lutherus.

Hanc doctrinam habent non ab Evangelio, ut ſuo loco oſtendam, ſed à Luthero. Quod oſtendo ex eorum dictis & ſcriptis. In libro enim Concordiæ eorum pag. 735. dicunt, Confeſſionis Auguſtanæ præcipuum, & primarium Authorem fuiſſe Lutherum. vnde & pag.
« 736. ſic habent: Cùm autem D. Luthe-
« rus, haud dubiè præcipuus earum Eccle-
« ſiarum, quæ Auguſtanam Confeſſionem
« amplexæ ſunt, Doctor fuerit, (cuius tota
« doctrina tanquam ſummatìm in Augu-
« ſtanâ Confeſſione comprehenſa, & Im-
« peratori Carolo V. exhibita eſt) pro-
« fectò commemoratæ illius confeſſionis,
« propria, vera, & genuina ſententia, ex
« nullius hominis libellis rectius, & cer-
« tius, quam ex D. Lutheri didacticis &

Lutherani.

pole-

Digitized by Google

polemicis ſcriptis hauriri poteſt. Hæc »
illi.

Lutherum non ſolum ſecuti ſunt in Confeſſione Auguſtanâ, ſed & in alijs ſuis ſcriptis; quare non immeritò volo eos vocari Lutheranos: A quo enim quis ſuam accipit doctrinam; meritò ab eo poteſt denominari; prout Chriſtiani dicuntur à Chriſto, Chriſtiani: quia ab eo acceperunt doctrinam, Ariſtotelici ab Ariſtotele, Platonici à Platone; quia ab eis ſuam hauſerunt, quam ſequuntur, doctrinam.

Lutherani à doctrinâ Lutheri dicti.

Quod autem & in alijs ſcriptis ſuis, ſequantur eum. Audi eos in libro Concordiæ eorum pag. 571. in Epitome Articulorum. Quod verò ad ſchiſmata in »
negotijs fidei attinet, quæ in noſtro tem- »
pore inciderunt, judicamus unanimem »
conſenſum, & declarationem Chriſtianæ »
noſtræ fidei, & Confeſſionis, in primis »
ſymbolum, Auguſtanam illam primam, »
& non mutatam Confeſſionem, quæ Im »
peratori Carolo V. Auguſtæ anno 1530. »
in magnis Imperij Comitijs exhibita eſt, »
ſimiliter Apologiam (hæc & Philippi »
Melanchtonis) & articulos Smalcaldi- »
cos, anno 1537. conſcriptos, & præci- »

Lutherani de Lutheri Libris.

« puorum Theologorum illius temporis
« ſubſcriptione comprobatos. Et quia
« hæc Religionis cauſa, etiam ad Laicos,
« quos vocant, ſpectat, eorumq; perpetua
« ſalus agitur; Profitemur publicè nos
« etiam amplecti, minorem & majorem
« D. Lutheri Catechiſmos, ut ij Tomis
« Lutheri ſunt inſerti, quod eos, quaſi Lai-
« corum Biblia eſſe cenſeamus, in quibus
« omnia illa breviter comprehenduntur,
« quorum cognitio homini ad æternam
« ſalutem eſt neceſſaria. Hæc illi. Non dicant amplius nil ad nos Lutherus.

Laicorum quaſi Biblia apud Lutheranos.

Idem repetunt pag. 633. pag. 634. & pag. 635. Articulos Smalcaldicos eſſe à Luthero compoſitos, ad Conciliū Mantuanū mittendos, vel ubi Concilium foret congregatum, patet in Præfatione eorum, in dicto libro Concordiæ.

Articuli Smalcald. à Luthero.

Nota, quod non dicunt ſe recipere doctrinam D. Auguſtini, D. Hieronymi, D. Ambroſij, aut alicujus alterius Sancti Eccleſiæ, ſed Lutheri: quia libri ab eis recepti, ſunt Lutheri, quare Lutherani.

Hanc autem propoſitionem ſolam fi-
« dem hominem juſtificare, & per eam ſo-
« lam nos ſuſcipere remiſſionem peccato-
« rum per Chriſtum, non per bona opera

quan-

Digitized by Google

quantumcunque perfecta, quæcunque » ſint illa, prout Lutherani docent, habent à Luthero, non ſolùm in dictâ Confeſſione, cuius eſt Author, ut vidimus, ſed & toto libro de libertate Chriſtianâ compoſito ab ipſo, & inſerto Tom. 1. Ien. Lat. ubi fol. 436. ſequentibus ſic habet.

Neq; verbum Dei operibus ullis, ſed » ſolâ fide ſuſcipi poteſt, & coli. Ideò cla- » rum eſt, vt ſolo verbo, anima opus habet » ad vitam, & juſtitiam; Ita ſolâ fide, & » nullis operibus juſtificatur, &c. ſubdit » paulò infrà. Verum hæc fides prorſus » ſubſiſtere non poteſt cum operibus; » Hoc eſt, ſi per opera (quæcunque ſint) » ſimul juſtificari præſumas, &c. Paulò in- » frà. Manifeſtum eſt hominem interio- » rem, prorſus nullo externo opere, vel » negotio poſſe juſtificari, liberum & ſal- » vum fieri, & opera quæcunque, ad eum » nihil pertinere. Sicut econtra ſolâ im- » pietate, & incredulitate cordis reus fit, & » ſervus peccati damnandus, nullo exter- » no peccato, vel opere. Quare cujuslibet » Chriſtiani prima cura eſſe debet, ut po- » ſita operũ opinione, ſolam fidẽ magis, ac » magis roboret, & per eam creſcat in co- » gnitione, non operũ, ſed Chriſti Ieſu, &c. »

Lutherus de libert. Chriſt.

Lutherus do obſervatione Mandatorum Dei.

Item fol. 437. loquens de obſervatione mandatorum Dei, ait: Solus Devs præcipit, ſolus Devs implet. Imò Tom. 7. VVittemb. pag. 65. ait, nullum opus, nullum mandatum neceſſarium eſt Chriſtiano ad ſalutem. Tandem concludit lib. cit. de libertate Chriſt. fol. 475. Tom. citato.

« Hæc dicta ſint de interiore homine, « de eius libertate, & de principe juſtitiæ « fidei, quæ nec legibus, nec operibus bo- « nis indiget; quin noxia ei ſunt, ſi per ea « præſumat quis juſtificari. Hæc ille.

Per hanc doctrinam ſanè erimus peiores Epicureis; quia ſine lege vivemus, & ſine lege erimus.

Lutherani ſequuntur Lutherum.

Arguo contra ipſum & Calvinum ac ſequaces eorum; quia ſimiliter docent, nempè ſolum Devm implere legem; quia impoſſibile eſt legem ſervare, & loquitur de Decalogo, ut patet hic, & in Comment. ad cap. 2. & 3. ad Gal. vnde & Diſput. 2. contra Antinomos propoſ. 1. quæ habetur Tom. 1. Ien. Lat. fol. 518. pag. « 1. ſic habet. Lex non ſolùm eſt non neceſ- « ſaria, ſed planè inutilis & prorſus impoſ- « ſibilis.

Arguo, ſi ita ſit diſcurramus per Decalo-

calogum; ergo omnes Lutherani, omnes Calviniſtæ Idololatræ, erunt omnes nominis Dei blaſphematores, Dei omnes contemptores, omnes nomen Dei in vanum ſumentes, omnes Sabbathum violantes, ſacrilegi omnes, Parentibus inobedientes, Parentibus maledicentes contumelioſi, imò parricidæ, matricidæ, homicidæ, omnes adulteri, omnes fures, & bonorum aliorum raptores, omnes falſarij, quotquot ſunt, & fuerunt Lutherani, & Calviniſtæ, omnes mendaces, fideifragi, omnes uxorem proximi concupiſcentes, omnes bona proximi anhelantes, & alia hujuſmodi; quæ Deus prohibet in lege.

Lutherani & Calviniſta quales.

Exodi 20. Deuter. 5.

Non video quid poſſint hic negare; ſi lex ſit impoſſibilis in obſervatione. Cōtra Antinomos Diſp. cit. propoſit. 43. ſic iterum ait: Nos negamus eſſe legem Dei quæ impleatur. Et propoſit. 47. manebit lex, vel implenda in Damnatis, vel impleta in Beatis. Hæc ille.

Et quidem dicunt ſimpliciter & abſolutè impoſſibile eſſe obſervare legem, & Deum præcepiſſe impoſſibilia, nam ſi dicerent nos poſſe obſervare legem cum gratia Dei, non proprijs viribus naturæ,

Digitized by Google

eos non argueremus, ſed ſimpliciter, vt dixi, volunt eſſe impoſſibile.

Hæc doctrina eſt immediatè contra Matth. 11. aperta Chriſti verba: *Tollite jugum meum ſuper vos, & diſcite à me; quia mitis ſum, & humilis corde. Iugum enim meum ſuave eſt, & onus meum leve, &c.* De hac intrà, ubi oſtendam hanc Lutheri doctrinam eſſe hæreticam, quam tamen Lutherani & Calviniſtæ ſequuntur.

Quod Lutherus, Calvinus, & ſequaces eorum non habeant ſuam doctrinam ex Evangelio; quare nec Evangelici.

D. Ioannes Baptiſta videns multos Phariſæorum, & Saducæorum venientes Matth. 3. ad Baptiſmum ſuum, dixit eis: *Progenies viperarum, quis demonſtravit vobis fugere à ventura irâ? facite ergo fructum dignum pœnitentiæ. Et ne velitis dicere intra vos, Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis quoniam potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Iam enim ſecuris poſita eſt ad radicem arborum, omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonũ, excidetur, & in ignem mittetur.*

Dicit, ut vides, ſacer textus: *facite fructum dignum pœnitentiæ.*

Luthe-

Digitized by Google

Lutherus cum ſuis dicit, ſolâ fide, & » nullis operibus juſtificatur homo: Ope- » ra quæcunq; ad hominem Chriſtianum » nihil pertinere. Vnde & Tom. 7. VVit- » temb. pag. 67. ait, nullum opus, nullum » mandatum neceſſarium eſt Chriſtiano » ad ſalutem. »

Lutherus contradicit Evangelio.

Præcipui fructus virtutum ſunt, qui ex corde oriuntur, & ſanctis voluntatibus perficiuntur. Vnde Auguſtinus ſermone 66. de tempore: *fructus dignus pœnitentiæ*, ait, *eſt transacta deflere peccata, & eadem iterum non agere.*

Pœnitentiæ vera fructꝰ Qui. Auguſt.

Lutherus dicit his non opus eſſe: ſolam fidem juſtificare, ſicq; & Evangelio & Auguſtino contradicit.

Sacer Textus habet: *Et ne velitis dicere intra vos, Patrem habemus Abraham. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur.* Vides quod arbor in terrâ non ſinitur, niſi fructus ferat; ſicq; fructificatio arboris eſt neceſſaria, ne excidatur & in ignem mittatur. Similitudo ergo arboris requirit, ut bona opera neceſſaria homini dicamus, ne ille damnetur. Arbor ſterilis & infructuoſa igni terreno addicitur. Homo ſine operibus bonis igni infernali.

Bonis operibus meremur vitam æternam.

Mala

Malis operibus meremur ignem æternum.

Mala opera mereri pœnam, hic locus ſatis clarè indicat, quod & ipſi adverſarij fateri debent.

Bona etiam ex gratiâ & promiſſione Dei gratuitâ mereri mercedem, nos hic locus docet: qui enim faciunt fructus dignos pœnitentiæ, non exciduntur; ſalutis ergo, ſeu gloriæ, cauſæ partiales ſunt, & ſubordinatæ.

Neceſſitas operum.

Cur arborem illam excidis? quia infructuoſa eſt. Cur hanc relinquis? quia onerata eſt pomis. Poma ergo rationem continent, cur non excidatur: At unde ſumitur ratio non damnandi, inde eſt cauſa ſalvandi. De hoc infrà.

Inſanit Synodus Smalcald. Lutheranorum. Inſanit & Iſlebienſi.

Iam ergo habes ex iſto loco opera bona eſſe homini neceſſaria ad ſalutem, & quod non ſola fides juſtificet, prout Lutherani cùm ſuo Luthero volunt, in art. 20 Confeſſ. Aug. Et ſanè Synodus Mansfeldica cap. de operibus, adeò inſanit, ut etiam ſperet, damnatam ire hanc propoſitionem. Opera bona ſunt neceſſaria ad ſalutem; vide & Synodum Isleb. habitam anno 1559. quæ idem docet.

Hæc ſunt contra expreſſa verba ſacri textus: *facite fructus dignos pœnitentiæ.*

Omnis

Digitized by Google

Omnis arbor &c. Hoc eſt mandatum, *facite &c.*

Chriſtus enumerans Beatitudines, dicit inter alia: *Beati mites,&c. Beati miſericordes. Beati pacifici; quoniam filij DEI vocabuntur.* Non dicit ideò Beatos; quia crediderunt ſolùm; ſed quia & mites,& miſericordes, & pacifici fuerunt: unde & ſubdit: *Beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam,quoniam ipſorum eſt Regnum Cœlorum. Beati eſtis cum maledixerint vobis,& perſecuti vos fuerint,& dixerint omne malum adverſum vos mentientes,propter me; gaudete & exultate; quoniam merces veſtra copioſa eſt in Cœlis,&c.* Et infrà: *Luceat lux veſtra coram hominibus, & videant opera veſtra bona & glorificent Patrem veſtrum; qui in Cœlis eſt.* Hæc ibi. *Matth. 5.* *Chriſti verba de beatitudinibus.*

Et ſi ergo veriſſimum ſit, bona manſuetudinis, bona miſericordiæ, paupertatis,& ſimilium virtutum opera, ſine fide non eſſe bona & meritoria vitæ æternæ; idcircò neceſſariò debere niti fide; *Quia impoſſibile eſt ſine fide placere Deo.* Tamen falſum eſt non propter has virtutes, nos eſſe Beatos. Et ſi etiam propter Chriſtum omninò, omnis beatitudo in nos conferatur, ipſeque cauſa ſit, non *Bonis operibus juſtificamur.* *Hebr. 11.*

modò

modò fœlicitatis, ſed omnium eorum, quibus ad eam ducimur auxiliorum, ſuam tamen etiam habent efficientiam, locumq; virtutes: ſunt namq; vnius rei diverſæ cauſæ; quarum ſuum quælibet obtinet locum; uti de fide dicitur: *Beati qui crediderunt. Beata quæ credidiſti.* Ita & de alijs virtutibus. *Beati mites. Beati miſericordes*,&c. Vt igitur fides eſt beatitudinis cauſa; Ita & aliæ virtutes erunt beatitudinis cauſæ.

Ioan. 20.

Luc. 1.

Virtutes cauſa partiales beatitudinis.

Nec ideò non in ſolum Chriſtum omnia referuntur,ut falſò adverſarij nobis imponunt; ab eo enim virtutes ipſæ infunduntur: Nam non ideò æterno numini debitus negatur honos,ſi creaturis eius aliqua agendi facultas tribuatur; Hoc enim omnipotentiæ honorificentius eſt,non modo ipſum agere; ſed alijs quoque agendi vim, poteſtatemq; conferre.

Iuſtitia operum.

Iterum in eodem capite,ait ipſe Chriſtus:*Niſi abundaverit juſtitia veſtra plusquam Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in Regnum Cœlorum,&c.*

Nota hic unum. Dixerat Chriſtus ſtatim ante hæc verba: *Non veni ſolvere legem,ſed adimplere,&c.* Subdit: *Qui ergo*

ſolverit unum de mandatis iſtis minimis,& docuerit ſic homines minimus vocabitur in Regno Cœlorum. Non dicit qui ſolverit ſolùm: ſed *qui ſolverit,& docuerit ſic homines,&c. per quod non excluditur, qui verbum otioſum dixerit, ſed qui negaverit eſſe peccatum otioſa loqui,* ait Auguſt. ſermone Domini in monte, *minimus vocabitur in Regno Cœlorum*; id eſt, nullus erit, ſeu non intrabit in Regnũ Cœlorum. Hic non ſolùm perſtringit mores Scribarum & Phariſæorum; ſed etiam doctrinæ corruptionem, prout omnes Orthodoxi tradunt, quod faciebant Phariſæi ſuis falſis interpretationibus quos Chriſtus redarguit. Hinc deducit Phariſæos non intraturos in Regnum Cœlorum; quoniam ſolverent,& ſic homines docerent; ac conſequenter nec ipſos Apoſtolos intraturos, niſi eorum juſtitia eſſet præſtantior juſtitia Phariſæorum. Iuſtitia ſanè hæc erat operum externorum,ut honorare parentes, quod ipſi non faciebant, propter quod Chriſtus eos arguit: *Relinquentes enim mandata DEI, tenetis traditiones hominum,baptiſmata urceorum,& calicum,& alia ſimilia his facitis multa: Irritum facitis præceptum Dei, ut traditionem veſtram ſervetis.*

Iuſtitia operum externorum.

Marci 7.

Moyſes

Phariſæorũ à Chriſto reprehenſio.

Moyſes enim dixit: Honora Patrem tuum, & Matrem tuam. Qui maledixerit Patri, vel Matri, morte moriatur. Vos autem dicitis, ſi dixerit homo Patri, vel Matri, Corban (quod eſt donum) quodcunque ex me, tibi profuerit; & ultra non dimittitis eum quidquam facere Patri ſuo, aut Matri, reſcindentes verbum Dei per traditionem veſtram quam tradidiſtis, & ſimilia hujuſmodi multa facitis. Hæc ibi.

Contradicit Evangelio Lutherus cum ſuis.

« Lutherus contrarium docet lib. cit.
« de libertate Chriſtianâ. Manifeſtum eſt,
« ait, hominem interiorem prorſus nullo
« opere externo vel negotio poſſe juſtifi-
« cari, liberum & ſalvum fieri; opera quæ-
« cunq; ad eum nihil pertinere. Ita & do-
« cent Lutherani art. 20. citato de fide &
« operibus in Confeſſ. Auguſtanâ. Itaque contradicunt Evangelio.

Chriſtus dicit loco cit. Matth. *Qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno Cœlorum, &c.* Vides quod doctrinam, factis etiam conjungit; quaſi dicat non ſatis eſſe docere, ſed & oportere facere, ſi quis velit eſſe magnus in Regno Cœlorum.

Matth. 6.

Virtutis eleemoſynæ.

Chriſtus loquens de virtute eleemoſynæ, jejunij, & oratione. Dicit Patrem ſuum cœleſtem pro eis redditurum mercedem.

Digitized by Google

cedem. Vnde Tobias ad filium ſuum: *Si multum tibi fuerit, abundantèr tribue: ſi exiguum tibi fuerit, etiam libentèr impertiri ſtude. Præmium enim bonum, tibi theſaurizas in die neceſſitatis. Quoniam eleemoſyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. fiducia magna erit coram ſummo Deo eleemoſyna, omnibus facientibus eam.* *Tobiæ 4.*

Præterea: *Bona eſt oratio, cum jejunio, & eleemoſynâ, magis quam theſauros auri recondere; quoniam eleemoſyna à morte liberat, & ipſa eſt quæ purgat peccata, & facit invenire miſericordiam, & vitam æternam.* *Tobiæ 12.*

Nota bene. Quid eſt rogo eleemoſynam liberare à morte, ab omni peccato purgare, facere invenire miſericordiam, & vitam æternam, non pati animam ire in tenebras, aliud, quàm animam juſtificari, animam ſalvari, per eam? Nam in Pſalmo dicitur: *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Beatus vir cui nō imputavit Dominus peccatū,* &c. Per eleemoſynam remiſſa ſunt peccata, purgata eſt anima à peccatis, liberata eſt à peccatis; ergo anima per eleemoſynam eſt juſtificata, ergo per eleemoſynam eſt ſalvata; quia, ut dicit, facit inve- *Iuſtificamur eleemoſynis.* *Pſal. 32.*

Digitized by Google

Phariſæorũ à Chriſto reprehenſio.

Moyſes enim dixit: Honora Patrem tuum, & Matrem tuam. Qui maledixerit Patri, vel Matri, morte moriatur. Vos autem dicitis, ſi dixerit homo Patri, vel Matri, Corban (quod eſt donum) quodcunque ex me, tibi profuerit; & ultra non dimittitis eum quidquam facere Patri ſuo, aut Matri, reſcindentes verbum Dei per traditionem veſtram quam tradidiſtis, & ſimilia hujuſmodi multa facitis: Hæc ibi.

Contradicit Evangelio Lutherus cum ſuis.

« Lutherus contrarium docet lib. cit. « de libertate Chriſtianâ. Manifeſtum eſt, « ait, hominem interiorem prorſus nullo « opere externo vel negotio poſſe juſtifi- « cari, liberum & ſalvum fieri; opera quæ- « cunq; ad eum nihil pertinere. Ita & do- « cent Lutherani art. 20. citato de fide & « operibus in Confeſſ. Auguſtanâ. Itaque contradicunt Evangelio.

Chriſtus dicit loco cit. Matth. *Qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno Cælorum, &c.* Vides quod doctrinam, factis etiam conjungit; quaſi dicat non ſatis eſſe docere, ſed & oportere facere, ſi quis velit eſſe magnus in Regno Cœlorum.

Matth. 6.

Virtutis eleemoſynæ.

Chriſtus loquens de virtute eleemoſynæ, jejunij, & oratione. Dicit Patrem ſuum cœleſtem pro eis redditurum mercedem.

Digitized by Google

cedem. Vnde Tobias ad filium ſuum: *Si multum tibi fuerit, abundantèr tribue: ſi exiguum tibi fuerit, etiam libentèr impertiri ſtude. Præmium enim bonum, tibi theſaurizas in die neceſſitatis. Quoniam eleemoſyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. fiducia magna erit coram ſummo Deo eleemoſyna, omnibus facientibus eam.* *Tobia 4.*

Prætereà: *Bona eſt oratio, cum jejunio, & eleemoſynâ, magis quam theſauros auri recondere; quoniam eleemoſyna à morte liberat, & ipſa eſt quæ purgat peccata, & facit invenire miſericordiam, & vitam æternam.* *Tobiæ 12.*

Nota bene. Quid eſt rogo eleemoſynam liberare à morte, ab omni peccato purgare, facere invenire miſericordiam, & vitam æternam, non pati animam ire in tenebras, aliud, quàm animam juſtificari, animam ſalvari, per eam? Nam in Pſalmo dicitur: *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Beatus vir cui nō imputavit Dominus peccatū, &c.* Per eleemoſynam remiſſa ſunt peccata, purgata eſt anima à peccatis, liberata eſt à peccatis; ergo anima per eleemoſynam eſt juſtificata, ergo per eleemoſynam eſt ſalvata; quia, ut dicit, facit inve-

Iuſtificamur eleemoſynis.
Pſal. 32.

nire miſericordiam, & vitam æternam, non dico per ſolam, ſed ſi fides & charitas adſint. Dare enim eleemoſynam eſt actus charitatis & miſericordiæ. *fiducia*, inquit, *magna erit coram ſummo Deo eleemoſyna omnibus facientibus eam.*

Contradicit Lutherus Sacra Scriptura.

« Lutherus per oppoſitum, ait, lib. cit. « de libertate Chriſtianâ Tom. 1. Ien. Lat. « fol. 439. pag. 2. Hæc dicta ſunt de interiore homine, de ejus libertate, & principe juſtitiæ fidei, quæ nec legibus nec « operibus bonis indiget; quin noxia ei « ſunt, ſi per ea quis præſumat juſtificari. « Hæc ille. Quod inductione facilè per- « ſuadetur, ait: Quid enim prodeſſe queat « animæ, ſi Corpus bene habeat, liberum « & vivax ſit, edat, bibat, agatque, vt libuerit, cum ijs rebus floreant, etiam impijſſimi omnium ſervi? Rurſus quid obfuerit animæ mala valetudo, aut captivitas, « aut fames, aut ſitis, aut quodvis incommodum externum, cum ijs rebus, etiam « vexentur puriſſimi, purâq; conſcientiâ « liberrimi? Neutra harum pertingit ad « animæ ſuæ libertatem ſive ſervitutē. Ita « nihil profuerit, ſi corpus ſacris veſtibus, « more ſacrorum ornetur, aut locis ſacris « verſetur, aut officijs ſacris occupetur,

Lutheri impia ſententia de jejunio, oratione, & eleemoſyna.

aut

aut oret, aut jejunet, abſtineat certis ci- »
bis, & faciat opus quodcunque per cor- »
pus, & in corpora fieri poteſt. Longè »
alia res opus erit ad juſtitiam & liberta- »
tem animæ &c. »

Concludit tandem toto libro ſolam fidem juſtificare, ſolam fidem ſalvare, & ad ſalutem neceſſariam eſſe, prout & concluſit Synodus Smalcaldica, & Confeſſio Auguſtana art. 20. vide & lib. Concord. de bonis operib⁹ ubi multa habes.

Lutheri Concluſio cum Lutheranis.

Concordent modo Prædicantes Lutherum cum Chriſto, qui volunt vocari Evangelici, & contrariantur Evangelio.

Lutherus cum ſuis Chriſto contradicunt.

Chriſtus inquit: *Intrate per anguſtam portam; quia lata porta & ſpatioſa via eſt quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt qui intrant per eam. Quam anguſta porta & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam; & pauci ſunt qui inveniunt eam. Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces, à fructibus eorum cognoſcetis eos. Nunquid colligunt de ſpinis uvas, aut de tribulis ficus? ſic omnis arbor bona, fructus bonos facit; mala autem arbor malos fructus facit. Non poteſt arbor bona malos fructus facere: neq; arbor mala bonos fructus facere. Omnis arbor, quæ non facit fructum*

Matth. 7.

bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoſcetis eos. Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in Regnum Cœlorum; ſed qui facit voluntatem Patris mei, qui in Cœlis eſt, ille intrabit in Regnum Cœlorum. Multi dicent mihi in illâ die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo Dæmonia ejecimus, & in nomine tuo multas virtutes fecimus? Et tunc confitebor illis; quia nunquam novi vos. Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem. Omnis ergo qui audit verba hæc & facit, aſſimilatur viro ſapienti, qui ædificavit domum ſuam ſupra petram, &c. Et omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, ſimilis erit viro ſtulto, qui ædificavit domum ſuam ſupra arenam, & deſcendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna.

Chriſti approbatio bonorum.

Reprobatio malorum ab eodem Chriſto.

Non ſola fides, ſed opera nos ſalvant.

Documenta notabilia.

Hic habes pulcherrima documenta pro bonis operibus: quia non loquitur de Iudæis, vel infidelibus, ſed de fidelibus, & in eum credentibus, in cujus nomine prophetabant, Dæmonia eijciebant, & virtutes multas faciebant; nihilominus dicit illis, *Nunquam novi vos. Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem, &c.*

Dixe-

Digitized by Google

Dixerat ſupra, anguſtam eſſe portam & arctam viam, quæ ducit ad vitam, & paucos invenire eam, &c.

Chriſtus peccatum prohibet.

Audiamus Lutherum, & doctrinam ejus conferamus cum eâ, & cognoſcamus inde, an ſit ſingulare organum Spiritus Sancti, vir Dei, vas electum divinæ gratiæ, cuius doctrina eſt divinitus inſpirata, &c. ut de eo dicit Balduinus, & alij in præfatione libri citati.

Lutheri laus à ſuis.

In libro de capt. Babil. Tom. 2. Ien. Lat. fol. 271. pag. 1. in fine. Ita vides, » ait, quam dives ſit homo Chriſtianus, ſi- » ve baptizatus, qui etiam volens non po- » teſt perdere ſuam ſalutem, quantiſcunq; » peccatis, niſi nolit credere; nulla enim » peccata poſſunt eum damnare, niſi ſola » incredulitas, &c. »

Præterea (quod longè peius eſt) Tom. 1. Epiſt. fol. 345. pag. 2. in Epiſt. ad Melancht. ait: Eſto peccator, & pecca for- » titèr; ſed fortius fide, & gaude in Chri- » ſto, qui victor eſt peccati, mortis, & » mundi, ſufficit quod agnovimus, per di- » vitias gloriæ, Agnum Dei, qui tollit pec- » catum mundi, ab hoc non avellet nos » peccatum, etiamſi millies, millies uno » die fornicemur, aut occidamus. Hæc ille. »

Lutherus peccatum jubet.

Lutherus organum Diaboli.

Planè judicio omnium, non eſt hæc doctrina ſingularis organi Spiritus Sancti, ſed Diaboli. Chriſtus docet & Spiritus Sanctus, anguſtam eſſe portam & arctam, quæ ducit ad vitam: Ipſè verò facit latiſſimam: Dum ait, hominem baptizatum, non poſſe, etiam volentem, perdere ſuam ſalutem, quantiscunque peccatis, niſi nolit credere.

Chriſtus, ut vidimus, dicit peccatoribus, etiam in eum credentibus, ſed malè operantibus: *Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem; quoniam nunquam novi vos, &c.* ſcilicet notitia approbationis.

« Apoſtata ipſe dicit. Eſto peccator, &
« pecca fortitèr, ſufficit agnoviſſe Agnum,
« non avellet nos peccatum ab Agno, eti-
« amſi millies, millies uno die fornicemur,
« aut occidamus.

Pergamus ad alia loca Sacræ Scripturæ, ut cognoſcamus, an ſit vir Dei hic homo, & organum Spiritus Sancti, vt dicunt, & in eo, ut in tali gloriantur ſectarij noſtri temporis.

Exodi 32. *Deut. 5.*

Devs ait: *Qui peccaverit mihi, delebo eum de libro meo, &c.* Iterum dicit: *non occides, non mœchaberis, &c.* Tobias ad filium ſuum: *Attende tibi, fili mi, ab omni fornica-*

tione,

Digitized by Google

tione, & præter uxorem tuam, nunquam patiaris crimen ſcire.

Apoſtata ipſe dicit: Eſto peccator, »
& pecca fortitèr, peccatum non avellet »
nos ab Agno; etiamſi millies, millies uno »
die fornicemur, aut occidamus. »

Audiamus Pſaltem Regium contra hanc Satanicam doctrinam. *Beatus vir, qui non abijt in conſilio impiorum, & in viâ peccatorum non ſtetit, & in cathedrâ peſtilentiæ non ſedit. Sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditatur die ac nocte. Non reſurgent impij in judicio, neque peccatores in conſilio juſtorum. Quoniam novit Dominus viam juſtorum, & iter impiorum peribit.* *Pſal. 1.*

Lutherus ad hæc. Imò, Eſto peccator, » *Doctrina*
& pecca fortitèr, peccatum non avellet » *peſtifera à*
nos ab Agno, ſufficit nos agnoviſſe A- » *Simone Ma-*
gnum. Homo Chriſtianus quantiſcunq; » *go hauſta.*
peccatis non poteſt perdere ſalutem, niſi »
nolit credere. »

Regius Pſaltes dicit: *Beatus vir, cuius voluntas meditatur die ac nocte in lege Domini.*

Lutherus ad hæc in Argumento Epiſt. » *Lutherus*
ad Gal. ait, ſumma ars & ſapientia Chri- » *jubet totam*
ſtianorum eſt, neſcire legem, ignorare » *legem igno-*
opera, totam juſtitiam activam; ſicut ex- » *rare.*
tra populum Dei ſumma ſapientia eſt, »

« noſce, & inſpicere legem, opera, & acti-
« vam juſtitiam. Cùm tamen Apoſtolus dicat: *Ignorans ignorabitur.*

1. ad Corinth. 14.

Regius Pſaltes: *Beatus vir, qui meditatur die ac nocte in lege.*

Lutherus longe aliud meditatur, nempè dormire cum Ancillâ, ſi non conſentiat Domina. Ita ſerm. de Matrim.
« habito anno 1523. Si nolit uxor, ait, ve-
« niat Ancilla: peccatum non avellet nos
« ab Agno: etiamſi millies, millies vno die
« fornicemur, aut occidamus.

Pſal. 14.

Regius Pſaltes ait: *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? Qui ingreditur ſine maculâ, & operatur juſtitiam. Qui loquitur veritatem in corde ſuo. Qui non egit dolum in linguâ ſuâ. Nec fecit proximo ſuo malum, &c. Qui facit hæc non movebitur in æternum.*

« Lutherus ad hæc. Imò, Eſto pecca-
« tor, & pecca fortitèr: peccatum non
« avellet nos ab Agno, etiamſi millies, mil-
« lies uno die occidamus. Iudica, an hoc ſit non facere malum proximo.

Iſaia. 1.

Contra hanc Lutheri doctrinam, vehementèr inſurgit alius Propheta: *Manus veſtræ plenæ ſunt ſanguine. Lavamini, mundi eſtote, aufferte malum cogitationum ve-*

ſtrarum

Digitized by Google

ſtrarum ab oculis meis, quieſcite agere perversè, diſcite benefacere, quærite judicium, ſubvenite oppreſſo, judicate pupillo, defendite viduam. Et venite & arguite me, dicit Dominus; ſi peccata veſtra fuerint ut coccinum, quaſi nix dealbabuntur: etſi fuerint rubra ſicut vermiculus, velut lana alba erunt.

Alius Propheta: *Cùm averterit ſe juſtus à juſtitiâ ſuâ & fecerit iniquitatem, movetur in eâ, in injuſtitiâ quam operatus eſt, morietur &c.* Item: *ſi averterit ſe juſtus à juſtitiâ ſuâ, & fecerit iniquitatem ſecundum omnes abominationes, quas operari ſolet impius, nunquid vivet? omnes juſtitiæ eius, quas fecerat, non recordabuntur; in prævaricatione, quâ prævaricatus eſt, & in peccato ſuo, quod peccavit, in ipſis morietur, &c. Iuſtus non poterit vivere in juſtitiâ ſuâ, in quacunque die peccaverit. Etiamſi dixero juſto, quod vita vivet, & confiſus in juſtitia ſua, fecerit iniquitatem, omnes juſtitiæ eius oblivioni tradentur, & in iniquitate ſua quam operatus eſt, in ipſa morietur.*

Ezech. 18.

Ezech. 33.

Lutherus in eâdem Epiſtolâ. Verum » ferto peccatum, non fictum; Deus non » facit fictum peccatorem &c. confide in » tuâ fide Chriſtianus ſive homo baptiza- » tus quantiſcunque peccatis non poteſt » perdere ſuam ſalutem. »

Lutherus Sacra Scriptura contradicit.

Digitized by Google

Eccleſi. 10.
Doctrina ſacra de pœnitentiâ agendâ, de peccato, etiã propitiato.
Eccleſi. 5.

Ne dixeris, ait Scriptura, *peccavi, & quid mihi triſte accidit? Altiſſimus enim eſt patiens redditor Deus vindicans vindicabit. De propitiato peccato, noli eſſe ſine metu, neq; adijcies peccatum ſuper peccatum. Et ne dicas miſeratio Domini magna eſt multitudinis peccatorum meorum miſerebitur. Miſericordia enim illius, & ira citò proximant, & in peccatores reſpicit ira illius. non tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem; ſubitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te.*

Lutherus nullam pœnitentiam admittit, ut neceſſariã.

Lutherus, non dicit, non tardes converti ad Dominum. De propitiato peccato noli eſſe ſine metu. Imò pecca for-« titèr, & eſto peccator. Putas, ait in eâ-« dem Epiſtolâ, tàm parvum eſſe pretium,« & redemptionem pro peccatis noſtris« factam in tanto ac tali Agno. Hæc die Petri Apoſtoli 1521.

Concordent ſi poſſint Prædicantes hanc doctrinam Lutheri cum ſacrâ Scripturâ.

Peccati prohibitio.

Ne dicas, ait Scriptura, *miſeratio DEI magna eſt multitudinis peccatorum miſerebitur. Noli adijcere peccatum peccato, imò de propitiato noli eſſe ſine metu, &c.*

Lutheri præſumptio.

Lutherus autem, ut vides, totum op-« poſitum docet, & ait: Eſto peccator, &

pecca

pecca fortitèr,&c. Putas tàm parvum »
eſſe pretium,& redemptionē factam pro »
peccatis noſtris, in tanto,ac tali Agno. »

Sacra Scriptura vbique,ut vides,prohibet peccatum, & ipſe hortatur : imò imperat peccare. Nam eſto peccator, & pecca fortitèr,eſt imperativi modi. Si dixiſſet ; fuiſti peccator,& fortitèr peccaſti, ſed fortiùs fide, & gaude in Chriſto,ad Dominum convertere,per veram pœnitentiam , optimè ; quia Dominus ait : *nolo mortem impij, ſed ut convertatur impius à via ſua, & vivat.* *Ezech.* 33.

Abſit,ut dicant Lutherus,& Lutherani,debere nos convertere ad Dominum per veram pœnitentiam,ut juſtificemur coram Deo , prout præcipitur locis citatis Ezech. ſola fides nos juſtificat, non eſt neceſſaria alia pœnitentia, opera bona non ſunt neceſſaria ad ſalutem. Ita in MansfeldicâSynodo,ubi & in confutatione 7. argumenti, negant novitatem eſſe neceſſariam ad ſalutem.

Lutherani ſola fides juſtificat, non pœnitentia.

Mansfeldica Synodus.

Audi & Chriſtum contra iſtam Sathanicam Lutheri doctrinam : *Ecce ſanus factus es, jam noli peccare, ne deterius tibi contingat.* Loquens ipſe Chriſtus adulteræ, ait, *Vbi ſunt qui te accuſabant? nemo te condemnavit?*

Chriſtꝰ prohibet peccatum.
Ioan. 5. & 8.

vit? Quæ reſpondit: *nemo Domine.* Dixit illi Ieſus: *nec ego te condemnabo, vade & jam noli amplius peccare.*

Lutherus imperat peccatum contra Chriſtum.

« Lutherus longè aliud ſentit. Imò, ait: « Eſto peccator, & pecca fortitèr; putas « tàm parvum eſſe pretium, & redemptio- « nem pro peccatis noſtris, factam in tan- « to ac tali Agno? Verum ferto pecca- « tum: quia homo Chriſtianus non poteſt « perdere ſuam ſalutem, etiam volens, « quantiscunque peccatis, niſi nolit cre- « dere; nam ſola fides juſtificat, ſola ſalvat, « & ſola incredulitas damnat.

Objectio Catholicorum.

Cùm objeciſſem ſemel vni Prædicanti Lutheranorum iſta verba, quod homo Chriſtianus non poteſt perdere ſuam ſalutem, etiam dolens quantiſcunq; peccatis, niſi nolit credere, ſolam incredulitatem damnare.

Reſponſio Lutheranorum.

Audi ſtolidum reſponſum; Dixit enim Lutherum diſputare, cum Sophiſtis, qui per peccata poſt baptiſmum commiſſa, vim & gratiam Baptiſmi ſtatuebant, prorſus fieri irritam, ita ut per pœnitentiam, & fidem nõ pateat reditus ad eam. Dixi ſtolidũ reſponſum; nam Chriſtus nõ ſolùm prohibet incredulitaté, ſub pœnâ damnationis æternæ, his verbis: *Qui autẽ*

Ioan. 3.

non

non credit, jam judicatus eſt, &c: ſed & furtũ, homicidium, adulterum, falſum teſtimoniũ dicere & facere prohibet Matth. 19. ſub pœnâ maledictionis æternæ. Vnde Paulus 1. ad Corinth. 6. *An neſcitis, quia iniqui Regnum Dei non poſſidebunt? Nolite errare: neq; fornicarij, neq; idolis ſervientes, neq; adulteri &c. neq; fures, neq; avari, neq; ebrioſi, neq; maledici, &c. Regnum Dei poſſidebunt.* Vides ergo non propter ſolam incredulitatẽ hominem damnari, ſed & propter alia peccata: quapropter Iacobus Apoſt. ait, cap. 2. *Quicunq; autem totam legem ſervaverit; offendat autem in uno, factus eſt omnium reus. Qui enim dixit non mœchaberis, dixit & non occides. Quod ſi non mœchaberis, occides autẽ: factus es transgreſſor legis, &c.*

Gratiam baptiſmi fieri irritam, per peccata commiſſa poſt baptiſmum, non eſt dubitandum, ſi quis perſeveret in eâ, quia illa non eſt niſi gratia ſeu charitas, quæ per quodlibet peccatum mortale perditur; ſed quod non pateat aditus ad eam recuperandam per pœnitentiam & fidem (ſi benè intelligatur nomen pœnitentiæ) falſum eſt; Nam vera pœnitentia non eſt ſolùm ceſſare à peccatis, (ut ipſi volunt) ſed verè conteri de peccatis, *Gratia baptiſmi fit irrita per peccatum ſequens.*

catis,

catis, ea confiteri Deo, & Sacerdoti, & ſatisfacere pro ipſis. Iuxta illud Ioel. 2. *Convertimini ad me in toto corde veſtro, in jejunio, & fletu, & planctu, & ſcindite corda veſtra, &c.*

Objeceram & illud in Epiſtolâ ad Melancht. Eſto peccator, & pecca fortitèr, « ſed fortius fide, & gaude in Chriſto, &c.

Audi aliud ſtolidum reſponſum. Dixit, non alio ſenſu loqui Lutherum, quàm quo Apoſtolus Rom. 5. Vbi abundat delictum, ibi ſuperabundat gratia, &c. Eſto ergo peccator, & pecca fortitèr, ut ſuperabundet in te gratia. Occide, mœchare, falſum dic teſtimoniũ, blaſphemes in Deum, contemne Deum, &c. ſuperabundabit gratia, iſte eſt ſenſus Lutheri, & eius Diſcipuli. Non dicit textus Pauli; ubi abundat peccatum, ſed ubi abundavit, nempè ante adventum Chriſti, ſuperabundavit gratia in adventu eius. *Declina à malo, & fac bonum*, ait Regius Pſaltes Pſal. 36. *Benedicentes ei hæreditabunt terram; maledicentes autem ei diſperibunt.* Et illud Pſal. 33. *Mors peccatorum peſſima.* In totâ ſacrâ Scripturâ, ut vidimus, prohibetur peccatum, & ipſe ſuadet, & imperat: Pecca fortitèr. Apoſtolus dicit,

Corruptores ſacræ Scripturæ Lutherani.

Rom.

Rom. 1. *quod non ſolùm qui talia faciunt, digni ſunt morte, ſed etiam qui conſentiunt facientibus.*

Denique non ſunt facienda mala, ut eveniant bona, ut non eſt offendendus Deus, ſub prætextu quod miſericors eſt: quia & juſtus eſt. *Miſericordia & veritas obviaverunt ſibi,* ait Regius Pſaltes: *juſtitia, & pax oſculatæ ſunt.* *Deus miſericors, & juſtus.* *Pſal.* 84.

Audi D. Ioannem Apoſtolum Chriſto dilectum Diſcipulum: *Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit: & peccatum eſt iniquitas. Et ſcitis quia ille apparuit, ut peccata noſtra tolleret, & peccatum in eo non eſt. Omnis qui in eo manet, non peccat; & omnis qui peccat, non vidit Deum, nec cognovit eum. filioli nemo vos ſeducat. Qui facit juſtitiam, juſtus eſt, ſicut & ille juſtus eſt. Qui facit peccatum, ex Diabolo eſt; quoniam ab initio Diabolus peccat. In hoc apparuit filius Dei, ut diſſolvat opera Diaboli. Omnis qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit; quoniam ſemen ipſius in eo manet, & non poteſt peccare, quoniam ex Deo natus eſt. In hoc manifeſti ſunt filij Dei, & filij Diaboli, &c.* *D. Ioan. in 1. can. cap.* 3. *Iſaiæ c.* 52. 1. *Petri* 2. *Ioan.* 8.

Vides Apoſtolum Ioannem vocare filios Diaboli eos, qui peccatum faciunt; Et filios Dei, qui faciunt juſtitiam. Et

quod

quod ille qui peccat, non vidit Deum, & eum non cognovit. Et Paulus Apoſtolus, non ſolùm peccatum prohibet; ſed dicit
1 ad Theſſ. inſuper: *Ab omni ſpecie mala, abſtinete vos.*

Concordent modo Prædicantes hanc
« doctrinã Lutheri. Eſto peccator, & pec-
« ca fortitèr, ſufficit agnoviſſe Agnum, &c. cum doctrinâ Chriſti, & Apoſtolorum, & tunc videbimus, an Lutherus ſit Evangeliſta, & ſingulare organum Spiritus
Ioan. 8. Sancti (ut eum vocant). Dixiſſent Diaboli, fuiſſet conforme Evangelio Chriſti, & Apoſtoli dicto.

Pergamus ad probandum bona opera eſſe neceſſaria ad juſtificationem & ſa-
Matth. 16. lutem. Sacrum Evangelium dicit: *Filius hominis venturus eſt in gloriâ cum Angelis ſuis, & tunc reddet unicuiq; ſecundum opera ſua &c.*

Paulus hoc explicans, & eadem verba
Rom. 2. referens, ait: *Iis quidem qui ſecundum patientiam boni operis gloriam, & honorem, & incorruptionem quærunt vitam æternam. Iis autem qui ſunt ex contentione, & qui non acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati, ira, & indignatio, tribulatio, & anguſtia; in omnem animam hominis operantis malum; Iudæi primùm, & Græci. Gloria autem, & pax, & honor omni operanti bonum.* Hæc Apoſtolus.

D. Io-

Digitized by Google

D. Ioannes Apoſtolus hoc etiam docuit: *Et procedent qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ: Qui verò mala egerunt, in reſurrectionem judicij.* *Ioan. 5.*

Chriſtus interrogatus: *Magiſter bone, quid boni faciam vt vitam æternam poſſideam?* Reſpondet Chriſtus: *ſi vis ad vitam ingredi, ſerva mandata.* *Matth. 19.*

Lutherus totum oppoſitum docet in lib. de libert. Chriſt. » Solus Deus præcipit, ait, ſolus obſervat. »

Audi Chryſoſtomum: *Non potes dicere, non poſſum, neq; accuſare conditorem; ſi enim impotentes nos fecit, & deindè imperat, eius culpa eſt. Quomodo ergò, inquis, multi non poſſunt? Quomodo ergò multi volunt? ſi enim voluerint, omnes poterunt. Habemus quippe cooperatorem & adjutorem Deum; tantum velimus, tantum opere accedamus ad rem ipſam.* *Homil. 17. in Epiſt. ad Hebr.*

Audi ipſummet Chriſtum: *Tollite jugum meum ſuper vos, & diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde: Iugum enim meum ſuave eſt, & onus meum leve.* *Matth. 11. Iugũ Chriſti leve.*

Quæſivit Auguſtinus ſerm. 9. & 10. de verbis Domini: Cur facilè jugũ, cum gravia imperentur? ſed omnia ad charitatẽ refert, quæ jugũ leve efficit, ea enim per Chriſtum diffuſa eſt in cordibus noſtris. *Auguſtinus.*

1. Ioan. c. 5. Ioannes Apoſtolus: *Hæc eſt enim charitas DEI, ut mandata eius cuſtodiamus, & mandata eius gravia non ſunt.*

Ex his omnibus vides non ſufficere ſolam fidem, oportere tollere jugum Chriſti; ſed & obedire præceptis illius. Vt autem poſſimus præſtare obedientiam mandatis Dei; inprimis nobis opus eſt manſuetudine, & humilitate, ſeu dimiſſione animi. Quarum illa faciet, ut diligamus proximum; iſta verò, ut rectè colamus Deum.

Quæ Chriſtus præcipit, levia ſunt. Et ſanè quod jugum Chriſti ſit leve, ſuave, & amabile, conſtat; quia ſaluti tantùm neceſſaria, & naturalia habet, præter pauca Sacramenta. Etſi gravia præciperet, facit tamen, gratiam dando, omnia levia. Non eſt ergo lex impoſſibilis; Iugum enim importabile, non eſt leve.

Matth. 25. Vita æterna datur bonis, & ignis æternus malis. Chriſtus ait: *Venite benedicti Patris mei, poſſidete Regnum vobis paratum à conſtitutione mundi. Eſurivi enim, & dediſtis mihi manducare, ſitivi, & dediſtis mihi bibere, &c. Iuſti ibunt in vitam æternam*, ait ſacer textus. Loquens de illis, qui non ſunt benè operati, ſic ait: *Diſcedite à me in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo & Angelis eius. Eſurivi*

enim,

Digitized by Google

rim, & non dediſtis mihi manducare; ſitivi, & on dediſtis mihi potum, &c. Tunc responde-unt ei, dicentes, Domine, quando te vidimus urientem aut ſitientem, &c. & non miniſtra-imus tibi? Tunc reſpondebit illis, dicens: A-ien dico vobis; quamdiu non feciſtis uni de inoribus his, nec mihi feciſtis. Et ibunt hi in ipplicium æternum.

Eleemoſyna neceſſaria.

Nota quòd non dicit eos damnari, eò uòd ſint fornicati, aut occiderint, vel urtum fecerint, quæ ſunt peccata com-niſſionis; ſed quia non ſunt benè ope-ati; ſeu quia omiſerunt opera bona fa-ere, quæ erant neceſſaria ad ſalutem; icque peccata omiſſionis, damnantur: icut autem damnantur talibus operibus nalis, ſic & juſti ſalvantur operibus ju-ſtis, quod clariſſimè verba Chriſti ſónant; Nam illa particula (enim) eſt dictio cau-ſalis; unde per eam reddit rationem, cur poſſidere debeant Regnum ſibi paratū; ac ſi diceret: Quia eſurivi, & dediſtis mihi manducare, &c. propter tàm bo-num opus, percipite Regnum vobis pa-ratum à conſtitutione mundi.

Peccata commiſſionis.

Peccata omiſſionis.

Audi Auguſtinum qui cauſam verám ſalutis interpretatur, contrà adverſariū legis & Prophetarum: *Ubi venturum ſe*

D. Auguſt. contra adverſarium legis c. 16. de bonis operibus.

Digitized by Google

Dominus, & ad ſiniſtram poſitis genibus minatur eſſe dicturum : Ite in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius? Huius tanti ſupplicij quæris cauſam. Eſurivi, inquit, & non dediſtis mihi manducare. En pro eſca temporali, non ablata, ſed non data, æternum, & horrendum ſupplicium comminatur. Et rectè, ſi conſulas veritatem. Perparvum eſt enim, quod in eleemoſynis : ſed cum piè datur, æternum inde meritum comparatur. Et ideò, quia parvum eſt, quod datur, magnâ impietate non datur. Hæc ille. Merces igitur noſtrorum bonorum operum, vita æterna, ex gratiâ & Spiritu Sancto, factorum, non quorum nos ſimus authores, ſed cooperatores operum inquam, non ſolius fidei, præmia promittit.

Merces bonorum operum.

Nos ſumus cooperatores bonorũ operum, nõ authores.

Auguſtinus egregiè jam olim hæreſes illas confutavit lib. de 80. quæſt. 1. *Illud quoq; non video,* ait, *cur Dominus dixerit; ſi vis venire ad vitam, ſerva mandata. Et commemoravit ea, quæ ad bonos mores pertinent; ſi etiam, his non ſervatis, ad vitam veniri poteſt, per ſolam fidem, quæ ſine operibus mortua eſt. Illud deinde quomodo verum erit, quod eis, quos ad ſiniſtram poſiturus eſt, dicet. Ite in ignem æternum qui paratus eſt Diabolo & Angelis eius? quos non increpabit, quia in eum non credi-*

crediderunt; ſed quia bona opera non fecerunt. Nam profectò, ne ſibi quiſquam de fide, quæ ſine operibus mortua eſt, vitam promittat æternam, propterea omnes gentes congregaturum ſe dixit, quæ permixta, eiſdem paſcuis utebantur, ut appareat eos illi dicturos: Domine, quando te vidimus illa & illa patientem, & non miniſtravivimus tibi?

Auguſtin9. Fides ſine operibus mortua.

Iacobi 2.

Obmuteſcant hîc omnes Lutherani, & Calviniſtæ, eiuſdem farinæ.

Chriſtus Phariſæo dixit, loquens de Magdalenâ: *Propter quod dico: Remittuntur ei peccata multa.* Reddit rationem; *quia*, inquit, *dilexit multum.*

Dilectio peccatum remittit. Luca 7.

Quid eſt, rogo, aliud peccata remitti, quàm juſtificari, mundari à peccatis, liberari ab illis? nam quibus peccata remittuntur, & ſanè gratia divina illis infunditur, quâ juſti dicuntur; unde & beati tales nominantur Pſal. 31. *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata, &c.*

Dilectio Beatum facit, ſi fides adſit.

Chriſtus tamen hîc non vult anteponere dilectionem fidei; quaſi non antecedat fides dilectionem; Chriſtus enim comprehendit utramq; virtutem, quod poſtea patet; nam ibidem ait: *Fides tua te ſalvam facit, vade in pace.* Certum eſt enim

Digitized by Google

Neceſſitas fidei, Hebr. 11.

& Magdalenam credidiſſe. *Nam accedentem ad Deum oportet credere, quia eſt, & inquirentibus ſe, remunerator ſit.*

Et quomodo ad Chriſtum acceſſiſſet niſi credidiſſet, & per eum obtinere remiſſionem peccatorum: ſed, non quia ſolùm credidit, juſtificata eſt, ſed quia & dilexit; quare utrumq; Chriſtus dicit, ut oſtendat, nec ſolam fidem juſtificare, nec ſolam dilectionem, ſed utrumque neceſſarium: prout & Paulus docuit: *Etſi omnem fidem habuero, ita ut montes transferam: charitatem non habuero, nihil ſum*: nec ſolùm credidit, & dilexit, ſed & lachrymata eſt, & lachrymis ſuis lavit pedes Chriſti, & capillis ſuis terſit. Ioel. 2. ait Dominus: *Convertimini ad me in toto corde veſtro, in jejunio, & fletu, & planctu, & ſcindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra, &c.* Vnde Ninivitæ jejunio, cinere, & cilicio placarunt iram Dei.

Neceſſitas operum. 1. ad Corinth. 13.

Ioel. 2.

Ninivitæ placãt Deũ jejunio. Ioel. 2.

Auguſtinus de Magdalenâ.

Auguſtinus Homil. 23. *Pia impudentia*, dicit *quæſiviſſe ſanitatem; noverat enim quanto morbo laboraret*, ait, *& illum ad ſanandum idoneum eſſe, ad quem venerat, ſciebat.* Et paulò poſt: *Acceſſit autem ad Dominum immunda, ut rediret munda: acceſſit ægra, ut rediret ſana; acceſſit confeſſa, ut rediret profeſſa &c.*

Luthe-

Digitized by Google

Lutherus totaliter opponit ſe huic loctrinæ in Comment. in 2. Cap. Epiſt. d Gal. ſuper illa verba. *Et nos in Chriſtum eſum credimus, ut juſtificemur ex fide Chri- i, & non ex operibus legis, &c.* *Contradicit Chriſto Lutherus.*

Nota ordinariè Paulum loqui de o- eribus cœremonialibus & judicialibus; uia illa propriè dicuntur opera legis; quidem præcepta moralia, ſeu præce- ta Decalogi, magis ſunt præcepta juris aturalis, quàm legis ſcriptæ; etiamſi in ge ſcriptâ contineantur. Nam omni mpore fuerunt obſervanda, & inſerta int in cordibus noſtris ab ipſomet con- itore, & authore naturæ; verum eſt ta- ien, nec opera talia ante ſuſceptam fi- em nos juſtificare; quia vt ſæpè dictum t: *ſine fide impoſſibile eſt Deo placere.* *Præcepta Decalogi juris naturæ.* *Hebr. 11.*

Lutherus ergò ſic ait: Hæc vera eſt » tio Chriſtianiſmi, ſcilicet fide in Chri- » im, non operibus legis nos juſtificari. » ic nihil te moveat impia gloſſa Sophi- » irum, qui dicunt, fidem tamen demum » ſtificare, ſi acceſſerit charitas, & bona » era. Hac peſtilenti gloſſa ejuſmodi » timos textus obſcurarunt, & depra- » runt: Quando autem homo audit, » iòd debeat quidem credere in Chri- » *Lutherus fides ſola, non fides, formata charitate, juſtificat.*

 ſtum,

Digitized by Google

„ ſtum, fidem tamen non juſtificare, niſi
„ acceſſerit illa forma, ſcilicet charitas,
„ tùm ſtatim à fide deficit, & cogitat, ſi fi-
„ des ſine charitate non juſtificat, ergo fi-
„ des eſt otioſa, & inutilis, & charitas ſola
„ juſtificat, qui fides niſi ſit formata, & or-
„ nata charitate, non juſtificat; Vitanda
„ eſt hæc interpretatio, ut venenum infer-
„ nale, & concludendum cum Paulo, ſolâ
„ fide, non fide formata charitate nos ju-
„ ſtificari. Hæc ille ubi plura habet con-
„ tra charitatem. Subdit: Libenter pa-
„ temur vocari ſolarios ab Adverſarijs;
„ Illi enim de hac Pauli diſputatione nihil
„ intelligunt.

Lutherani ſolarij.

Lutheri ſuperbiam vides, omnibus Apoſtolis, omnibus ſacris Concilijs, ſanctis Patribus, & uno verbo toti ſanctæ matri Eccleſiæ ſe præfert; quaſi ſolus intelligat diſputationem Pauli, & nullus alius.

Lutheri ſuperbiam ſolus Sacram Scripturam intelligit.

Ipſemet Paulus ſufficienter ſe explicat, dum ait: *Etſi omnem fidem habuero, ita ut montes transferam; charitatem autem non habuero, nihil ſum. Neque circuncíſio aliquid valet, neque præputium; ſed fides quæ per dilectionem operatur.* Hæc Paulus. Quid clariùs dici potuit?

Paulus: ſine charitate nihil prodeſt fides, ad Gal. 5.

Audi

Audi & aliam temeritatem; Ad illa
:rba, *ſi autem quærentes juſtificari,&c.* ſic
nim docent: Fides in Chriſtum juſtifi- » *Paulo contradicit Lutherus & Chriſto.*
at quidem, ſed ſimul etiam oportet ſer- »
are præcepta Dei. Quia ſcriptum eſt, »
vis ad vitam ingredi, ſerva mandata Dei. »
oi ſtatim Chriſtus negatus eſt, fides »
oolita eſt, quia mandatis Dei tribuitur, »
uod eſt ſolius Chriſti. Eſt enim Chriſtus »
iffinitivè juſtificator, & Redemptor à »
eccatis; ſi hoc legi tribuo, jam lex ipſa »
ſt meus juſtificator, liberans me à pec- »
atis; quia opera eius facio. Hæc ille. »

Nihil aliud oppono Luthero, quàm
æc duo teſtimonia. Quorum primum
ſt Pauli: *Non auditores legis, juſti ſunt apud* *Rom. 2.*
Deum, ſed factores legis juſtificabuntur; Al- *Apoſtolus, & D. Ioannes contra Lutherum 1. can. cap. 2.*
:rum eſt D. Ioannis: *Qui dicit ſe noſſe*
Deum, & mandata eius non cuſtodit, mendax
ſt, &c.

Et Chriſtus juſtificat, & lex juſtificat, *Et Chriſtus juſtificat, & opera juſtificant.*
trumque ſuo modo; Chriſtus per mo-
um redemptionis & authoris; noſtra
pera per modum impetrationis, & cu-
uſdam cooperationis, & dependentiæ
d ipſum Chriſtum, & merita eius. Ete-
nim, vt ſupra vidimus, non ſumus autho-
es operibus noſtris, juſtificationis no-

Chriſtus Luca 9.

ſtræ, ſed cooperatores, quod Chriſtus jubet: *Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, tollet crucem ſuam, & ſequatur me.*

Apoſtolus Petrus in 1. cap. 2.

Petrus: *Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplũ, ut ſequamini veſtigia eius.*

Chriſtus ipſemet ait, cum eſſet interrogatus à quodam legis Doctore tentante ipſum, vt ſcribitur Matth. 22. *Magiſter*, ait, *quod eſt mandatum magnum in lege? ait illi Ieſus: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in totâ animâ tuâ, & in totâ mente tuâ. Hoc eſt maximum, & primum mandatum: ſecundum autem eſt huic ſimile. Diliges proximum tuum ſicut teipſum. In his duobus mandatis univerſa lex pendet & Propheta.*

Maximum mandatum in lege, & 1. quod Matth. 22. 2. mandatum.

Rom. 13.

Apoſtolus idem docet: *Plenitudo legis eſt Dilectio.*

Lutherus Scriptura Sacra corruptor.

Lutherus libro citato de libertate Chriſtianâ, hoc epithetum à Charitate « ſurripuit, & fidei tribuit: Fides, ait, quæ « eſt brevis & conſummata plenitudo le- « gis tanta, juſtitia replebit credentes, vt « nullâ aliâ re opus habeant. Hæc ibi fol. 436. Tom. 1. Ien. Lat. Videsné quomodo ludat cum Sacrâ Scripturâ tribuendo uni virtuti fidei, quod Apoſtolus omninò, imò Chriſtus ipſemet tribuit charitati.

Quan-

Digitized by Google

Quanta Chriſtus dixerit de dilectio-e,& quantum commendaverit eam, ap-aret in ſermone ultimo habito cum-)iſcipulis ſuis in ultimâ cœnâ: *ſicut di-xit me Pater, ait, & ego dilexi vos. Manete dilectione meâ. Si præcepta mea ſervaveritis, anebitis in dilectione meâ; ſicut & ego Patris ei præcepta ſervavi, & maneo in eius dilectio-. Hoc eſt præceptum meum, ut diligatis in-cem, ſicut dilexi vos. Vos amici mei eſtis, ſi ceritis, quæ præcipio vobis, &c.* Iterum: *hæc ando vobis, ut diligatis invicem, &c.* Ioan. 15.

Quanta ſit dilectio.

Si diligitis me, mandata mea ſervate. Et ego gabo Patrem, & alium paracletum dabit vo-ſ, ut maneat vobiſcum in æternum, ſpiritum ritatis, quem mundus non poteſt accipere, uia non videt eum, nec ſcit eum, &c.

Amicos Dei facit dilectio Ioannis 14.

Præterea ibidem. *Qui habet mandata ea, & ſervat ea, ille eſt qui diligit me. Qui tem diligit me, diligetur à Patre meo, & ego ligam eum, & manifeſtabo ei meipſum.* Et :rum: *ſi quis diligit me, ſermonem meum vabit, & pater meus diligit eum, & ad eum niemus & manſionem apud eum faciemus. ui non diligit me, ſermones meos non ſervat. ſermonem quem audiſtis non eſt meus; ſed s qui miſit me Patris, &c.*

Chriſt9 ſervanda eſſe Dei præcepta, ſi diligamus ipſũ.

Nihil aliud fermè eſt in Ioanne Apo-

ſtolo,

Apoſtolus Ioannes de dilectione. Epiſt. 1. Can.
Apoſtolus Paulus Rom. 13.

ſtolo, qui in Cœnâ vltimâ recubuit ſupra pectus Domini, & ab ipſo pectore ſuam totam quam tenuit, & docuit doctrinã, hauſit, quàm de charitate ſeu dilectione. Vnde optimè Apoſtolus Paulus dixit loco cit. *Nemini quidquam debeatis, niſi ut invicem diligatis. Qui enim diligit proximum legem implevit. Nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non falſum teſtimonium dices, non concupiſces, etſi quod eſt alind mandatum, in hoc verbo inſtauratur. Diliges proximum tuum ſicut teipſum; Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis eſt dilectio.*

Plenitudo legis dilectio.
Lutheri doctrina condemnata de lege.

Per hanc Chriſti doctrinam totã condemnatur Lutheri doctrinam, dum hominem Chriſtianum dicit nullam habere legem, liberum eſſe ab omni lege, Decalogum nos non obligare, nullum nos habere mandatum, &c. Nam Apoſtoli, quibus dicit: *Hoc eſt preceptũ meum, ut diligatis invicẽ, &c.* erant maximi Chriſtiani. *Hoc mando vobis, &c.* etiam præceptum eſt. Et iterum: *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem. Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum feci, ita & vos faciatis. Amen, Amen dico vobis, non eſt ſervus maior Domino ſuo, neq; Apoſtolus eſt maior eo*

Ioan. 13.
Luca 11.

qui

Digitized by Google

qui miſit illum. ſi hæc ſcitis, beati eritis ſi feceritis ea,&c. Item: *Beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.*

Qui beati. Luca 11.

Videsné præceptum, videsné mandatum; & legem datam Chriſtiano? Non dicit, ſi hæc ſcitis, Beati eritis; ſed ſi hæc ſcitis & feceritis utrumque conjungens. Vnde & alibi ait: *Ille autē ſervus qui cognoſcit voluntatem Domini ſui, & non præparavit, & non fecit ſecundum voluntatem eius, vapulabit multis &c.*

D. Ioannes: *Hæc eſt charitas Dei, ut mandata eius cuſtodiamus, & mandata eius gravia non ſunt.* Item, *qui dicit ſe noſce Deum, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt, &c.* Quid clariùs dici potuit.

1. Can. cap. 5. & cap. 2.

Dicent Lutherani & Calviniſtæ ſimplices, ita quidem habetur in Evangelio, & in toto veteri Teſtamento; ſed noſtri Prophetæ, noſtri Evangeliſtæ, Lutherus & Calvinus, alitèr nobis prædicaverunt, alitèr nos docuerunt, & loca Sacræ Scripturæ ſunt interpretati variè.

Lutheranorum ſimplicium objectio.

Dico hoc non vos excuſare, debebatis ſequi Chriſti mandatum. *Attendite*, ait, *à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium; intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoſcetis eos. Nunquid*

Reſponſio Catholicorum.

Attendendū à falſis Prophetis.

quid colligunt de ſpinis uvas, aut de tribulis ficus? &c.

Duplex fructus, doctrinæ & morum.

Duplex autem eſt fructus; doctrinæ ſcilicet, & morum. Doctrinæ, eſt error, cum contra ſcripturas, contra veterem Eccleſiam, Conciliaq; ſacra docetur; nam ex eo cognoſcuntur Pſeudoprophetæ.

Morũ fructus dupliciter ſpectatur.

Morum fructus tamen duplici modo ſpectantur; abſolutè & comparatè. Abſolutè, cùm illi qui doctrinam tradunt, vel audiunt, vitia, doctrinæ pugnantia, retinent, aut vovent; Quamvis ex doctrinâ ipſi ſe damnent, nec ullo modo iſta probent, quæ faciunt.

Comparatè fructus mali ſpectantur, cum ex principijs doctrinæ oriuntur, & per eam vel defenduntur, vel extenuantur. Fructus mali abſolutè ſpectati non ſunt indicia infallibilia corruptæ doctrinæ. In Eccleſiam enim rectè ſentientiũ, adeoque etiam cœtum Sacerdotum, interdum irrepunt gravia peccata. Vnde in populo Iudæorum, non minora erant ſcelera, quàm Sodomæ & Gomorræ, cum tamen doctrina apud multos integra, atq; incontaminata permaneret.

Matth. 23.

Audi Chriſtum: *Super Cathedram Moyſis ſede-*

ſederunt Scribæ & Phariſæi. Omnia ergo quæcunq; dixerint vobis, facite; ſecundum autem opera eorum, nolite facere; Dicunt enim & non faciunt, &c.

Integritas doctrinæ cum pravitate morum ſtat.

Audis integritatem doctrinæ, & morum pravitatem. *Væ vobis*, ait ibidem, *Scribæ & Phariſæi hypocritæ: quia clauditis Regnum Cœlorum ante homines; vos enim non intratis, nec introeuntes, ſinitis intrare, &c.* Octies dicit ibi: Væ vobis, væ vobis, quod ſemper mortale indicat peccatum in Sacrâ Scripturâ, quia nuſquam dicit, niſi pro re gravi.

Væ in Sacrâ Scripturâ indicat mortale peccatum.

Reliquum igitur eſt, vt de ipsâ doctrinâ, & moribus, ex doctrinâ immediatè, atque efficaciter manantibus, dicamus: Quia verò de Pſeudoprophetis agimus, & Hæreticis, de doctrinâ eorum ſermo habendus eſt primò, & poſtea de moribus eorum, ſeu fructibus ex tali doctrinâ productis.

Doctiſſimus R. Pater Vincentius Regius Societatis IESV in hunc locũ Matth. optimũ modũ docet cognoſcendi ipſos. Hæreticus namque, ait, ſeu Pſeudopropheta ex ipsâmet doctrinâ cognoſcitur, tùm habitu quidem externo, ſanctimoniam præ ſe ferens, occultas hæreſes diſſemi-

Modus cognoſcendi Pſeudoprophetas.

ſeminat, vel in vulgus etiam jactat, ſubdolè, ac latentèr ſub Chriſti nomine videlicet. Hoc verò ſignum erit hominis hæretici, cùm ex doctrinâ animadvertetur ei repugnare, quæ in Sacris Scripturis reperitur, & ab Oeconomicis Concilijs, ac Sanctis Patribus traditur. *Nolite,* inquit Ioannes, (hoc judiciũ aſſignans) *omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus, ſi ex Deo ſunt. Quoniam multi Pſeudoprophetæ exierunt in mundum, in hoc cognoſcitur ſpiritus Dei. Omnis qui confitetur Ieſum Chriſtum in carne veniſſe, ex Deo eſt, & omnis ſpiritus, qui ſolvit Ieſum, ex Deo non eſt, & hic eſt Antichriſtus.*

Ioannes Apoſtolus. 1. Can. cap. 4. de Pſeudoproph.

Idem ſignum aſſignat & Paulus: *Sed licet nos, aut Angelus de Cœlo evangelizet vobis præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema ſit: ſicut prædiximus.* Et: *Nunc iterum dico; ſi quis vobis evangelizaverit præter id quod accepiſtis, anathema ſit.*

Apoſtolus ad Gal. 1.

Hinc Theodoretus lib. 3. Hæret. fabul. in prolog. *Impia,* inquit, *dogmata per ſe ſufficiant ad ſuum patrem oſtendendum, ex fructu enim, ait Dominus, cognoſcitur arbor.*

Theodoret9 de impijs dogmatib9.

Vincentius item Lyrinenſ. ſic ſcribit: *Ait Salvator, ex fructibus eorum cognoſcetis eos; Id eſt, cùm cœperint divinas voces exponere.*

Vincentius Lyrinenſis de Hæreticis.

nore.

nere, & interpretari, tunc rabies intelligitur, tùnc virus exhalabitur, tùnc ſcindi ſæpem videas, Catholicam ſæpem cadi, eccleſiaſticum dogma lacerari, &c.

Dices non poteſt ille judicare, qui idiota eſt de ſingulis articulis, præcipuè obſcuris, & in vulgum ignotis. *Objectio pro Idiotis.*

Reſpondetur, novam doctrinam cum audierit, facilè advertet de mendacio veniſſe, cum olim ſine eâ, ſeu potius in contrariâ ei fide, ſalvati ſint maiores. Cùm enim noſtra fides in Chriſto fundata ſit, eaq; per Apoſtolos, & Apoſtolicos, ad nos devenerit; poteſt cuilibet eſſe ſuſpectus ſtatim, ſi vel Apoſtolos erraſſe, vel eos qui inter Apoſtolos, & nos, intermedij ſunt, non intellexiſſe, ſe verè demùm rectè ſentire & docere, Eccleſiam intereà deſertam à Deo fuiſſe, prædicent. *Reſponſio.*

Nihil communiùs fuit apud Lutherum, quàm hoc prædicare. Legant librū eius de votis Monaſticis, & qui voluerint librum eius de Capt. Babil. Comment. in Epiſt. ad Gal. Librum adverſus Regem Angliæ.

Ego verò, inquit, adverſus dicta Patrum, hominum, Angelorum, Dœmonum, pono non antiquum uſum, non *Lutheri ſuperbia & cōtemptus in omnes ſanctos Patres.*

L mul-

« multitudinem hominum, ſed unius Ma-
« jeſtatis æternæ verbum; Evangeliũ, quod
« ipſimet cogũtur probare. Hìc ſto, hìc ſe-
« deo, hic maneo, hîc glorior, hîc trium-
« pho, hìc inſulto Papiſtis, Thomiſtis, Hen-
« riciſtis, Sophiſtis, & omnib⁹ portis inferi,
« nedùm dictis hominum, quantumlibet
« Sanctorum, & conſuetudini fallaci: Dei
« verbum eſt ſuper omnia, divina Majeſtas
« mecum facit, vt nihil curem, ſi mille Au-
« guſtini, mille Cypriani, mille Eccleſiæ
Henricianæ (vocat Eccleſiam Roma-
nam Henricianam) contra me ſtarent.
« Deus errare & fallere non poteſt, Augu-
« ſtinus, & Cyprianus, ſicut omnes electi
« errare potuerunt, & errarunt. Hæc ille.

Sanè lepidum audire hunc hominem, & hoc ſuperbiſſimum caput, quaſi ipſe non eſſet homo, qui poſſet errare, ſed pluſquam Angelus, & quidem pluſquam Angelum ſe facit in doctrinâ: quia nec dicta ſua Angelis de Cœlo ſubmittere vult.

Audi illum iterùm in libro intitulato adversùs falsò nominatum ſtatum Epi-
Lutheri præſumptio, & falſa vana gloria.
« ſcoporum. His, inquit, certiores vos
« facio, me de cætero, vobis non amplius
« eum honorem exhibiturum eſſe, ut me

ſub-

ſubmitterem, vel vobis, vel ulli etiam » Angelo de Cœlo, ad judicandum, aut » examinandum doctrinam meam: Nam » ſtultæ humilitati, jam ſatisfactum eſt ter- » tiò, & tamen nihil prodeſt; ſed volo au- » diri, & juxta doctrinam ſancti Petri do- » ctrinæ meæ rationem, ac fundamentum » oſtendere in vniverſo mundo, eamq; ha- » bere injudicatam à quolibet, etiam ab » Angelis. Cùm enim de eâ certus ſim, » volo per eam, & veſter, & Angelorum, » (ut Paulus ait) judex eſſe; ut quiſquis » doctrinam meam non acceptaverit, ſal- » vari non poſſit. Nam Dei doctrina eſt, » non mea: quamobrem judicium meum, » Dei eſt, & non meum. Hæc ille. »

Comparat ſuam doctrinam Petri Apoſtoli doctrinæ.

Superbiſſimum caput. Memor ſis verborum tuorum quæ dixiſti, in Declamatione populari de 3. præcepto Decalogi fol. 133 pag. 2. Tom. 1. Ien. Lat. nemè authoritatem Eccleſiæ ſequendam » eſſe, *& captivandum ſenſum in obſequium* » *Chriſti* 2. ad Corinth. 10. Quia ſcriptum » eſt, Proverb. 28. *Stultus eſt qui confidit in* » *corde ſuo.* Et Eccleſia non poteſt errare. » Quilibet autem poteſt in ſuâ devotione » errare, cum & multi Prophetæ, Sancti, » Reges ſimilitèr erraverint; nobis in- »

Contradicit ſibi hic Lutherus.

Eccleſia errare non poteſt.

„ monitionem & terrorem, &c. Hæc illæ.

Ore tuo te judico, quod ſtultus ſis, qui ita confidis in corde tuo. Quis mihi facit fidem, quod doctrina tua ſit Dei, non tua? Quod judicium tuum Dei ſit, non tuum? Quis inquam mihi fidem facit, quod per tuam doctrinam judex futurus ſis hominum, & Angelorum? Vnde probabis te habere Spiritũ ſanctũ? Quis te docuit, omnes ſanctos Patres ſpernere, & teipſum ſolum exaltare? Audi Chriſtum Lucæ 10. *Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit, &c.* Audi & iſta alia Matth. 19. *Amen, Amen dico vobis, niſi converſi fueritis, & efficiamini ſicut parvuli, non intrabitis in Regnum Cœlorum. Quicunque ergo humiliaverit ſe, ſicut parvulus iſte, hic eſt major in Regno Cœlorum, &c.* Dixiſſes cum Paulo 1. ad Corinth. 2. *Fratres, cùm veniſſem ad vos, veni non in ſublimitate ſermonis, aut ſapientiæ, annuntians verbum Chriſti. Non enim judicavi me ſcire aliquid, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum, &c.* Longe contrarium feciſti, ut vidimus.

Lutherus convincitur.

Ex hâc ſuperbiâ Lutheri benè poterant ſimplices, & maximè ex doctrinâ novâ contraria doctrinæ receptæ à totâ

Lutherus pro hæretico cognoſci potuit.

Eccle-

Eccleſiâ cognoſcere, non eſſe eum à Deo miſſum. Nam nullus tam ſtultus eſſe potuit, qui non viderit hoc eſſe novum, & inauditum. *Si non conſentiat Domina, veniat ancilla.* Sunt innumera talia ab eo dicta abſurdiſſima, & hæretica, & per omnia merè carnalia. Legantur eius colloquia menſalia.

Ex his omnibus vides eos nihil habere ex Evangelio pro ſuâ parte, cùm commendet ubique bona opera, ut neceſſaria ad ſalutem animarum noſtrarum; Lutherus verò, ut vidimus, dicit, nec prodeſſe animæ, ſi fiant, nec obeſſe, ſi omittantur; ergo liberum erit facere ea, & non facere, quia à diaphora: Sectarij noſtri temporis ſequuntur eum: quare ſicut ille non eſt Evangelicus, nec iſti. *Opera bona libera, ex Luthero.*

Habet ſua epitheta fides in Evangelio ſcio, ſed nullibi excludit charitatem in ordine ad juſtificationem, nec opera ſequentia ipſam. Nam contingit ſæpè, ut una virtus laudetur, interim alia non contemnitur aut reijcitur. *Qualibet virtus habet in ordine ſuo laudem ſuam.*

Obijciunt

Matthæi 7. *Fides tua te ſalvam fecit.* Ioannis 1. *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius.* Ioannis 3 *Qui credit* *Lutheranorum & Calviniſtarum objectiones pro ſolâ fide*

credit in filium, habet vitam æternam.

Catholicarum reſponſiones.

Reſpondet doctiſſimè Eminentiſſimus Cardinalis Bellarminus lib. 1. de juſtificat. cap. 20. ex his locis, non ſequi ſolam fidem, etiamſi interdùm ſola nominetur: Nam interdùm quoque ſolæ aliæ nominantur virtutes, aut Sacramenta; ut Tob. 12. *Eleemoſyna à morte liberat.* Eccleſiaſt. 1. *Timor Domini expellit peccatum, &c.* multa habet & cap. 2. Rom. 8. *Spe ſalvi facti ſumus, &c.* Ad Epheſ. 5. *Mundans eam lavacro aquæ in verbo vitæ.* Ad Titum 3. *Salvos nos fecit per lavacrum regenerationis, &c.* Et Chriſtus in ſermone vltimo ad Diſcipulos multa dicit de dilectione, ſicut & D. Ioannes Apoſtolus in 1. Can. cap. 2. & 4. Nec tamen ullus colligit ſolam eleemoſynam, ſolam ſpem, aut timorem, aut Sacramenta, aut dilectionem ſine fide juſtificare.

Mos loquendi Sacræ Scripturæ.

Itaque Scriptura cum ad unum effectum multæ cauſæ concurrunt, modo uni cauſæ, modo alteri effectum illum tribuit, nec propterea ſignificare intelligitur, unam cauſam ſine alijs ſufficere: Prout Paulus clarè indicavit 1. ad Corinth. 13. *Etſi habuero omnem fidem, ita ut montes transferam; charitatem autem non habuero.*

buero, nihil ſum. Etſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas: Etſi tradidero corpus meum igni, ita ut ardeam: charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt.

Cur autem Apoſtolus frequentius Juſtificationem tribuat fidei, quàm dilectioni, aut alijs rebus, cauſa eſt, quam reddit Concilium Trident. ſeſſ. 6. cap. 8. quoniam fides eſt initium, radix, & fundamentum gratuitæ juſtificationis. Indè enim incipit Deus ædificium ſpirituale in animâ hominis, indè incipit curare morbum peccati, indè incipit colere agrum cordis, indè incipit viam aperire ſalutis. Vnde Auguſt. in lib. de prædeſt. Sanct. cap. 7. *Ex fide ideò Paulus dicit juſtificari hominem, non ex operibus; quia ipſa primò datur, ex quâ impetrantur cætera, quæ propriè opera nuncupantur.* Et in Epiſt. 105. ad Sixtum. *Fides*, inquit, *unde omnis juſtitia ſumit initium.* Et præfatione in Pſal. 31. *Laudo*, inquit, *ſuperædificationem, ſed video fundamentum fidei: Laudo fructum, ſed in fide agnoſco radicem.*

Cur juſtificatio fidei ſapè tribuatur.

Auguſtinus de initio juſtificationis.

Obijciunt communitèr illud Lucæ 8. *Crede tantùm, & ſalva erit.* Gloriantur tandem ſe inveniſſe particulam (*ſolam*) in Scripturis ſacris.

Lutheranorum vana gloria de voce ſolâ.

Digitized by Google

De fide miraculorum & juſtificante.

Reſpondet iſdem Bellarm. loqui de fide miraculorum in excitatione defunctæ, non de fide juſtificante impium: fatemur enim fidem ſolam interdùm ſatis eſſe ad miracula impetranda, nempè cum referuntur ad ipſam fidem confirmandam, nõ ad vitam eius illuſtrandam, qui miraculum impetrat. Hoc enim modo multas virtutes feciſſe dicuntur improbi quidam, qui in die judicij audituri ſunt, ut habetur Matth. 7. *Amen dico vobis, nunquam novi vos. Diſcedite à me omnes, qui operamini iniquitatem.*

Lutherus ad Sacram Scripturã.

Lutherus & ipſe agnovit in libro adverſus armatum Coclæum, hanc particulam (*ſola*) non inveniri in Pauli Epiſtolis, & dicit ſe addidiſſe: At ipſemet
« in lib. de Miſsâ privata dicit; Quod ſa-
« cris ſcripturis additur, illud Satanicum
« additamentum eſt. Item quod authori-
« tatem non habet ex ſcripturis, illud eſt
« Diabolicum.

Quod ſuam doctrinam hi Sectarij noſtri temporis ab Apoſtolo Paulo non habeant, in quo tamen multùm gloriantur, oſtendo.

Rom. 2. *Ignoras quoniam benignitas Dei*

ad

Digitized by Google

ad pœnitentiam te adducit? ſecundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor theſaurizas tibi iram in die iræ, & revelationis juſti judicij Dei, qui reddet unicuiq; ſecundum opera eius: ijs quidem qui ſecundum patientiam boni operis, gloriam, & honorem, & incorruptionem, quærunt vitam æternam: ijs autem qui ſunt ex contentione, & qui non acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati: ira & indignatio, tribulatio, & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum. Iudæi primùm & Græci: gloria autem & honor, & pax omni operanti bonum, Iudæo primùm & Græco, non enim eſt acceptio perſonarum apud Deum. Quicunq; enim ſine lege peccaverunt, ſine lege peribunt, & quicunq; in lege peccaverunt, per legem judicabuntur. Non enim auditores legis juſti ſunt apud Deum: ſed factores legis juſtificabuntur. Hæc Apoſtolus.

Cauſa æternæ ſalutis: & juſtificationis bona opera.

Cauſa reprobationis mala opera.

Sola fides non juſtificat.

Dicat modo Lutherus, pecca fortiter, ut dixit, nullus poteſt damnari niſi nolit credere, &c. Apoſtolus ait, *ira, indignatio, tribulatio, & anguſtia in omnem animam operantis malum, &c.* ſive ergo credat & Chriſtianus homo ſit, ſi tamen peccet, & non verè pœniteat, damnabitur; ut enim comprehendat Apoſtolus credentem, & non credentem ait: *Qui-*

cunq; ſine lege peccaverunt, ideſt, qui non crediderunt, *ſine lege peribunt: Et quicunq; in lege peccaverunt*, ideſt, qui crediderunt, & tamen contra legem fecerunt, *per legem judicabuntur.* Subdit: *Non enim auditores legis juſti ſunt apud Deum: ſed factores legis juſtificabuntur, &c.*

Qui intraturi ſint in Regnum æternum, & qui non.

Hoc eſt conforme dicto Chriſti Matth. 7. ubi ait. *Non omnis qui dicit mihi Domine Domine, intrabit in Regnum Cœlorum, ſed qui facit voluntatem Patris mei, qui in Cœlis eſt, ille intrabit in Regnum Cœlorum. Multi dicent mihi in illa die: Domine Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, &c. Et tunc confitebor illis, quia nunquam novi vos: Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem, &c.*

Audientes legis verba, & non facientes, ſtulto aſſimilantur.

Ipſi credebant, ut vides, & tamen damnantur; ipſi erant legis auditores, & tamen damnantur. Cur autem? quia, ut benè dicit Apoſtolus, *Non auditores legis juſti ſunt apud Deum; ſed factores legis juſtificabuntur.* Chriſtus loco cit. Matth. *Omnis ergo qui audit verba mea hæc, & non facit ea, ſimilis eſt viro ſtulto, &c.* Quæ ſint verba eius, ſupra poſuit. *Intrate*, ait, *per anguſtam portam, &c. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mit-*

Digitized by Google

mittetur. Dicit Apoſtolus: *Reddet unicuiq; ſecundum opera eius.* Non dicit quod reddet ſecundum fidem auditam aut perceptam, ſed ſecundum opera.

Reſpondet prædicans Galgocenſis, non notari cauſam juſtificationis Rom. 2. ſed ſaltem deſcribi perſonas juſtificandas. » *Lutherani* » *reſponſio &* » *ignorantia.* »

Hic oſtendit ſuam ignorantiam: maximè enim cauſa juſtificationis notatur; Nam poſtquam Apoſtolus dixerat: *Reddet unicuiq; ſecundum opera eius.* Continuò ſubjungit: *His quidem qui ſecundum patientiam boni operis, gloriam, & honorem, & incorruptionem quærunt vitam æternam, &c.* An non hoc eſt notare cauſam juſtificationis reſpectu bonorum. Subdit contra malos, & aſſignat cauſam reprobationis, his verbis: *His autem, qui ſunt ex contentione: & qui non acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati, ira, & indignatio, tribulatio, & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum &c.* Non potuit clarius loqui. Subdit: *Qui in lege peccaverunt, per legem judicabuntur.* Reddit cauſam: *Non enim auditores legis juſti ſunt apud Deum, ſed factores legis juſtificabuntur.* Habes hic clarè quæ perſonæ juſtificantur, & quæ repro-

ban-

Digitized by Google

bantur, habes & cauſam cur juſtificentur, & reprobentur, *factores legis juſtificabuntur. Reddet unicuiq; ſecundum opera eius. His quidem qui ſecundum patientiam boni operis &c. vitam æternam.*

Exhortatio Pauli ad bona opera.

Rom. 6. adhuc clariſſimè hoc docet: *Sicut exhibuiſtis*, ait, *membra veſtra ſervire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra veſtra ſervire juſtitiæ in ſanctificationem, &c.* Hoc verbum, in ſanctificationem, non ſignificat ad acquirendam primam ſanctitatem (nam alloquitur Paulus ibi juſtos & ſanctos) ſed ad augendam ſanctitatem. juxta illud Apocalyp. ult. *Qui juſtus eſt, juſtificetur adhuc.*

Habemus & aliud teſtimonium eiuſdem Apoſtoli in 2. ad Corinth. 7. *Has ergo*, ait, *habentes promiſſiones chariſſimi, mundemus nos ab omni iniquinamento carnis & ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore Domini, &c.* Hic docet Apoſtolus per mentis & corporis puritatem proficiendum eſſe quotidie ad majorem juſtitiam & ſanctificationem, &c. Et cap. 9. *Multiplicabit ſemen, & augebit incrementa juſtitiæ veſtræ.*

Mente & corpore proficiendum ex Apoſtolo.

His verbis docet Apoſtolus per eleemoſy-

moſynas liberaliter erogatas pauperibus, minui quidem facultates temporales, ſed augeri juſtitiam per eas. Quod Chriſtus prius docuerat Lucæ 11. *Verumtamen,* ait, *quod ſupereſt, date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis, &c.* Vides per eleemoſynam nos à peccato purgari.

Per eleemoſynas augetur juſtitia.

Contra Lutherum & ſimiles ſufficeret nobis authoritas Apoſtoli 1. ad Corinth. 13. *Etſi habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatē autem non habuero, nihil ſum.* Item illa ad Gal. 5. *Nam in Chriſto Ieſu neq; circumciſio aliquid valet, neq; præputium: ſed fides quæ per charitatē operatur.*

» Reſpondent Lutherani, fidem non
» poſſe eſſe ſine charitate, & bonis operi-
» bus, quod ſi ſine illis, jam non eſt vera
» fides.

Lutheranorum cavillatio.

Reſpondeo de charitate primò id falſum eſſe: Nam Pauli verba ſunt clara: *Etſi habuero omnem fidem,* ait, *ita ut montes transferam; charitatem autē non habuero &c.* Hæc hypotheſis nulla eſſet, niſi poſſet vera eſſe fides ſine charitate, etſi non ſalutifera. Illa dictio (omnem) eſt ſignum univerſale, ideò diſtributio fit pro quocunque ſingulari, ut pro fide hiſtoricâ, pro fide quâ creditur in Deum, ſive juſtifi-

Reſponſio.

De ſigno univerſali diſtributivo.

ſtificet,ſive non,ut illa quæ eſt in peccatoribus,de quâ loquitur Chriſtus Matth. 7. *Non omnis qui dicit mihi Domine Domine, intrabit in Regnum Cœlorum, &c.* Nam & vt ait Iacobus cap. 2. *Et Dæmones credunt & contremiſcunt, &c.* Hæc ergo reſponſio eſt nulla.

Non amittit ſemper fidem qui peccat mortalitèr.

De bonis operibus etiam falſum eſt. Nam ibidem Paulus dicit: *Etſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, etſi tradidero corpus meũ igni, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt.* Illæ ſanè hypotheſes nullæ eſſent, ſi non poſſent fieri hæc ſine charitate quæ ſit ſalutifera. Quis enim dicet quod ſtatim atq; quis Chriſtianus peccat mortalitèr, amittat fidem veram in Deum, prout amittit charitatem ſeu gratiam,quæ per quodcunque peccatum mortale amittitur? nemo, ut puto, ſanæ mentis hoc dicet: certum eſt enim eos qui Dæmones ejecerunt, prophetaverunt, & magnas virtutes fecerunt in nomine Domini, de quibus Matth. 7. habuiſſe veram fidem (alias non potuiſſent hæc facere) & tamen dicit Chriſtus eis, nunquam novi vos. ſubdit cauſam: quia nimirùm operati ſunt iniquitatem, etiam illa faciendo

Digitized by Google

ciendo: ſunt hæc gratiæ, ſeu dona gratis data, non juſtificantia, prout in 1. ad Corinth. 12. ſcribitur.

Hinc ſtatuo & dico has propoſitiones Lutheri eſſe hæreticas, prout Eccleſia declaravit eas eſſe

Propoſitiones hæreticales.

Prima. Vt nihil juſtificat, niſi fides, ita » nihil peccat, niſi incredulitas. Ita docuit » Lutherus Tom. 1. Ien. Lat. fol. 488.

2. Fides, niſi ſit ſine ullis minimis o- » peribus, non juſtificat, imò non eſt fides. »

3. Impoſſibile eſt fidem eſſe ſine aſ- » ſiduis multis, & bonis operibus. Dixi » has tres propoſitiones eſſe hæreticas: quia repugnant, ut viſum eſt, Chriſti verbis, Matth. 7. cit. & verbis D. Pauli, etiam cit.

4. Hæretica quoque eſt iſta. Nec o- » pera poſt juſtificationem facta, juſtifi- » cant, &c. Hæc enim pugnat cum verbis Apoſt. Ioannis Apocalyp. ult. *Qui juſtus eſt, juſtificetur adhuc.* Has & ſimiles propoſitiones multas, vide apud Lutherum contra Antinomos Tom. 1. Ien. Lat. in fine, & in Comment. ejuſdem in Epiſt. ad Gal.

Quomodo autem ludat in Apoſtolum Paulum hic hæreticus; imò in totam ſacram

Lutherus ludit cum ſacrâ Scripturâ.

Digitized by Google

ſacram ſcripturam cum voce (*ſola*) audiamus lib. adverſus armatum Cocleum Tom.2. Ien.fol.568. ubi ſic ſcribit. Iuve-

Modi ſalvandi Lutheri.

« mus Coclear iſtud in armis ſuis tam ſtre-
« nuè ſudans, & in ordinem ſtatuamus
« modos ſalvandi ſatis magiſtralitèr ſic.
« Pater ſalvat, Filius ſalvat, Spiritus Sanctus
« ſalvat, Chriſtus ſalvat, gratia ſalvat, fides
« ſalvat, charitas ſalvat, Sacramentum ſal-
« vat, miniſter verbi ſalvat, opera ſalvant.

Decem nimirùm ſunt hic Salvatores, ergo non ſola fides ſalvat, ut taceam illum vulgatiſſimum Salvatorem, nempè verbum Dei, quod verbum ſalutis dicitur eo quod poſſit ſalvare animas noſtras, teſte Iacobo.

Iac. I.

« Et vide ſapientiam noſtram, Iſtos
« modos ſalvandi volumus pulchrè cum
« ſuis attributis & propriatis diſtinguere,
« planè magiſtraliſſimè Pater ſalvat au-
« thoritativè, filius mediativè, ſpiritus
« ſanctus applicativè Chriſtus meritivè,
« gratia reputativè, fides ſubjectivè, cha-
« ritas activè, ſacramentum ſignificativè,
« prædicator miniſtrativè, verbum docti-
« vè, opera probativè, &c. ergo non ſola

fides juſtificat, ergo Lutherus eſt hæreticus, ergo Cocleus eſt armatus vir, &c.

Bre-

Breviter dicit quod vox (ſola) in Paulo non invenitur, tamen quod velit reddere rationem cur addiderit. Primùm, ait, conatus ſum reddere, quam potui clariſſimè vim Paulinæ ſententiæ,&c. Nam ubi ad Romanos de fide & operibus diſputat adverſus juſtitiam operum, certè id vehementiſſimè urget, ut juſtificationem operibus in totum adimat, & ſoli fidei tribuat. Hæc enim ſunt verba eius: *Ex operibus legis nemo juſtificatur.* Et iterum: *Arbitramur hominem juſtificari ex fide, ſine operibus legis.* Et iterum: *Omnes peccaverunt, & vacui ſunt gloria Dei, gratis autē juſtificari per fidem,&c.* Subdit intra. Tu nunc vide, an non Paulus vehementius aſſerat ſolâ fide nos juſtificari quàm ego, licet vocabulo (ſola) non utatur, quo ego uſus ſum,&c. Hæc ille.

Lutherus addit ad ſacram ſcripturam corrumpendo.

Rom. 3.

Rom. 4.

Vides clarè in Paulo non haberi voculam (ſola), ſed addidiſſe: At in lib. de miſsâ privatâ abrog. Tom.2. Ien. fol.444. pag.1. ſic habet: Quod in ſcripturis non habetur planè Sathanæ additamentum eſt; ſubſumo, ſed hæc vox (ſola) per te, non eſt in Paulo, imò in totâ Scripturâ ſacrâ, non invenitur; ſed eſt à te addita,

Lutheri doctrina ſathanica.

ergo Sathanæ additamentum, & conſequentèr tua doctrina eſt ſathanica; de ſolâ fide.

Ad Pauli authoritates reſponſio.

Ad authoritates allatas: dico loqui ibi Paulum de operibus præcedentibus fidem, ut patet ibi, & hoc concedimus: Plura de his infra. Doctrina enim hæc repugnat doctrinæ Apoſtoli 1. ad Corinth. 3. *Vnuſquiſque,* ait, *mercedem recipiet ſecundum laborem ſuum.* Et ad Gal. 6. *Quæ ſeminaverit homo hæc & metet: Qui enim ſeminat in carne ſuâ, de carne metet corruptionem. Qui autem ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam.* Item cap. 1. ad Coloſsenſ. *Nunc gaudeo in paſſionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne meâ pro corpore eius quod eſt Eccleſia.* Et ad Heb. 6. *Non eſt injuſtus Deus, ut obliviſcatur operis veſtri, &c.* Nota bene illa verba Apoſtoli: *Qui enim ſeminat in carne ſuâ, de carne metet corruptionem.*

Paulus adimplet ea quæ deſunt paſſionum Chriſti.

Lutherus in carne ſeminavit.

Oſtendo verè Lutherum ſeminaſſe in carne, & inde corruptionem aſſecutum fuiſſe, non vitam æternam beatam. Tom. enim 1. Ien. Lat. fol. 519. contra Antinomos propoſ. 41. ſic habet. Edamus, « bibamusque, & ſub iſtis magiſtris cante- « mus, pereat qui caſtrina curat. Hæc ille.

Et

Et propoſit. 42. Sublata enim eſt lex, » virtus peccati, & conſequentèr ſublata » vi peccati, mors quoq; & infernus perie- » runt. Hæc ille. Item fol. 436. eiuſdem Tom. cit. lib. de libertate Chriſtianâ. Et ut, ait, omnia reijciamus (nota hîc » quod rejecit omnia opera externa) eti » am ſpeculationes, meditationes, & quid- » quid per animæ ſtudia geri poteſt, nihil » prodeſt animæ, &c. Breviter concludit » quod ſolâ fide opus eſt ad juſtitiam. »

Infernus & mors apud Lutherum perierunt.

Hæc ſunt contra aperta verba Apoſtoli citata: Et quidem hæc doctrina eſt prorſus epicurea, & illorum impiorum, de quibus habetur Sap. 2. *Nomen noſtrum oblivionem accipiet per tempus, & nemo habebit memoriam operum noſtrorũ: Vmbra enim tranſitus eſt tempus noſtrum, & non eſt reverſio finis noſtri, quoniam conſignata eſt, & nemo revertitur. Venite ergo & fruamur bonis quæ ſunt, & utamur creatura, tanquam in juventute celeritèr, vino pretioſo, & unguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos roſis, antequam marceſcant, nullum pratum ſit, in quo non pertranſeat luxuria noſtra. Nemo veſtrum exors ſit luxuriæ noſtræ, ubiq; relinquamus ſigna lætitiæ: Quoniam hæc eſt pars noſtra, & hæc eſt ſors noſtra.* Hæc ibi.

Lutheri doctrina epicurea & impia.

Doctrina impiorum.

Prætereà Iſaiæ 56. *Venite ſumamus vinum, & impleamur ebrietate, & erit ſicut hodie, ſic & cras, &c.* Hæc ſacra Scriptura.

Apoſtolus ſuadet bona opera.

Hæc graviter reprehendit Deus. *Hæc cogitaverunt, & erraverunt: ait, excœcavit enim illos malitia eorum. Et neſcierunt Sacramenta Dei, neq; mercedem ſperaverunt juſtitiæ, nec judicaverunt honorem animarum ſanctarum, &c.* De his & ſimilibus Apoſtolus ait, ad Philip. 3. *Quorum finis interitus, quorum Deus venter eſt: & gloria in confuſione ipſorum, qui terrena ſapiunt.* Vnde Romanorum 13. *Abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, ſicut in die, honeſtè ambulemus: non in comeſſationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impuditijs, non non in contentione & æmulatione: ſed induimini Dominum Ieſum Chriſtum, & carnis curam ne feceritis in deſiderijs.* Et Epheſ. 5. *Manifeſta ſunt autem opera carnis, quæ ſunt fornicatio, immundicia, impudicitia, luxuria, &c. iræ, rixæ, diſſentiones, ſectæ, invidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia, quæ prædico vobis, ſicut prædixi: quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur.* Et ad Epheſ. 5. *Fornicatio autem, & omnis immundicia, aut avaritia, nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos: aut turpitudo, aut ſtultiloquium,*

Prohibentur mala opera.

Digitized by Google

loquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet: ſed magis gratiarum actio. hoc enim ſcitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, &c. non habet hæreditatem in Regno Chriſti & Dei. nemo vos ſeducat inanibus verbis, propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. nolite ergo effici participes eorum, &c. Hæc Apoſtolus.

Dicat modo Lutherus, edamus, & bibamus, &c. nullum peccatum avellet nos ab agno, etiamſi millies millies uno die occidamus, & fornicemur, ſufficit credere, ſola fides ſalvat, ſola infidelitas damnat. Hæc doctrina eſt contra aperta Apoſtoli verba cit. & contra illud Rom. 6. *Sicut enim exhibuiſtis membra veſtra ſervire immundiciæ & iniquitati, ad iniquitatem: nunc exhibete membra veſtra ſervire juſtitiæ in ſanctificationem. Cum enim ſervi eſſetis peccati, liberi fuiſtis juſtitiæ, quem ergo habuiſtis fructum tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis: Nam illorũ finis mors eſt. nunc verò liberati à peccato, ſervi autem facti Deo, habetis fructum veſtrum in ſanctificationem, finem verò vitam æternam. Stipendia enim peccati mors, &c.* Vnde Pſal. 10. habetur. *Pluet ſuper peccatores laqueos, ignis, & ſulphur, & ſpiritus procellarum, pars calicis eorum.* Et

Lutherus contradicit Apoſtolo.

Chriſtiani ſervi juſtitiæ.

Stipendia peccati quæ.

iterum. *Qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam.* Et Pſal. 33. *Mors peccatorum peſſima.*

« Dicat modo Lutherus, prout dixit:
« Eſto peccator, & pecca fortitèr, &c. *Stipendium peccati mors*, ait Apoſtolus; & Pſalmiſta. *Mors peccatorum peſſima, &c.*

Prædicantis excuſatio pro Luthero.

« Prædicans Galgocenſis Lutheranus,
« volens ſuum Lutherum excuſare dicit
« quod dùm Lutherus dixit. Eſto peccator,
« & pecca fortiter, ſed fortius crede, &c.
« proponere voluit conſolationes territis
« conſcientijs, quæ delicta ſua divinâ mi-
« ſericordiâ majora æſtimant; nequaquam
« verò peccandi licentiam impijs conceſ-
« ſit: ſuprà enim locus ipſius extat, in quo
« docet utrumque locum & fidei & ope-
« rum diligentèr doceri debere, ac urgeri
« in Eccleſiâ: ſcivit enim & lege naturæ,
« & ſcripturæ prohiberi peccata. Hæc illæ.

Excuſatio Prædicantis nulla.

Reſpondeo quod ſi voluiſſet pavidis conſcientijs conſolationes proponere, ut delicta ſua non æſtimarent maiora divina miſericordia, non debuiſſet dicere. Eſto peccator, & pecca fortitèr, verum ferto peccatũ & non fictum, &c. Sed ſic. Magnus peccator fuiſti, fortitèr peccaſti, non dicas tamen ſicut Cain

dixit.

dixit. Geneſ. 4 *Maior eſt iniquitas mea, quàm ut veniam merear, &c.* Sed potiùs conſidera quàm ſit magna Dei miſericordia: ſcribitur enim Ezech. 18. & 33. *Deus non vult mortem peccatoris, ſed ut convertatur & vivat.* Abſit quod hoc dixerit de præterito, totum enim de præſenti dixit, & in imperativo modo. Pecca fortitèr, „ Eſto peccator, verum ferto peccatum ſi „ cupis miſericordiam conſequi à Chriſto. „ Deus non facit ſalvos fictos peccatores. „ Vides quod ſub prætextu magnæ divinæ miſericordiæ velit hominem peccare, quod ſanè nec Turca diceret: doctrina enim hæc Atheiſtarum eſt: quare & Lutherus meritò Atheiſta dici poteſt. Paulus non dixit, ut mentitur Prædicans citatus, volens excuſare Lutherum. *Vbi abundat delictum, ſuperabundat gratia*, ſed, *ubi abundavit delictum*, nempè ante Chriſti adventum, ut in Gentibus, *ſuperabundavit & gratia*, nimirùm poſt adventum Chriſti: etenim gentes ab idololatriâ, & à cultu falſorum Deorum, venerunt ad cultum vnius veri Dei. Paulus ergo loquitur non de præſenti, ut nimirùm homines peccent, prout ut Lutherus docuit, ſub prætextu divinæ magnæ miſericor-

Lutherus peccatum imperat ſub prætextu divinæ miſericordiæ & Atheiſta eſt.

Mendaciũ Prædicantis.

Digitized by Google

ricordiæ: ſtatim enim ſubdit ibi Apoſtolus Rom. 5. *Vt ſicut regnavit peccatum in mortem: ita & gratia regnet per juſtitiam in vitam æternam per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, &c.* Verba Apoſtoli cap.6. ejuſdem Epiſtolæ totalitèr confundunt Prædicantem. *Quid ergo dicemus? Manebimus in peccato, ut gratia abundet? Abſit, &c. ſtipendium peccati mors.* Videsné corruptorem Sacræ Scripturæ, ſic ſolent homines decipere.

Corrumpit Prædicans textum Apoſtoli.

Obiectio Prædicantis 1.

« Quod dicit Prædicans extare explica-
« tionem Lutheri ſupra Paulum, ubi docet
« debere urgeri fidē & opera, atq; doceri.

Reſponſio. Hoc non me movet; quia illi comūne eſt ſibi contradicere, vt ſuo loco oſtendam.

Obiectio 2. « Quod etiam dicit ſciviſſe peccata eſſe
« prohibita, & lege naturæ, & ſcripturæ.

Reſponſio. Hoc nec me movet: quia & ſcivit non licere Deo vovere, & nō reddere, Deut. 23. & tamen contrarium fecit: multa ſcimus ſæpè quæ tamen non facimus: nam & bona opera ſcivit ex ſacro Evangelio, & totâ ſacrâ ſcripturâ juſtificare, & tamen negavit, vt viſum eſt.

Nec Lutherani nec Calviniſtæ Evangelici.

Ex his omnibus habes Lutheranos & Calviniſtas non poſſe dici Evangelicos,

cum

Digitized by Google

cum doctrina eorum pugnet cum Evangelio, & doctrinâ Pauli.

Compræhendi hîc & Calviniſtas: nam ſicut Lutherus vult nos non ſubeſſe legi, etiã divinæ, nempè Decalogi: ita & Calvinus, nam lib. 3. Inſtitut. cap. 19. Conſcientiâ dicente peccaſti, ait. Reſponde, imò peccavi: ergo Deus puniet, & condemnabit? non: At hoc lex dicit; ſed nihil mihi cum lege, quare: quia libertatem habeo.

Calvinus non vult ſubeſſe legi.

Hanc doctrinam accepit à Luthero, qui dicit hominem Chriſtianum liberum eſſe ab omni lege, etiam Decalogi. Ita in ſermone de Moſe: undè in argumento Epiſt. ad Gal. ait. Summa ars Chriſtianorum eſt, neſcire legem, ignorare opera, & totam juſtitiam activam, ſicut extra populum Dei ſumma ſapientia eſt, noſcere & inſpicere legem, opera, & juſtitiam activam.

Chriſtianũ oportet ignorare legem.

Mira autem res eſt, ait, & mundo inaudita, docere Chriſtianos ignorare legem, & ut ſic vivant coram Deo, quaſi pœnitùs nulla lex ſit, ſed quod tantùm ſit mera gratia: niſi enim ignoraveris legẽ, & ita cogitationes tuas direxeris, quaſi ſit nulla lex, ſed quod tantùm ſit mera

« gratia, non poteſt ſalvus fieri. per legem
Lex propter quos poſita. « enim cognitio peccati, &c. Lex non eſt
« niſi propter præfractos, ſuperbos, & in-
« domitos, quibus nihil aliud ponendum
« eſt ob oculos, quàm lex, ut terreantur &
« humilientur (per hos præfractos intel-
« ligit infideles, ut patet ibi): eſt enim da-
« ta lex, ait, ut induratos perterrefaciat, &
« occidat, & ut veterem hominem exer-
« ceat. Vtrumq; verbum reſecari poteſt
« ſecundum Apoſtolum. Hæc ille.

Ex his vides quod lata ſit lex præfracto, ſuperbo, & indurato viro & infideli, non verò Chriſtiano. Vnde & hoc probat ex Apoſtolo Paulo 1. ad Timoth. 1. his verbis. *Lex non eſt poſita juſto, ſed injuſtis, & non ſubditis, impijs, & peccatoribus, ſceleratis, & contaminatis, &c.*

Quales facti ſint Lutherani & Calviniſtæ ex doctrinâ novi Evangelij & quales fructus ex eo.

« Quid ſecutum eſt ex hâc ſuâ doctri-
« nâ? audiamus illum in Poſtillâ ſuper
« Evangeliũ Dominicæ 1. adventus. Mun-
« dus, inquit, fit deterior in dies (*intellige*
« *per eius doctrinam*): ſunt nunc homines,
« magis vindictæ cupidi, magis avari, ma-
« gis ab omni miſericordia remoti, magis
« immodeſti, & indiſciplinati, multoq; de-
« teriores, quàm fuerint in Papatu; ubi
unus

unus obſidebatur uno Diabolo, jam ſe- »
ptem obſidetur. Hæc ille.

Hi ſunt fructus novi Evangelij Lutheri & Calvini: ex quo enim negarunt bona opera eſſe neceſſaria ad ſalutem, & Lutherus dixit. Eſto peccator, & pecca »
fortitèr, nullum peccatum avellet nos ab »
agno, etiamſi millies millies occidamus, »
aut fornicemur in die, Edamus biba- »
musq; & ſub iſtis Magiſtris cantemus, &c. »
Et Calvinus nihil mihi cum lege, &c. Dixerunt diſcipuli eorum: Edamus ergò cum Magiſtris noſtris, & bibamus, fornicemur, & occidamus, nihil nocent hæc animæ, ſufficit nos credere, pereat qui caſtrina curat?

Hoc ne purum Evangelium, ut ipſi prætendunt ſe habere, & docere?

Doctrina Pauli & Auguſtini de lege.

Apoſtolus dicit Rom. 3. *Legem deſtruimus per fidem? Abſit, ſed ſtatuimus.* Audi & Divum Auguſtinum libro 3. contra Epiſtolam Pelag. *Quis ita impius eſt*, inquit, *ut dicat ſe propterea præcepta non ſervare, quod Chriſtianus ſit non ſub lege, ſed ſub gratiâ?* Ad quod Paulus Rom. 6. *Liberati autem à peccato, ſervi eſtis facti juſtitia.*

Digitized by Google

Reſponſio ad Apoſtoli verba pro lege, & quibus lex ſit data, & qualis.

Ad authoritatem Pauli à Luthero citatam, dico loqui ibi contra eos, qui volebant Chriſtianis fidelibus jam juſtificatis, & ſanctificatis, per Baptiſmum, & fidem in Chriſtum, jugum legis veteris imponere, quoad judicialia & cæremonialia, terrebantq; eos, allegantes illud Deut. 27. *Maledictus omnis qui non permanſerit in omnibus quæ dicta ſunt in libro legis, ut faciat ea &c.* Dicit Paulus jam juſtificatis, non eſſe legem poſitam, nempè talem: quia jam Evangelium pro lege habent, quod ſuâ ſpontê obſervant: ſed benè lex illa vobis, nempè Iudæis perfidis, & ſceleratis eſt poſita, qui nihil, niſi timore pœnæ legis facitis. Vel dic quod lex non eſt poſita juſto: id eſt, lata ad juſtum coërcendum: juſtus ènim ſpontê ſuâ, ſe legi conformat, amore juſtitiæ & obedientiæ, non timore pœnæ: Ac ſi dixiſſet, Paulus, ſicuti juveni ſatis jam inſtructo non opus eſt Pædagogo, nec minis & flagellis ſervo, qui ſpontè facit imperata: ita non eſt opus juſto lege minaci & pœnas intentante, qui ſpontê ſuâ facit bonum, &c. Hæc quoad Paulum.

Iuſtus legi obedit & qualitèr.

Videa-

Digitized by Google

Videamus an Sectarij noſtri temporis aliquid habeant, ſaltem ex Apoſtolo Iacobo.

Hic Apoſtolus videtur dicta Pauli Rom. 3. & 4. explicare: Nam cap.2. ſuæ Epiſtolæ ait. *Quid proderit fratres mei ſi fidem quis dicat ſe habere: opera autem non habeat? Nunquid poterit fides ſalvare eum? Si autem frater, & ſoror nudi ſint, & indigent victu quotidiano: dicat autem aliquis ex vobis illis. Ite in pace, calefacimini & ſaturamini: non dederitis autem eis quæ neceſſaria ſunt corpori: quid proderit? ſic & fides, ſi non habet opera, mortua eſt in ſemetipsâ, &c. Vis autem ſcire ô homo inanis, quoniam fides ſine operibus otioſa eſt? Abraham pater noſter nonné ex operibus juſtificatus eſt, offerens filium ſuum ſuper altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius: & ex operibus, fides conſummata eſt? & ſuppleta eſt Scriptura, dicens: credidit Abraham Deo & reputatum eſt illi ad juſtitiam, & amicus Dei appellatus eſt. Videtis quoniam ex operibus juſtificatur homo, & non ex fide tantùm? ſimilitèr & Rahab meretrix, nonné ex operibus juſtificata eſt, ſuſcipiens nuncios, & alia via eijciens? Sicut enim corpus ſine ſpiritu mortuum eſt: ita & fides*

Fides ſine operibus mortua.

Gen. 22.

Gen. 15.

Rom. 4.
Gal. 3.

Ioſ. 2.

Digitized by Google

ſine operibus mortua eſt. Hæc Iacobus.

Iacobus non contradicit Apoſtolo Paulo.

Nota hunc Apoſtolum non contradicere Divo Paulo dùm Rom. 4. dicit, Abraham non fuiſſe juſtificatum ex operibus: loquitur enim Apoſtolus Paulus de operibus legis, & antecedentibus fidem; & ita eſt, Abraham non fuiſſe juſtificatum ex ijs: *Quia ſine fide impoſſibile eſt placere Deo*, Hebr. 11. Iacobus autem Apoſtolus loquitur de operibus ſequentibus fidem, vel concomitantibus fidem: Nam dicit quod fides cooperabatur operibus, & quod ex operibus fides conſummata eſt: & ſanè fuit actus maximæ dilectionis & virtutis obedientiæ in ipſo Abraham erga Deum, ut ſtatim ad ſimplicem vocem eius, de nocte conſurgeret ad immolandum ſuum unicum filium, unicè dilectum abſque ullâ replicâ cum Deo: qui actus obedientiæ & dilectionis maximè placuit Deo: quia vt ait Scriptura. *Melior eſt obedientia quàm victima.* Sic Divus Auguſtinus concordat hos duos Apoſtolos, in libro de fide & operibus.

1. Reg. 15.

Lutherus recipit Epiſtolam Iacobi ſibi contradicendo.

Hæc ſunt directè contra Lutherum, Calvinum, & ſequaces eorum. Et nota, quod etſi Lutherus in præfatione in Novum

vum Teſtamentum dixerit hanc Epiſtolam eſſe ſtramineam,& non ſpiritu Apoſtolico dignam,tamen ſibi contradicendo eam recepit,& pro ſe citat in viſitatione Saxonicâ,contra ſuos, ut videbimus in contradictionibus ipſius. Citat & eam in libro adverſus armatum Cocleum,ut viſum eſt. Iacobus ipſe Apoſtolus cap. 2. huius Epiſtolæ ait. *Si autem perſonam accipitis, peccatum operamini,redarguti à lege, quaſi transgreſſores : Quicunq; autem totam legem ſervaverit,offendat autem in uno : factus eſt omnium reus. Qui enim dixit non mœchaberis : dixit & non occides. Quod ſi non mœchaberis, occides autem, factus es transgreſſor legis, &c.*

Lex tota obſervanda.

Dicat modo Lutherus hominē Chriſtianum quamtiſcunque peccatis non poſſe damnari, ſolam incredulitatem damnare, nullum peccatum avellet nos ab agno, ſufficit credere : Hæc doctrina eſt hæretica , & contra totam Sacram Scripturam,ut viſum eſt. Hæc ſufficiant ex Apoſtolo Iacobo.

Lutheri doctrina hæretica.

Quod ex S. Petro non habeant ſuam doctrinam iſti Sectarij,oſtendo.

Hic Apoſtolus cap. 2. Epiſt. 1. ait.

Obſe-

Digitized by Google

Abſtinendũ à carnali bus deſide- rijs Apo- ſtolus.

Obſecro vos tanquam advenas & peregrinos abſtinere vos à carnalibus deſiderijs quæ mili- tant adversùs animam,&c. Et cap. 5. *Fra- tres ſobri eſtote & vigilate : quia adverſarius veſter tanquam Leo rugiens circuit quærens quam devoret, &c.*

Nota illa verba. *Obſecro vos abſtinere à carnalibus deſiderijs, quæ militant adversùs animam, &c.* Hæc enim verba ſunt im- mediatè contra Lutherum qui dicit, e- damus,bibamusque,&c. Iejunium nihil prodeſt animæ. An non hoc eſt carnale deſiderium dicere, prout dixit: Si non conſentiat Domina,veniat ancilla? Dicit Apoſtolus deſideria carnis militare ad- verſus animam. Lutherus hoc totum ne- gat,ut viſum eſt : Nam etſi millies millies occidamus, & fornicemur, in die talia peccata non avellent nos ab agno, ſuffi- cit agnoviſſe agnum qui tollit peccata mundi: Hæc eſt doctrina Lutheri,quem vocant ſelectum organũ Dei, & Spiritus Sancti, diſcipuli eius, Prophetam Ger- maniæ, tertium Eliam, &c. dixiſſent ſe- lectum organum Diaboli, optimè qua- draſſet illi,& doctrinæ eius.

Lutherus ſuadet car- nalia.

Lutherus cuius orga- num fue- rit.

Concordent Prædicantes hanc doctri- nam cum Evangelio, qui volunt vocari Evangelici. Ob-

Digitized by Google

Obijciunt mihi Lutherum docuiſſe in „ Commment. cap. 5. Epiſt. ad Gal. bona „ opera eſſe facienda, & fidem debere eſſe „ operoſam per charitatem,&c. Vnde & „ libro de libert. Chriſt. dicit jejunandum „ eſſe, ne caro recalcitret adverſus ſpiri- „ tum,& ſemper quidem urgendum jeju- „ nium,& non determinandos certos dies. „ *Lutherani pro bonis operibus obijciunt.*

Ad hæc dico, ſi opera bona nihil pro- ſint animæ, ſive interna, ſive externa per Lutherum, cur ea faciam? Nam Chri- ſtianus liber eſt ab omni lege per eum. Quid nocebit animæ, etiamſi caro recal- citret adverſus ſpiritum, ſi per eum ſola fides ſalvet, nulla peccata poſſint dam- nare, niſi ſola incredulitas, hominem Chriſtianum, ut dicit, non poſſe perdere ſalutem, etiam volentem, quantiſcunq; peccatis, niſi nolit credere? &c. fruſtra ergo mihi obijciunt Prædicantes. *Reſponſio.*

Dicunt Chriſtum ſatis paſſum eſſe pro „ nobis, pro nobis ſatisfeciſſe: quare non „ eſſe neceſſe affligere corpora noſtra, & „ alia opera bona facere, ut his juſtifice- „ mur, & mereamur vitam æternam, fieri „ injuriam Chriſto, quaſi merita eius non „ eſſent ſufficientia pro noſtra juſtificatio- „ ne, & ſalute. „ *Adverſariorum objectio communis & ordinaria de Chriſti ſatisfactione.*

Reſponſio Catholicorũ communis.

Ad hæc dico, Petrum Apoſtolum hoc non ignoraſſe, qui tamen dixit cap. 2. Epiſt. 1. *Sed ſi bene facientes patienter ſuſtinetis: hæc eſt gratia apud Deum, in hoc enim vocati eſtis: quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut ſequamini veſtigia eius, &c.* Item cap. 4. *Chriſto igitur paſſo in carne, & vos eadem cogitatione armamini, &c.* Subdit infra. *Eſtote itaq; prudentes & vigilate in orationibus. Ante omnia autem mutuam in vobiſmetipſis charitatem continuam habentes: quia charitas operit multitudinem peccatorum, &c.* Subdit infra. *Si exprobramini propter Chriſtũ beati eritis &c.* Multa dicit in hoc cap. contra illos qui in luxurijs, deſiderijs, vinolentijs, comeſſationibus, potationibus, ebrietatibus, &c. vivunt, & tandem concludit. *Etſi juſtus quidem vix ſalvabitur: impius & peccator ubi parebunt? Itaq; & hi qui patiuntur ſecundum voluntatem Dei: fideli Creatori commendent animas ſuas in bene factis, &c.*

Vix juſtus ſalvabitur.

Effectus charitatis & bonorum operum.

Nota illa verba. *Charitas operit multitudinem peccatorum. Si exprobramini propter Chriſtum beati eritis.* Hæc enim clarè denotant nos juſtificari, & ſalvari per charitatem, & bona opera. Nam per charitatem operiri multitudinem peccatorum,

Digitized by Google

rum, eſt nos per charitatem juſtificari (fide ſemper præſuppoſita). Et hoc eſt conforme dictis Chriſti. Lucæ 7. *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Per hoc quod dixit. *Si exprobramini propter Chriſtum, beati eritis, &c.* Hoc eſt conforme verbis Chriſti Matth. 5. *Beati eritis cum maledixerint vobis, &c. Beati pacifici: quoniam filij Dei vocabuntur, &c.*

Dicit præterea idem Petrus Apoſtolus in 2 cap. 1. *fratres magis ſatagite ut per bona opera, certam veſtram vocationem, & electionem faciatis. Hæc enim facientes, non peccabitis aliquando. Sic enim abundanter miniſtrabitur vobis introitus in Regnũ æternũ &c.* *Electio certa ſit per bona opera.*

Ex hoc Apoſtolo, habes clarè dari Regnum Cœlorum propter bona opera, & nos per ea juſtificari, contra adverſarios.

Paulus etiam non ignoravit Chriſtum ſatisfeciſſe pro nobis, qui tamen dicit in cap. 1. ad Coloſſenſ. *Nunc gaudeo in paſſionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti, in carne meâ pro corpore eius, quod eſt Eccleſia, &c.* Quid rogo deerat paſſionibus Chriſti & meritis eius? Sanè non niſi applicatio eorumdem: nam niſi ea tibi applices per veram fi- *Paulus adimplet ea quæ deſunt pro Eccleſia.* *Merita Chriſti proſunt ſi applicueris ea tibi.*

Digitized by Google

dem, & charitatem, ac bona operando, nihil tibi proderunt, teſtante Chriſto Lucæ 9. *Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me, &c.* Hæc ſufficient ex hoc Apoſtolo Petro contra adverſarios.

Quod à divo Joanne non habeant ſuam doctrinam, oſtendo.

Mandata Chriſti obſervanda & facilia contra adverſarios.

In Epiſt. 1. Can. cap. 2. *Et in hoc ſcimus, quoniam cognovimus eum, ſi mandata eius obſervemus. Qui dicit ſe noſſe Deum, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt, & in eo veritas non eſt. Qui autem ſervat verbum eius: verè in hoc charitas Dei perfecta eſt. In hoc ſcimus: quoniam in ipſo ſumus, &c.* Et cap. 5. ejuſdem Epiſt. *In hoc cognoſcimus, quoniam diligimus natos Dei: cum Deum diligamus, & mandata eius faciamus. Hæc eſt enim charitas Dei, ut mandata eius cuſtodiamus, & mandata eius gravia non ſunt, &c.* Iterùm in 2. cap. uni. *Et hæc eſt charitas, ut ambulemus ſecundum mandata eius, &c.* Subdit infra. *Videte vosmetipſos, ne perdatis quæ operati eſtis: ſed ut mercedem plenam accipiatis, &c.*

Duo documenta contra adverſarios.

Hic habes duo documenta contra adverſarios, nempè opera bona eſſe neceſ-

ſaria

Digitized by Google

ſaria & efficacia ad ſalutem, & mandata Dei non eſſe impoſſibilia. Lutherus in libro de libert. Chriſt. dicit: Æquè no- »
bis impoſſibilia ſunt omnia præcepta, »
atq; illud unum non concupiſces: quin- »
imò in ſermone de Moſe dicit, vt viſũ eſt, »
decem præcepta decalogi ad nos non »
pertinere, ſed ad Iudæos, nos non eſſe »
Iudæos. Hæc ſunt contra Chriſti, & Apoſtoli aperta verba. Concordent Prædicantes hanc doctrinam.

Quod ex Epiſtolâ Judæ Apoſtoli fratris Jacobi non habeant ſuam doctrinam, oſtendo.

Hi ſunt in epulis ſuis maculæ convivantes ſine timore ſemetipſos paſcentes: nubes ſine aquâ quæ à vento circumferuntur: arbores autumnales infructuoſæ, bis mortuæ, eradicatæ: fluctus feri maris deſpumantes confuſiones ſuas, &c. Ecce veniet Dominus in ſanctis millibus ſuis facere judicium contra omnes: & arguere impios, de omnibus impietatis operibus eorum, quibus impiè egerunt: & de omnibus duris quæ locuti ſunt contra Deum peccatores impij. Hi ſunt murmoratores, queruloſi ſecundum deſideria ſua ambulantes: & os eorum loquitur ſuperbiam, &c.

Contra eos qui carnaliter viuunt.

Nota illa verba: *Hi ſunt in epulis ſuis maculæ convinantes ſine timore, &c.* Hæc enim verba directè Luthero conveniunt « qui ſine timore dicebat. Edamus, biba« musq; &c. Sublata eſt lex virtus pecca« ti,&c. Mors & infernus quoque perie« runt,&c. An non hoc eſt more epicureo, & adinſtar Athæiſtæ loqui? Iudicet qui voluerit, An talem voluerit Deus reformatorem Eccleſiæ mittere.

Ex his omnibus clarè vides adverſarios habere totam Sacram Scripturam contra ſe. Nam ex Apocalypſi nihil poſſunt prætendere, cum ſit Ioannis Apoſtoli, qui multum, vt vidimus, exaltat opera bona.

De locis Sacræ Scripturæ quæ pro ſe adferunt.

Hæretici Sacram Scripturam allegant, ſed corruptè, illis nituntur ſed male.

D. Hieronymus contra Luciferianos circa finem. *Nec ſibi blandientur,* ait, *ſi de ſcripturarũ capitulis videntur affirmare, quod dicunt: cum & Diabolus de ſcripturis aliqua ſit loquutus, & ſcripturæ, non in legendo conſiſtant, ſed in intelligendo, &c.* Idem docet D. Auguſt. lib. 1. de Trinit. cap. 3. Vnde D. Hilarius lib 4 de Trinit. *Videntur,* inquit, *ſibi de ſingulis quæ aſſerunt præſtare rationem;*

tionem; quia ſingulis aſſertionibus ſuis, quædam ex divinis voluminibus teſtimonia ſubdiderunt, quæ corrupto intelligentiæ ſenſu, ſolis tantùm ignorantibus blandiantur, &c. Vetus eſt proverbium Sacram Scripturam habere naſum cereum, quem ſuo quiſque arbitratu poſſit inflectere; ita ut non modò diverſa, verùm etiam pugnantia dogmata per eam ſtatui, defendiq; à contentioſis & hæreticis ſoleant: nec eſt quod ambigas: Perinde ſcripturis nixus eſt Arius, ac Sabellius, quamvis inter ſe pugnantes haberent opiniones: Perinde Pelagius, ac Manichæus: Perinde Eutyches, & Neſtorius. Quid igitur indè conſequitur? Plures erunt in mundo Religiones, ſeu veriùs opiniones de religione, quàm homines? Religio verò certa nulla? &c. Quaſi diceret hic Sanctus, abſit; nam ad Epheſ. 4. dicit Apoſtolus. *Vnus Deus, una fides, unum Baptiſma, &c.* Vnde, ut dicitur ibi, Chriſtus poſuit in Eccleſiâ Doctores, ne ſimus veluti parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ, in nequitia hominum, in aſtutiâ, ad circumventionem erroris.

Vetus proverbium de Sacrâ Scripturâ.

Vna religio unaq; Eccleſia.

Videant modò Sectarij noſtri temporis, nam non ſatis eſt quod Lutherus, & Calvinus, nitentur ſcripturis, & ſe ſe ipſis videantur tueri, hoc & faciunt Ana-

Digitized by Google

baptiſtæ,& Ariani novi, hoc noſtro tempore: Scripturæ enim,ut benè dixit Hieronymus, non in legendo,ſed in intelligendo conſiſtunt: quare non debuiſſent ſtatim Luthero,& Calvino credere, ſed probare an ex Deo eſſent, quod facilè potuiſſent agnoſcere,niſi malitia eorum excœcaſſet eos : nam Chriſtus dixit, Matth. 7. *Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium: intrinſecùs autem ſunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoſcetis eos, &c.* Quales fructus produxerint,& quid egerint Calvinus, & Lutherus,ſupra vidimus.

Scriptura Sacra, non in legendo, ſed in intelligendo conſiſtunt.

Quod Sectarij huius noſtri temporis ſuam non habeant doctrinam de Juſtificatione à Patribus & Scriptoribus orthodoxæ fidei,oſtendo ex Patribus Græcis primò.

Patres Græci.

Ex ſæculo I.

D. Clemens Romanus Anno Chriſti 90. Conſtit.Apoſt.lib.3. *Nomen viduitatis non introducet eas in Regnum Cœlorum,ſed potius vera fides, & opera ſancta.* Epiſtola I. *Audiri à Deo ita demum merebitur, ſi orationes*

Bonis operibus meremur.

Digitized by Google

nes ipſæ bonis moribus,& bonis operibus adjuventur.

D. Ignatius Anno Chriſti 100. Epiſt. ad Epheſ. *Non itaq; vos lædet aliqua diabolica cogitatio, ſi ut Paulus, perfectam habueritis in Chriſtum & fidem & charitatem, quæ initium vitæ,& finis eſt. Principium vitæ fides, finis eiuſdem charitas. Hæc autem duo quoties in unum coëunt Dei hominē perficiunt.* Hæc ille. Nota benè hanc doctrinam contra adverſarios.

Quos inſadat diabolica cogitatio.

Ex 2. ſæculo.

D. Iuſtinus Martyr Oratione ad Antoninum Pium. *Nos immortales eos duntaxat fieri ſcimus, qui ſanctè per virtutem ad imitationem Dei vivunt: torqueri autem eos igne æterno,qui injuſtè abſque reſipiſcentiâ ætatem tranſigunt.* Hæc ille.

Qui immortales fiant & quibus mediis.

Ex 3. ſæculo.

D. Clemens Alexandrinus Año Chriſti 203. lib. 5. Stromatū. *Gratiâ ſervamur, ſed non abſq; operibus.*

Lib. 6. *Quando audierimus: fides tua te ſalvam fecit, non accipimus eum dicere abſolutè, eos ſalvos futuros, qui quomodocunque crediderint, niſi facta quoque fuerint conſecuta. Proportione habitâ ſunt variæ manſiones*

Manſiones in Cælo varia pro dignitate operum.

pro dignitate, & meritis eorum qui crediderunt.

Lib. 2. Strom. *Præcedit fides, timor ædificat, perficit autem dilectio.*

Ex 4. ſæculo.

Fides viva fit bonis operibus.

Didymus Alexandrinus Anno Chriſti 360. ad caput 2. Epiſt. Iacobi. *Sicut corpus ſine ſpiritu mortuum eſt; ſic & fides ſine operibus mortua eſt. Quoniam ſicut ſpiritus cohærens corpori vivificat illud; ſic opera fidei coaptata, vivam eſſe procurant, cogitandum eſt, ut fides habeatur cum operibus virtute dignis, ut non mortua, ſed viva conſiſtat.* Hæc ille.

Quid dicitis Lutherani & Calviniſtæ? fides mortua non nos juſtificat, non nos vivificat, ſed fides viva: fides viva fit operibus; ſi viva fit operibus, ergo non ex ſe viva, ſed mortua; vis ergò vt ſit viva, vis ut juſtificet, & vivificet: benè operare.

Ex 5. ſæculo.

D. Ioannes Chryſoſtomus. Hic vixit in ſæculo 4. & 5. nempè in fine quarti ſæculi, & principio quinti Homil. 90. in Ioannem, ait. *Nunquid ergò ſatis eſt ad vitam æternam in filium credere? Minimè. Non omnis enim,* inquit, *qui dicit mihi: Domine, Domine, intrabit in Regnum Cælorum. Et peccatum*

catum in Spiritum Sanctum, vel ſolùm eſt ſatis, quod in gehennam detrudat. Et quid de parte doctrinæ loquor? Nam ſi in Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum rectè credideris, non autem rectè vixeris, nulla tibi ad ſalutem utilitas. Cum ergò dicit. Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te ſolum verum Deum: nolumus hoc ad ſalutem nobis ſatis arbitrari. Opus namq; nobis eſt, & vitæ, & morum puritate pollere, & licet hoc in loco dicat: Qui credit in filium, habet vitam æternam. Nec bona tantùm, ſed ſuppliciorum quoq; formidinem proponit, quod, Qui incredulus eſt filio, non videbit vitam æternam; ſed ira Dei manet ſuper eum. Non tamen dicimus ſatis eſſe ſolam fidem ad ſalutem, quod quæ de vitâ ſæpè in Evangelio dicuntur, oſtendunt. Cur enim non dixit, ipſa vita æterna ſola: neq; qui credit in filium ſolùm, habet vitam æternam; ſed in utroq; vitam eſſe ſignificavit? nam, niſi mores ſequantur, ſequetur ſupplicium. Hæc ille. Ita & D. Cyrillus Alexandrin⁹ lib.10. in Ioan. cap.14.

Non ſolùm eſt credendum, ſed & rectè vivendum.

Hic ſanctus ſolvit adverſariorū objectiones.

Non ſufficit fides

Convincuntur hic Hæretici, & ſolvuntur loca Sacræ Scripturæ.

Hæc ſanè authoritas tanta eſt, ut ſufficiat ad ſolvendum omnia loca, quæ à Lutheranis ex Evangelio adferuntur pro ſolâ fide, nam ipſa ſunt, quæ refert, & optimè ſolvit.

Ex

Digitized by Google

Ex 6. ſæculo.

Ioannes Climacus Anno Chriſti 580. Gradu 1. *Is eſt Chriſtianus, qui Chriſtum, quantum homini poſſibile eſt, imitari nititur, verbis, & operibus, &c. Vis ergò eſſe Chriſtianus imitare Chriſtum, verbis & operibus.*

Quis Chriſtianus dicendus.

Ex 7. ſæculo.

Maximus Monachus Anno Chriſti 640. Decalogo de Incarnat. Verbi. *Dicetur fortaſſis: ſed fidem habeo, & ſatis eſt mihi, quæ in ipſum eſt ad ſalutem. Verùm hic Iacobus contradicit dicens, quod & Dæmones credunt, & contremiſcunt. Et rurſus: fides ſine operibus mortua eſt, per ſe; quemadmodum & opera ſine fide.*

Non ſufficit credere.

Ex 8. ſæculo.

D. Ioannes Damaſcenus lib. 4. de orthod. fide cap. 10. Anno Chriſti 730. *Cæterùm in hoc nobis omnibus viribus incumbendum eſt, ut nos ab obſcuris operibus puros atq; integros ſervemus, ne rurſum canis inſtar ad vomitum noſtrum redeuntes, nos ipſos rurſus peccato in ſervitutem addicamus: fides enim ſine operibus mortua eſt, operaq; item fide ſublata. Vera enim fides per opera exploratur, & comprobatur.*

Vera fides per opera comprobatur.

Ex 9. ſæculo.

Anaſtaſius Nicænus, anno Chriſti 850.

Re-

Reſponſ. 1. *Quodnam eſt ſignum perfecti Chriſtiani? Reſp. Recta fides, & pia opera: Chriſtianus enim eſt vera domus Chriſti, conſtans ex bonis operibus, & pijs dogmatibus. Vera ergò fides probata per opera: quoniam fides abſque operibus mortua eſt, ſicut etiam opera abſque fide. Quamobrem oportet ſe totis viribus firmitèr & conſtantèr ſervare mundum à ſordidis operibus, ne nobis quoq; dicatur. Deum ſe noſſe confitentur, factis autem negant.* ad Tit. 1. Ita & Photius anno Chriſti 860. ad cap. 12. Epiſt. ad Rom.

Signũ perfecti Chriſtiani.

Ex 10. ſæculo.

Theophylactus ad cap. 5. Ioannis. *Non putemus quod fides ſola ad ſalutem ſufficciat, dicit, quod, reſurgent hi qui mala fecerunt in reſurrectionem condemnationis: qui autem bona in reſurrectionem vitæ. Non igitur ſola fides abſque operibus juſtificat, ſed oportet etiam opera adeſſe. Tunc enim propriè fides eſt.* Hæc ille. Idem ad cap. 7. Matth. ad cap. 15. Ioan. ad cap. 15. ad Rom.

Propriè fides eſt dum allſunt opera, quæ cum eâ juſtificarit.

Hæc ſunt immediatè contra Lutheranos, nam dicit quod ſola fides abſque operibus non juſtificat; ſunt & contra Calviniſtas.

Ex 11. ſæculo.

Simeon Metaphraſtes, anno Chriſti

970.

970. in vitâ Theodoſij Cœnobiarchæ, poſt multa de bonis operibus, & de ijs qui ibunt in vitam æternam propter bona opera, de ijs qui ituri ſunt in infernum, ait. *Propterea quod à nobis deſerti ſunt operibus, abſcondet gehenna ignis, & tenebræ æternæ, &c.*

Qui ituri ſint in ignē æternum.

Ex 12. ſæculo.

Oecumenius anno Chriſti 1080. ad cap. 1. ad Rom. *Neq; enim ſola fides ſufficit, ſed & opera ſunt neceſſaria.*

Paulus explicatur.

Notent hoc Lutherani & Calviniſtæ, qui citant illud eiuſdem cap. *Iuſtus ex fide vivit.* Non dicit Apoſtolus, Iuſtus ex ſolâ fide vivit.

Ex 13 ſæculo.

Nicolaus Cabaſilas, año Chriſti 1280. De liturgiâ cap. 25. *Eſtote parati. Hic enim fides & opera: fides quidem quæ apparet per confeſſionem: opera autem per charitatem, quæ eſt finis omnis boni operis, & ſumma omnis virtutis, &c.*

Charitas finis omnis boni operis.

Ex 14. ſæculo.

Ioannes Catacuſenus, anno Chriſti 1360. Apolog. 1.; *Non omnibus ſimpliciter & nudè credentibus ſalus contingit, ſed ijs qui per fidem faciunt opera ſalute digna.*

Ex

Ex 15. ſæculo.

Græci, qui interfuerunt Concilio Florent. anno Chriſti 1439. in Apologiâ Concilio exhibitâ. *Iacobus docet opera abſq; fide mortua eſſe, ipſamq; fidem rurſus, abſque operibus otioſam, & nihil valere.* *Apoſtolus pro bonis operibus.*

Ex 16. ſæculo.

Cenſura Orientalis Eccleſiæ in Confeſſionem Auguſtanam Lutheranorum.

Hieremias Patriarcha Conſtantinop. in reſponſ. ad cap. 4. dictæ Confeſſ. *Catholica autem Eccleſia, fidem illam requirit inprimis, tamen non quamcunq; fidem, ſed illam quæ viva ſit, quæ teſtimonium habet à bonis operibus. Nam fides ſine bonis operibus mortua eſt*, vt inquit Iacobus; Vnde Magnus Baſilius. *Neque*, inquit, *ſuperna gratia in eum, qui ſeriò & ſtudioſè virtutem complexus non ſit, deſcendere poteſt, ſed utramq; quaſi temperari, & conſociari oportet: tam conatum & intentionem humanam, quàm ſupernæ eius, quæ ex fide provenit, gratiæ præſens auxilium, ut ad perfectum virtutis decus perveniatur, &c.* *Notent hic Lutherani reprobationem ſuæ doctrinæ. Notent & Calviniſtæ.*

Idem habet in reſp. ad cap. 5. ubi & ſubdit. *Dicit enim Scriptura: Qui ex Deo eſt, facit mandata Dei.* Et rurſum. *Non* *Ioan. 8. Matth. 7.*

omnis,

Digitized by Google

omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in Regnum Cœlorum; ſed qui facit voluntatem Patris mei, qui in Cœlis eſt, ipſe introibit in Regnum Cœlorum. Et: *non auditores legis; ſed factores legis juſtificabuntur.* Et alio loco. *Vos amici mei eſtis, ſi feceritis omnia quæ præcipio vobis.* Hæc ille, qui citat D. Baſil. in procemio Aſceticorum cap. 2. & refert verba Chriſti de Beatitudinibus Matth. 5. & illa Matth. 25. *Venite benedicti patris mei, poſſidete Regnum, vobis paratum à conſtitutione mundi: Eſurivi enim, & dediſtis mihi manducare, &c.* Et alio loco. *Vendite quæ poſſidetis, & date eleemoſynam: facite vobis ſacculos, qui non veteraſcunt; theſaurum non deficientem in Cœlis, quo fur non appropiet, neque tinea corrumpat.* Hæc quidem & talia opera Scriptura Sacra docet eſſe; per quæ quis regno cœleſti dignus efficiatur; & ſine quibus impoſſibile ſit, ut Regnum Cœlorum quiſquam ingrediatur. ſic enim apud Matth. diſcernit clarè Dominus. *Niſi abundaverit juſtitia veſtra, pluſquam Scribarum & Phariſæorum; non poteritis ingredi in Regnum Cœlorum.* Hæc ille, qui latè refutat Confeſſionem Auguſtanam, quam Lutherani Germani ad eum miſerant, ut eam approbaret, & eos

Rom. 2.
Ioan. 15.
Matth. 25.
Luc. 12.
Bonis operibus digni efficiuntur Regno Cœleſti.

& eos ſub regimine ſuo reciperet, ut ſub capite Eccleſiæ, quod nullatenùs fecit: doctrinam enim eorum refutavit condemnavitque, ſicque, juſto Dei judicio; quia receſſerant ab Eccleſiâ Romanâ, ſine capite manſit eorum Synagoga, & eorum doctrina eſt à Romanâ, & Græcâ Eccleſiâ condemnata, vt ſacris ſcripturis contraria.

Lutherani ad Hierem. Patriarchã Conſtantinop. recurrunt, ſed ab eo reijciuntur.

Quod ſuam doctrinam non habeant de Iuſtificatione ex Patribus Latinis, & ſcriptoribus orthodoxæ fidei.

Patres Latini.

Ex ſæculo 1.

Martialis Lemovicenſis Epiſcopus Epiſt. ad Tholoſ. anno Chriſti 100. *Tanquam puſillus grex Dei voluntate eius implere ſtudete in verbis ſanctis & operibus bonis.*

Voluntas Dei implenda in verbis & operibus bonis.

Ex 2. ſæculo.

Tertullianus in Scorpiaco cap. 6. anno Chriſti 200. *Quomodo multæ manſiones apud Patrem, ſi non pro veritate meritorum? Quomodo & ſtella à ſtellâ diſtabit in gloriâ, niſi pro diverſitate radiorum.*

Manſiones multæ in Regno Cælorum cur? & unde?

De Reſurrect. carnis cap. 48. *Vnusquiſque in ordine ſuo (vivificabitur) ſcilicet,*

quia & in ſuo corpore. Ordo enim non aliud quàm meritorum. Merita autem corpori quoq; adſcribantur, ordo quoq; corporum diſponatur neceſſe eſt, ut poſſit eſſe meritorum. Hæc ille.

Merita & corpori adſcribuntur, non ſoli animæ.

Habes hic contra Lutherum, Calvinum & ſuos, nos mereri bonis operibus, nedùm ab animâ factis, ſed & à corpore.

Ex 3. ſæculo.

D. Cyprianus anno Chriſti 250. ſerm. 1. de eleemoſynâ. *Remedia propitiando Deo, ipſius Dei verbis data ſunt, quid deberent facere peccantes, magiſteria divina docuerunt. Operationibus juſtis Deo ſatisfieri, miſericordiæ meritis peccata purgari, & apud Salomonem legimus. Conclude eleemoſynam in ſinu pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo.* Eccleſi. 29. Vide & in ſerm. de ſimpl. Præl. eum & lib. 3. Epiſt. 18.

Peccatorũ remedia.

Ex 4. ſæculo.

D. Ambroſius anno Chriſti 370. lib. 10. Epiſt. 82. *Quæ nobis ſalus eſſe poteſt, niſi jejunio eluerimus peccata noſtra, cum ſcriptura dicat* Tob. 4. & 12. *Iejunium, & eleemoſyna à peccato liberat. Qui ſunt ergo hi præceptores novi, qui meritum excludunt jejunij? nonne gentilium vox iſta eſt dicentium: manducemus, & bibamus.* Vide eum & lib. 2. de officijs cap. 2.

Iejunio eluuntur peccata & eleemoſyna.

Ex

Ex his habes Lutheranos & Calviniſtas cum Gentibus comparari, qui meritum jejunij excludunt.

Lutherani & Calviniſtæ Gentiles.

Ex 5. ſæculo.

D. Auguſtinus qui vixit tempore Hieronymi, & poſt nempè partim in 4. ſæculo & 5. lib. de fidè & operibus cap. 14. *Quare jam illud videamus quod excutiendum eſt à cordibus religioſis, ne malâ ſecuritate ſalutem ſuam perdant, ſi ad eam obtinendam ſufficere ſolam fidem putaverint; benè autem vivere, & bonis operibus, viam Dei tenere neglexerint. Nam etiam temporibus Apoſtolorum, non intellectis quibuſdam ſubobſcuris ſententiis Apoſtoli Pauli, hunc eum dicere, quidam arbitrati ſunt. Faciamus mala, ut veniant bona:* quia dixerat Rom. 3. *Lex ſubintravit, ut abundaret delictum; ubi autem abundavit delictũ, ſuperabundavit & gratia, &c.*

Paulus Apoſtolus in quibuſdam obſcurus.

Hoc ſanè totum docuit Lutherus, ut ſupra poſui, dùm dixit. » Verum ferto peccatum: Eſto peccator, & pecca fortitèr, » ſufficit credere, nullum peccatum avel- » let nos ab agno, &c. Fides ſola eſt ſalu- » taris & efficax uſus verbi, verbum Dei » nullis operibus, ſed ſolâ fide ſuſcipi & » coli poteſt, fides eſt brevis conſummata »

Lutheri propoſitiones falſæ de fide ſicut & Calvini.

legis plenitudo,ſola fides ſine operibus juſtificat,liberat,& ſalvat,ſola ſufficit ad ſalutem. Nulla res tàm bona,nulla tàm mala,quæ non in bonum mihi cooperetur, ſi modo credidero. Ita in lib. de libert. Chriſtianâ.

Subdit Auguſtinus explicans Apoſtolum. *Cum ergo Apoſtolus dicit, arbitrari ſe juſtificari hominem per fidem ſine operibus legis: Non hoc agit, ut perceptâ ac profeſſâ fide, opera juſtitiæ contemnantur, ſed ut ſciat ſe quiſq; poſſe per fidem juſtificari, etiamſi legis opera non præceſſerint: ſequuntur enim juſtificatum, non præcedunt juſtificandum, &c.*

Ex his verbis ultimis Lutherani colligunt, prout & ab ipſis audivi, quod ſicut opera præcedentia fidem, non juſtificant, ita nec ſequentia.

Hæreſis Lutheranorũ quando orta de ſolâ fide.

Auguſtinus ſtatim eos confundit, ſequentibus verbis. *Quoniam ergò, ait, hæc opinio fuerat exorta tempore Apoſtolorum, aliæ Apoſtolicæ epiſtolæ Petri, Ioannis, Iacobi, Iudæ, contra eam maximè dirigunt intentionem, ut vehementèr adſtruant, fidem ſine operibus nihil prodeſſe: ſicut etiam Paulus ipſe, non quamlibet fidem quâ in Deum creditur: ſed eam ſalubrem, planèq; evagelicam definivit, cuius opera ex dilectione procedunt. Et fides, inquit, quæ per dilectio-*

Quænam ſit vera fides, & ſalubris. Gal. 5.

lectionem operatur. Vnde illam fidem, quæ quibuſdam ad ſalutem ſufficere videtur, ita nihil prodeſſe aſſeverat, ut dicat: ſi habeam omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil ſum. Vbi autem hæc fidelis charitas operatur, ſine dubio benè vivitur. Plenitudo enim legis charitas. Hæc ille.

1. Cor. 13.

Rom. 13.

Sermone 39. de verbis Domini. *Declina à malo & fac bonum: & cum hoc feceris, ſecurus expectâ vitam: & tunc bonâ frõte dices: Domine, feci quod juſſiſti, redde quod promiſiſti.*

Pſal. 30.

Ad cap. 6. Ioan. *Magna quidem eſt fides, ſed nihil prodeſt, ſi non habeat charitatem, fide ſiquidem membra Chriſti efficimur, & Eccleſiæ: viva autem membra, ſola charitas efficit.* Hæc ille.

Charitas viva membra Chriſti facit non fides.

Hic habes magna documenta contra Lutheranos & Calviniſtas, ut quod ſola fides non juſtificet, quod lex Dei non ſit impoſſibilis: Quod fides non facit viva membra Chriſti, & Eccleſiæ, ſed ſola charitas. ſit v. g. aliquis adultus qui intendat ſuſcipere baptiſmum, qui tamen nolit relinquere adulterium, ſuſcipiet Sacramentum, & fiet membrum Chriſti & Eccleſiæ: ſed non vivum: quia deeſt charitas ſeu gratia, quæ eſt effectus Baptiſmi, & quæ ſola facit membrũ vivum:

Contra Adverſarios documenta.

Nota bene.

Recipiet, inquam, Sacramentũ, & characterem baptiſmi; quia talis non eſt rebaptizandus; ſed poſt pœnitentiam agat confitendo fictionem. Vide & pro noſtra ſententia D. Leonem Magnum anno Chriſti 450. De collect. ſerm. 1.

Prædicantis Galgocenſis mendacium.

Ex his vides, an D. Auguſtinus Lutheranus fuerit, ut quidam Prædicans Galgocenſis dixit anno 1648. dum cum eo loquerer: quia, inquit, cum eis docuit de fide juſtificante. craſſum mendacium.

Ex 6. ſæculo.

Retributio cæleſtis alia, & alia.

D. Gregorius Magnus, anno Chriſti 590. lib. 4. moralium cap. 31. *Quia in hac vitâ nobis eſt diſcretio operum: erit in illâ procul dubio diſcretio dignitatum, ut quo hic alius alium, meritô ſuperat, illic alius alium retributionê tranſcendit.* Hæc ille.

Ex 7. ſæculo.

Rom. 1.

Iacobi 2.

Venerabilis Beda anno Chriſti 700. ad caput 1. Ioannis poſt aliqua ait. *Iuſtus ex fide vivit, non illa quæ labiorum tantùm confeſſione profertur, ſed ea, quæ per dilectionem operatur: alioquin fides ſi non habeat opera, mortua eſt in ſemetipsâ.*

Ex 8. ſæculo.

Haymo ad cap. 4. Epiſt. ad Hebr. anno Chriſti 800. *Quiſquis Deo non credit, non*

ſal-

ſalvatur; ſed ad ſalutem, non ſufficit ſola fides, neceſſarium enim eſt cooperari fidei, & converſari dignè Deo. Quia fides ſine operibus mortua eſt. *Iacobi 2.*

Ex 9. ſæculo.

Remigius Altiſiodorenſis anno Chriſti 881. ad Pſal. 77. poſt aliqua, ait. *Quandoquiſque putat ſe ſalvari per fidem tantùm, velut multi qui negligunt benè operari dicunt. Qui crediderit, & baptiZatus fuerit, ſalvus erit:* *Marci 16.* *non attendentes, quia fides ſine operibus mortua eſt, &c.* *Iacobi 2.*

Ex 10. ſæculo.

Smaragdus anno Chriſti 970. in diademate Monach. cap. 4. *Sine amore charitatis, quamvis quiſque rectè credat, ad beatitudinem pervenire non poteſt, quia eſt tanta charitatis virtus, ut etiam prophetia & martyrium ſine eâ, nihil eſſe credatur, &c.* Citat verba Apoſtoli. *Etſi habuero omnem fidem, ita ut montes transferam; charitatem autem non habuero, nihil ſum.* Ita in 1. ad Corinth. 13.

Contra Adverſarios.

Fides recta, ſed non juſtificans ſine charitate.

Hæc ſunt directè contra Lutheranos, qui rectam fidem non poſſe eſſe ſine charitate dicunt. Quamvis quiſque rectè credat, ait, &c. dicit rectè credere ſine charitate, ſed non ſalutiferè.

Digitized by Google

Ex 11. ſæculo.

Quibus detur ſalus.

D. Anſelmus anno Chriſti 1080. ad cap. 5. prioris ad Theſſal. *Non enim otioſis datur ſalus, ſed his qui meritô bonorum operum acquiſierunt.*

Ex 12. ſæculo.

Non ſufficit credere, ſed & mandata ſervare.

Rupertus Abbas anno Chriſti 1120. ad caput 4. Micheæ. *Non ſufficit credere, niſi etiam ſecundum præcepta eius operemur, & per ſemitas eius, ideſt, per arctam & anguſtam viam, quæ ducit ad vitam, intrare contendamus.*

Bonis operibus meremur.

Vita fidei unde.

D. Bernardus anno Chriſti 1130. De reſurrectione Domini ſerm. 2. poſt aliqua ait. *Sicut enim corporis huius vitam ex motu ſuo dignoſcimus, ita & fidei vitam ex operibus bonis. Itaq; vita quidem corporis eſt anima, per quam movetur, & ſentit: vita verò fidei eſt charitas: quia per illam operatur, ſicut in Apoſtolo legis. Fides quæ per dilectionem operatur, &c.* Nota benè, quod fidei vita, eſt charitas contra adverſarios.

Sermone 68. in Cant. *Merita habere cures, habita data noveris, pernicioſa paupertas, penuria meritorum.*

Vides ubiq; nos bonis operibus mereri contra adverſarios: pernicioſa paupertas, ait, penuria meritorum, ergò

præter

præter merita Chriſti, noſtra ſunt ad ſalutem neceſſaria, in Chriſti tamen meritis fundata.

Ex 13. ſæculo.

Innocentius 3. anno Chriſti 1201. ſermone 3. in Dedicatione Templi. *In domo gratiæ, fundamentum eſt fides, de quâ dicit Apoſtolus. Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum, argumentum non apparentium. Tectum eſt charitas, de quâ Iacobus ait: Charitas operit multitudinem peccatorum. Oſtium, obedientia, de quâ Dominus ait: Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandata.* Vide & D. Thomam 1. 2. quæſt. 114. art. 4. Et ad cap. 3. Apocalyp.

Fidei definitio. *Hebr. 11.* *Iacobi 5.* *Charitatis virtus.* *Matth. 19.*

Ex 14. ſæculo.

Nicolaus Lyranus anno Chriſti 1320. ad caput 2. Iacobi: *Vtrumq; neceſſarium eſt ad juſtificationem. Nam fides quæ non operatur per dilectionem, mortua eſt, & informis: & iterum, opera ſine fide, non ſunt DEO placentia.*

Fides & opera neceſſaria ad juſtificationē [illegible]

Vides nos non juſtificari ſolâ fide, ſed fide, & dilectione, ac operibus.

Ex 15. ſæculo.

Laurentius Iuſtinianus anno Chriſti 1430. De Inſtitut. & Regim. Prælatorum cap. 8. *Singulis condigna dabitur gloria, pro*

Digitized by Google

qualitate mentis, pro menſura virtutis, pro labore certaminis, & pro ardore charitatis.

Quoad Doctores 16. ſæculi,& 17., in quo nunc ſumus,non eſt neceſſarium citare eos: quia nimis clarùm eſt,eos docere omnes, ſolâ fidê nos non juſtificari,ſed & dilectione,ac bonis operibus.

Objectio.

Adverſarij obijciunt. Quod ſi aliqui ex Orthodoxis aliquando videantur dixiſſe, ſolâ fide nos juſtificari, ut citantur D. Hilarius can. 8. in Matth. D. Chryſoſtomus in Homil. de fide & lege naturæ.

Reſponſio.

Catholici reſpondent. Reſpondeo eos loqui de operibus præcedentibus fidem, quod concedimus, patet legentibus eos.

Alij qui dicunt, nos ſolâ fidê in Chriſtum juſtificari, non operibus.

Reſpondeo,loqui contra eos,qui non credunt in Chriſtum,& de operibus,quæ fiunt ſine fide,& gratiâ Dei.

Adverſariorum cavillatio de bonis operibus. « Obijciunt Lutherani & Calviniſtæ: « minimè dicimus bona opera non eſſe fa- « cienda: imò volumus fieri,non ut neceſ- « ſaria ad juſtificationem,& ſalutem; ſed « ad excitandam fidem. Vnde in lib.noſtro « Concord. pag. 591. poſuimus hanc propoſi-

Digitized by Google

poſitionem. Repudiamus & damnamus »
nudam hanc offendiculi plenam, & Chri- »
ſtianam diſciplinæ pernicioſam phraſim. »
Bona opera noxia ſunt ad ſalutem. »

Nota quod dicunt nudam, alias Lu- »
therum ſuum condemnarent, ſed cum »
hoc addito Lutheri: ſi quis per ea juſti- »
ficari prætendat. »

Reſponſio ad Cavillationem.

Hoc effugium nullum eſt: Nam Chriſtus abſolutè dicit Matth. 19. *Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandata.* Et cap. 25. *Percipite Regnum vobis paratum, &c. Eſurivi enim, & dediſtis mihi manducare, &c.* Illa dictio (enim) eſt cauſalis: ac ſi dixiſſet Chriſtus. *Percipite Regnum vobis paratum; quia dediſtis mihi manducare, quando eſurivi.* Sat clarè oſtendi hoc & ex cap. 2. Rom., non ergo ad ſolùm excitandam fidem, facienda ſunt bona opera; ſed ſimpliciter ad juſtitiam, & ſalutem obtinendam, ſuppoſita ſemper fide.

Ex his omnibus habes adverſarios non poſſe dici Evangelicos, nec Orthodoxos.

Reſtat videre quos Patronos & fautores habeant.

Pſeudoapoſtoli quidam anno Chriſti *

Hæretici antiqui de ſolâ fide.

« 50. aſſerebant, ad ſalutē obtinenendam
« ſolam fidem ſufficere: quia Paulus dixe-
« rat, juſtificari hominem fide, ſine operibus legis. *Ita de eis D. Auguſt. de fide & operib. cap. 14.*

Explicat Auguſtinus Paulum, & ait, *ibi loqui de operibus præcedentibus fidem, non de ſequentibus.* ſicq; hæc authoritas non favet Lutheranis, ſicut nec Pſeudoapoſtolis.

« Valentiniani anno Chriſti 146. con-
« tinentiam, & bona opera haudquaquam
« ſibi, ut ſpiritualibus; ſed nobis, ut Pſi-
« chicis; ideſt animalibus hominibus, ſa-
« lutem neceſſaria docebant. *Ita D. Irenæus lib. 1. cap. 1. adverſus hæreſes Valentini, & ſimilium.*

« Sanè totum hoc docuit Lutherus in
« Epiſt. ad Gal. Nam dicit legem non eſſe
« datam, niſi præfractis ſuperbis, & indomitis. *Latè reprobrat D. Irenæus hæc.*

« Simon Magus anno Chriſti 60. dice-
« bat, liberum hominibus eſſe, ut agerent
« quæcunque vellent, non extimeſcendas
« eſſe legis minas. *Ita Theodoretus de Hæret. fabulis. Nicetas lib. 4. Theſauri cap. 1. Simile habet D. Irenæus lib. 1. cap. 20. de ipſo.*

« Eunomius, anno Chriſti 350. uſque

adeò

adeò fuit bonis operibus inimicus, ut » aſſeveraret, nihil cuiquam obeſſe quo- » rumlibet perpetratio peccatorum, ſi hu- » ius, qui ab illo docebatur, fidei particeps eſſet. *Ita D. Hieronymus de eo ad cap. 4. Oſeæ. D. Auguſt. hæreſ. 54.*

Ita ſanè docuit Lutherus, dùm lib. de Capt. Bab. dixit, *Chriſtianum hominem non poſſe quantiſcunque peccatis perdere ſuam ſalutem, etiam volentem, niſi nolit credere.*

Lutherus docet cum Simone Mago.

De doctrinâ ſuâ ſatis clarè habet lib. adverſus falsò nominat. ſtatum Epiſcop. *Nam niſi quis ſuſcipiat eam, dicit non poſſe ſalvari.* Hi ſunt fautores adverſariorum.

Articvlvs III.

De Nvmero Sacramentorvm.

LVtherani in Confeſſione Auguſta- » nâ exhibitâ Carolo V. Imperatori » in Comitijs generalibus anno 1530. non » niſi tria Sacramenta agnoſcunt, & qui- » dem ſatis obſcurè loquuntur, ſed in libro » Concordiæ eorum de numero, & vſu Sa- » cramentorum, clarè ſe explicant, dùm »

Lutheranorum doctrina de Sacramentorum numero.

pag.

Digitized by Google

« pag. 200. dicunt. Verè igitur ſunt Sa-
« cramenta, Baptiſmus, Cœna Domini,
« Abſolutio, quæ eſt Sacramentum pœni-
« tentiæ, nam hi ritus habent mandatum
« Dei, & promiſſionem gratiæ, quæ eſt
« propriè novi Teſtamenti. Hæc illi.

Ex Luthero habēt ſuam doctrinam Lutherani.

Hanc doctrinam habent à Luthero; nam præter hoc, quod ille eſt primarius, & præcipuus author Confeſſionis Auguſtanæ, ut vidimus, ex ipſiſmet in lib. Concord. In lib. de Capt. Bab. Tom. 2. Ien. Lat. fol. 260. pag. 2. hæc ſcribit.

« Principio neganda ſunt mihi ſeptem
« Sacramenta, & tantùm tria pro tempore
« ponenda, Baptiſmus, Pœnitentia, Pa-
« nis, &c. Quamquam, ſi vſu ſcripturæ lo-
« qui velim, non niſi unum Sacramentum
« habeam, & tria ſacramentalia ſigna, de
« quo latius ſuo tempore.

Calvinus Lutheri diſcipulus.

« Calvinus ſequitur Lutherum, nam
« lib. 4. Inſt. cap. 18. ſect. 20. non niſi duo
« Sacramenta admittit, Baptiſmum nem-
« pè, & Cœnam Domini; Vnde & cap. 19.
« ſect. 3. dicit. Baptiſmo, & Cœnâ con-
« tenti ſumus. Hæc ille.

Negat Lutherus Sacramentũ Confirmationis.

Negant ergo in primis Sacramentum Confirmationis Lutherus & Calvinus, quos ſequuntur Sectarij noſtri temporis.

Au-

Digitized by Google

Audiamus Lutherum lib.cit.de Capt. Bab. Cap. de Confirmat. Mirum, ait, » quid in mentem illis venerit, ut Sacra- » mentum Confirmationis facerent, ex » impoſitione manuũ, quâ legimus Chri- » ſtum ordinaſſe Presbyteros, & infirmos » curaſſe,&c. Ita Tom. 2. Ien. lat. fol.278. » Qui tandem fol. 279. ait. vt inter Sacra- » menta divinitùs inſtituta numeremus » Confirmationẽ,non invenio cauſam &c. »

Calvinus ſecutus eſt illum; Nam lib. » 4. Inſt. cap.19. ſect.5. Poſterior autem » ætas, ait, re propè obliterata, fictitiam » neſcio quàm Confirmationem, pro Dei » Sacramento poſuit. Confirmationis » virtutẽ fixerunt Spiritum Sanctum con- » ferre ad augmentum gratiæ, qui in Ba- » ptiſmo collatus ſit ad innocentiam: con- » firmare eos ad pugnam,qui in Baptiſmo » regenerati ſint ad vitam,&c. Hæc ille. »

Quod hanc ſuam doctrinam Lutherus & Calvinus atque ſequaces eorum non habeant ex Sacrâ Scripturâ, oſtendo.

Notanda prius tamen ſunt verba illa Libri Concordiæ eorum, dùm dicunt. Verè igitur ſunt Sacramenta, Baptiſmus, *Lutherani duo requirunt adeſſe ſacramẽti.*

Cœna

Cœna Domini, Abſolutio, quæ eſt Sacramentum Pœnitentiæ, nam hi ritus habent mandatum Dei, & promiſſionem gratiæ, quæ eſt propriè novi Teſtamenti. Hæc illi.

Ad quod dico, ſi ergò probavero Confirmationem habere mandatū Dei, & promiſſionem gratiæ, habebo Confirmationem eſſe Sacramentum: nam certum eſt omnia Sacramenta novæ legis eſſe à Chriſto Deo inſtituta; Hoc diſinitum eſt in Concilio Trid. ſeſſ. 7. Can. 1. de ſacramentis in genere.

Apoſtoli mittuntur ad confirmandum baptizatos.

Actorum 8. *Cum autem audiſſent Apoſtoli, qui erant Hieroſolymis, quod recepiſſet Samaria verbum Dei: miſerunt ad eos Petrum, & Ioannem. Qui cum veniſſent, oraverunt pro ipſis, ut acciperent Spiritum Sanctum. Nondum enim in quemquam illorum venerat, ſed baptizati tantùm erant in nomine Domini Ieſu. Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum Sanctum.*

2. ad Corinth. 1. *Qui autem confirmat nos vobiſcum in Chriſto, & qui unxit nos, Deus: qui & ſignavit nos, & dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris.*

1. Ioannis 2. *Et vos unctionem quam accepiſtis ab eo, maneat in vobis.*

Ex

Digitized by Google

Ex primo loco maxima habemus duo documenta; unum quod illa manus impoſitio non fiebat à Diſcipulis, ſed ab Apoſtolis Epiſcopis: Quare miſſi ſunt illi duo Apoſtoli, Petrus & Ioannes, ut eos qui erant à Diſcipulis baptizati, & à quibus receperant verbum Dei, confirmarent; id quod non fuiſſet neceſſe, ſi Diſcipuli hoc facere potuiſſent, & aliud ſacramentum, à ſacramento Baptiſmi non fuiſſet. Hoc eſt obſervatũ ab Eccleſiâ Dei à tempore Apoſtolorum uſq; in hodiernum diem, quod eſt ſignum evidentiſſimum Confirmationem eſſe diſtinctum ſacramentum à ſacramento Baptiſmi. Alterum documentum eſt, quod per illam manuum impoſitionem dabatur ſpiritus ſanctus, nempè gratia, quæ eſt magnum donum Dei. Vnde Paulus Rom. 5. *Charitas diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis, &c.* Et Petrus Act. 8. dixit Simoni Mago, qui obtulerat pecunias Apoſtolis, & dixerat. *Date mihi & hanc poteſtatem: ut cuicunque impoſuero manus, accipiat ſpiritum ſanctum. Pecunia tua tecum ſit in perditionem: quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri.* Habes ergo hic & mandatum Dei

Duo documenta 1.

Documentum 2.

Digitized by Google

(quod deſiderabant Lutherani) de Confirmatione, nam Apoſtoli tale quid non auſi fuiſſent attentare, ſine mandato Dei, quorum non erat inſtituere ſacramentum, ſed ſolius Chriſti Dei. Habes & collationem gratiæ, & non ſolùm promiſſionem in hac manuum impoſitione; imò adeſt debita materia, debita forma, & competens miniſter, qui eſt ſolus Epiſcopus, ergò verùm, & propriè novæ legis ſacramentum: Nam, vt difinitum eſt, in Concilio generali Florentino. Omne ſacramentum novæ legis tribus perficitur, rebus, ut materia, verbis, ut forma, & intentione miniſtri ſcilicet legitimi.

Sacramenta novæ legis tribus perficiuntur.

Dato, & non conceſſo, quod non eſſet ſcriptum, & mandatum expreſsè in ſacrâ ſcripturâ de hoc ſacramento, adhuc non ſequitur, non eſſe verum ſacramentum: adeſt enim unanimis conſenſus totius Eccleſiæ Catholicæ Dei; unanimitas autem conſenſus Eccleſiæ in doctrinâ fidei, eſt una prærogativa, ex prærogativis Eccleſiæ Dei, adverſus quam, ait, Chriſtus non prævalebunt portæ infernales: Pro cuius certificatione, idem Chriſtus dixit Ioan. 14 *Et ego rogabo patrem: & alium Paracletum dabit vobis: ut maneat vobiſcum*

Vnanimis conſenſus Eccleſiæ magna prærogativa.

in

in æternum ſpiritum veritatis, &c. Subdit infrà. *Paracletus autem ſpiritus ſanctus quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia: & ſuggeret vobis omnia, quæcunq; dixero vobis, &c.* Et cap. 16. *Adhuc multa habeo vobis dicere; ſed non poteſtis portare modo. Cum autem venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Non enim loquetur à ſemetipſo: ſed quæcunq; audiet, loquetur, & quæ ventura ſunt, annunciabit vobis, &c.*

De aſſiſtentiâ ſpiritus ſancti in Eccleſiâ.

Cur rogo manſurus ſpiritus ſanctus in æternum cum Apoſtolis; ideſt cum illis & eorum ſucceſſoribus? Vt doceat, ait, eos omnem veritatem, & ſuggerat omnia quæcunq; dixerit illis: exigua ſanè eſſet ſpiritus ſancti aſſiſtentia, ſi Eccleſiam in tam gravi negotio, & tanto tempore, nempè à tempore Apoſtolorum uſque in hodiernum diem, permitteret errare. Quod vt præcaveret ipſe Chriſtus, aſcendens in Cœlum, *dedit Eccleſiæ ſuæ quoſdam quidem Apoſtolos; quoſdam autem Prophetas: alios verò Evangeliſtas: alios autem Paſtores & Doctores ad conſummationem ſanctorum, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti &c. ut jam non ſimus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ, in nequitiâ hominum, in aſtutiâ ad circum-*

Chriſtus Doctores & Paſtores in Eccleſiâ poſuit, & cur?

cumventionem erroris. Hæc Apoſtolus ad Epheſ. 4.

Non omnia ſcripta quæ ſunt credenda in ſacrâ ſcripturâ.

Deinde ut Apoſtolus Ioannes dicit cap. ult. non omnia quæ fecit Ieſus, ſcripta ſunt. *Sunt autem & alia multa quæ fecit Ieſus: quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum (arbitror mundum capere eos) qui ſcribendi ſunt libros.*

Auguſtini ſententia de Traditionibus.

Veriſſima eſt ergò D. Auguſtini ſententia lib. 1. ad inquiſitionem Ianuarij cap. 1. *Illa autem quæ non ſcripta, ſed tradita cuſtodimus, quæ quidem toto orbe terrarum obſervantur, datur intelligi, vel ab ipſis Apoſtolis, vel plenarijs Concilijs, quorum eſt in Eccleſiâ ſaluberrima authoritas commendata atque ſtatuta retineri, ſicuti quod Domini paſſio, & reſurrectio, & aſcenſio in Cœlum, & adventus de Cœlo ſpiritus ſancti, anniverſaria ſolemnitate celebrantur, & ſi quid aliud tale occurrerit quod ſervatur ab univerſis quacunque ſe diffundat Eccleſia.* Hæc Auguſtinus.

Sanctorum teſtimonia pro traditionibus.

D. Chryſoſtomus in locum citatum ad Theſſ. Conſtat quod non omnia literis tradiderunt Apoſtoli, quæ tamen eadem fide ſunt digna. *Ita & D. Epiphanius hæreſi 71. & D. Baſilius in libro de ſpiritu ſancto cap. 27.*

Dato egò, quod non eſſet in ſcripturâ expreſ-

expreſſum mandatum, cuius tamen contrarium oſtendi, facto Petri & Ioannis Apoſtolorum, de ſacramento Confirmationis, non indè ſequitur ſtatìm, non eſſe ſacramentum: Authoritas enim non tenet negativè; quia, ut viſum eſt, ex Apoſtolo Ioanne. *Multa & alia fecit Ieſus quæ non ſunt ſcripta in libro hoc*, & quidem in conſpectu Diſcipulorum, vt habetur cap. 20., ſine dubio, & multa alia, & multò plura dixit, quàm ſint ſcripta in libro hoc. Quis enim diceret Chriſtum prædicando ſpatio trium annorum, & parum ultra non plura dixiſſe, quàm ſcripta ſint in libro Evangeliorum? Et ipſemet de hoc fert teſtimonium Ioan. 16. *Adhuc multa habeo vobis dicere: ſed non poteſtis portare modò. Cum autem venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.*

Non omnia Chriſti dicta, & facta ſunt ſcripta.

Habeo teſtimonium & ab Apoſtolo Paulo, qui dicit Chriſtum dixiſſe. *Beatius eſt magis dare, quàm accipere, &c.* Hæc verba ſanè Chriſtum protuliſſe, nullus Evangeliſta refert, igitur, ſicut non omnia quæ fecit ſcripta ſunt, ſic nec omnia quæ dixit Diſcipulis ſuis, vel coram ipſis, ſeu in conſpectu eorum ſcripta ſunt. ſed vbi *Act. 20.*

Digitized by Google

rogo eſt negatū in ſacrâ ſcripturâ Confirmationem eſſe ſacramentum? imò vt oſtendi eſt affirmatum; etenim ſucceſſores Apoſtolorum, nunquam auſi fuiſſent nobis tradere Confirmationem pro ſacramento, niſi hoc habuiſſent ab Apoſtolis, & Apoſtoli à Chriſto Domino eorum Magiſtro.

Confirmatio à quo.

Dicant mihi hi rogo Adverſarij, ubi habeant in ſacrâ ſcripturâ ſymbolum Apoſtolorum, ſymbolum Nicæni Concilij, & ſymbolum Divi Athanaſij? Ea non eſſe expreſsè contenta in ſacrâ ſcripturâ, nemo ignorat, & tamen ipſi inſeruerunt hæc in principio Libri Concordiæ, & proponunt ſuis, ut omninò tenenda. Vbi rogo expreſsè in ſacrâ ſcripturâ habent quod dicunt in Confeſſ. Auguſtanâ art. 11. De Confeſſione docent, quod abſolutio privata in Eccleſijs retinenda ſit, &c. & ſanè nullibi invenient. Vbi & illud quod docent art. 12. quod altera pars ſacramenti pœnitentiæ ſit fides? aſſignent mihi locum: ſanè nunquam præſtabunt.

De unanimo conſenſu Eccleſiæ argumentum Anabaptiſtarum.

Quid quod ipſe Melanchton, in locis « communibus, anno 1541. oppugnaturus « argumentum Anabaptiſtarum, ad ſolius Eccle-

Eccleſiæ authoritatem confugit neceſ- »
ſariò? Non extat mandatum, aiunt, Ana- »
baptiſtæ, de baptizandis infantibus. »

Reſpondet Menlanchton. Ad totum »
argumentum reſpondeo. Vniverſalis »
conſenſus Eccleſiæ omnium temporum, »
eſt teſtimonium, quod hæc ordinatio eſt »
Apoſtolica. »

Melanchtonis reſponſio ad argumentum.

Ad quod dico, etſi ergo non extaret mandatum de Confirmatione, univerſalis Eccleſiæ conſenſus omnium temporum eſt teſtimonium quod hæc ordinatio eſt Apoſtolica. Hunc autem conſenſum nos habere oſtendam infra.

Accedamus ad Lutherum: ab Ana- »
baptiſtis enim laceſſitus atrocibus con- »
vitijs quod parvulos affirmaret bapti- »
zandos, ſine ſcripto verbi Dei, teſtimo- »
nio. »

Luthero obijciunt Anabaptiſtæ.

Reſpondet quodam libello germani- »
co. Vos Anabaptiſtæ, verbi Dei teſti- »
monium requiritis, quo vobis parvulos »
eſſe baptizandos comprobem? vos po- »
tius, vos ipſi, inquam, adferte ſcriptu- »
ram, quæ parvulos non eſſe baptizandos »
doceat. Hæc ille. »

Reſpondet Lutherus & contra ſe loquitur.

Poſſum ſimilitèr dicere Luthero. Requiris verbi Dei teſtimonium à nobis,

quo probemus Confirmationem eſſe ſacramentum; potius tu adfer ſcripturam quæ doceat Confirmationem non eſſe ſacramentum.

Lutheri cōtradictio.

Anabaptiſtæ potuiſſent optimè Lutherum confundere: quia in libro de miſsâ abrogandâ Tom. 2. Ien. Lat. fol. « 444. pag. 2. ait. Quod enim è ſcripturis « authoritatem non habet, manifeſtiſſi« mum eſt ex Diabolo eſſe.

Accedamus adhuc clarius quoad Lutheranos, ut tandem per ſua propria ſcripta confundantur. In lib. Concordiæ eorum pag. 633, 634, & 635, poſt multa de eorum dogmatibus enarrata, hæc habent verba.

Quæ ſcripta Lutherani recipiant & cuius.

« Quod enim commemorata ſcripta, « videlicet Auguſtanam Confeſſionem, « Apologiam, Smalcaldicos articulos, mi« norem, & majorem Catechiſmum Lu« theri, illa, doctrinæ noſtræ Chriſtianæ, « ſumma complecti voluerimus, eam ob « cauſam factum eſt, quod in eis unani« mem, & comunem Eccleſiarum noſtra« rum, piam ſententiam contineri, ſemper « ſit judicatum; quippè quæ à præcipuis, « ijsque excellentiſſimis illius temporis « Theologis ſubſcriptione confirmata, &

in-

Digitized by Google

in Evangelicis Eccleſijs, & ſcholis re- »
cep:a fuere,&c. »

Subdunt pag. *636*; Vt enim verbum »
Dei,tanquam immotam Dei veritatem, »
pro fundamento ponimus; Ita illa ſcri- »
pta,tanquam teſtes veritatis,& quæ vna- »
nimem ſynceramque Majorum noſtro- »
rum,qui in puriori doctrinâ conſtantes »
permanſêre ſententiam,complectantur, »
in medium rectè producimus. Hæc illi, »
quos vide & pag. 730.

Videsné quantum faciant conſenſum unanimem Eccleſiæ, pro comprobatione doctrinæ eorum; imò non Eccleſiæ Catholicæ,ſed ſuarum Eccleſiarum,quæ tamen doctrina ab Eccleſiâ Catholicâ reprobata eſt, tàm in Oriente,quàm in Occidente. Quid ergò dicerent,ſi haberent pro eâ vnanimem conſenſum totius Eccleſiæ Dei,vt habemus pro noſtro ſacramento Confirmationis?

Quippè,aiunt, quæ à præcipuis ijſque »
excellentiſſimis illius temporis Theolo- »
gis ſubſcriptione confirmata,& in Evan- »
gelicis Eccleſijs & ſcholis recepta, nem- »
pè eorum ſcripta fuere. »

Si talis ſufficiat ſubſcriptio cum unanimi conſenſu, non Eccleſiarum Luthe-

Digitized by Google

Noſtra doctrina eſt ab omnibus orthodoxis confirmata.

ranorum, ſed Eccleſiæ Dei, noſtra doctrina de ſacramento Confirmationis eſt veriſſima; non enim ſubſcriptione excellentiſſimorum Theologorum vnius temporis, & recentis (ut ſunt Theologi Lutheranæ factionis) confirmata eſt, ſed ſubſcriptione præcipuorum & excellentiſſimorum Theologorum, & Sanctorum omnium temporum, vt oſtendemus, & hoc eſt teſtimonium, prout Melanchton faſſus eſt, quod hæc ordinatio eſt Apoſtolica. Vides ſeipſos confundere.

Scripta Lutheri apud Lutheranos.

Subdunt, ut vidimus. Vt enim verbum Dei, tanquam immotam veritatem pro fundamento ponimus: Ita illa ſcripta (nempe Lutheri citata) tanquam teſtes veritatis, ut quæ unanimem ſynceramq; Majorum noſtrorum, qui in puriori doctrinâ conſtantes permanſêre ſententiam complectantur. Hæc illi.

Ad hæc; nos quoq; verbum Dei, ſive ſcriptum, ſive vivâ voce traditum à ſanctiſſimis Apoſtolis, & ſucceſſoribus eorum, pro fundamento ponimus: ſed quod Lutheri prænominata ſcripta ſint teſtes veritatis, quæ complectantur unanimem ſynceramque Majorum ſuorum,

qui

Digitized by Google

qui in puriori doctrinâ permanſerunt, negamus, &c. Libentèr ſcirem qui ſint iſti Majores? nam non ſancti Patres, ut oſtendam; quia doctrinam contrariam doctrinæ quæ continetur in libris citatis Lutheri, docuerunt; non ergo ſcripta illa ſunt teſtes veritatis, ſed falſitatis. Qui ſunt ergò illi Majores Lutheranorum, qui manſerunt in puriori doctrinâ? Sanè in Saxoniâ omnes fuerunt Catholici, & obedientes Romanæ Eccleſiæ, ut patet in Confeſſ. Auguſtanâ de abuſibus, patet & in proteſtationibus Lutheri, & literis ſeu Epiſtolis ſcriptis ad Leonem X. Romanum Pontificem. Fuerunt, inquam, Romanæ Eccleſiæ obedientes, & eius dogmata ſequentes. Qui ſunt ergò iſti Majores? ſanè vel ſunt Lutherus, Melanchton, Ioannes Pomeranus, & ſimiles: at illi non permanſerunt in puriori doctrinâ, ſed novam prorſus prædicarunt, vel potius antiquas hæreſes denuò ſuſcitarunt. vt oſtendam.

Catholici in Saxoniâ ante Lutherum.

Maiores qui ſint apud Lutheranos.

Quod ex Patribus & Scriptoribus orthodoxæ fidei non habeant Confirmationem non eſſe Sacramentum, ſed oppoſitum, oſtendo.

Patres

Patres Græci.

Ex ſæculo 1.

In ſacramento Confirmationis confertur gratia, & fit homo perfectus Chriſtianus.

D. Clemens Romanus Pontifex, Epiſtolâ 4. *Omnibus feſtinandum eſt, ſine morâ renaſci Deo, & demùm conſignari ab Epiſcopo, ideſt, ſeptiformem ſpiritus ſancti gratiam percipere: quia incertus eſt uniuſcuiuſq; vitæ exitus. Cum autẽ regeneratus fuerit per aquam, & poſtmodum ſeptiformi ſpiritus ſancti gratia ab Epiſcopo confirmatus, quia aliter eſſe perfectus Chriſtianus nequaquam poterit, nec ſedem habere inter perfectos, ſi non neceſſitate, ſed incuriâ, aut voluntate remanſerit (ut à Beato Petro, & cæteri ſancti Apoſtoli, præcipiente Domino, docuerunt) & demum ex operibus bonis oſtendat in ſe ſimilitudinem eius, qui eum genuit Patris.* Hæc Clemens. Simile habet lib. 3. conſt. Apoſt. cap. 17. & lib. 7. cap. 23.

Dominus præcipit Confirmationem.

Lutherani convincuntur.

Lutherani dicebant, ut vidimus, quod illi ritus qui habent mandatum Dei, & promiſſionem gratiæ, ſunt ſacramenta. Hæc omnia hîc habes.

Lutherani & Calviniſtæ non ſunt perfecti Chriſtiani.

Ex hoc Sancto habeo Lutheranos & Calviniſtas minimè eſſe Chriſtianos perfectos, minimè habere ſedem inter perfectos, qui non ſolùm neceſſitate, & incuriâ non confirmantur, ſed quod peius eſt,

eſt, prorſus negant Confirmationem eſſe ſacramentum. Et nota quod iſte Sanctus dicit Petrum & cæteros Apoſtolos docuiſſe, præcipiente Domino. Ita & D. Dionyſius Areopag. anno Chriſti 100. Eccleſ. Hier. part. 2.

Ex 2. ſæculo.

D. Clemens Alexandrinus anno Chriſti 200. apud Euſeb. lib. 3. cap. 17. *Epiſcopus adoleſcentem ſuæ fidei concreditum, in domum ſuam recipiens educavit, &c. Ad extremum, Baptiſmi ſacramento illuminavit. Poſtea verò ubi ſigillo Domini (ſacramento Confirmationis) tanquam perfecta tutaq; animi eius cuſtodia obſignaſſet, nonnihil de curâ & obſervatione in eo inſtituendo ſuſcepta, remiſit.*

Ex 3. ſæculo.

Origenes Hom. 8. in Levit. anno Chriſti 230. *Donum autem gratiæ ſpiritus, per olei imaginem deſignatur, ut non ſolùm purgationẽ poſſit conſequi is, qui convertitur à peccato, ſed & ſpiritu ſancto repleri.*

Ex 4. ſæculo.

Conſtantinus Imperator anno Chriſti 320. in Privilegio Rom. Eccleſ. *Sylveſter levato me de venerabili fonte, induto veſtibus candidis, ſeptiformis gratiæ ſpiritus ſancti conſignationem adhibuit beati Criſmatis in-*

unctio-

unctione, *& vexillum ſanctæ Crucis in meâ fronte linivit, dicens*: SIGNET TE DEVS SIGILLO FIDEI SVÆ, IN NOMINE PATRIS, ET FILII, ET SPIRITVS SANCTI, IN CONSIGNATIONE FIDEI. Cunctusq; Clerus reſpondit: AMEN.

Requiſita adeſſe ſacramenti inveniuntur in Confirmatione.

Hic habes omnia quæ adeſſe ſacramenti requiruntur: Adeſt enim debita materia, ut Chriſma, debita forma, ut ſunt verba illa *ſignet te, &c.* & debitus miniſter, *ut Epiſcopus*, & effectus ſacramenti, *ut ſeptiformis gratia ſpiritus ſancti, &c.* Et hoc prorſus indicarat ille planè divinus Dionyſius dùm dicebat. *ſic indutum baptizatum ad Pontificem ducunt, &c.*

Ita docuerat & Synodus 1. Nicena anno Chriſti 325. & Laodicenſis anno Chriſti 360. Canon enim Arab 55 ſic habet. *Chorepiſcopus cum viſitat Eccleſias, & Monaſteria, quæ ſub ſuâ poteſtate ſunt, debet interrogare, an habeant ſilios aut filias, & facere, ut ad ſe adducantur, & ſignet eos ſigno crucis, & oret ſuper eos, & imponat manus.* Hæc ibi.

Hoc ſemper ſervatum eſt in Eccleſiâ Dei uſque in hodiernum diem, & patet quod per Chorepiſcopum, non intelligit, ſimplicem ſacerdotem, ſed ſuffraganeum

Digitized by Google

neum Epiſcopum; quia, ut vidimus, facto Apoſtolorum, & Sanctorum citatorum ad ſolum Epiſcopum ſpectat confirmare.

Patres in Concilio Niceno.

Huic Concilio Nicæno interfuerunt Trecenti decem & octo Patres, prout & teſtantur hiſtoriæ Eccleſiaſticæ: De cuius authoritate & veneratione loquens D. Gregorius Magnus & tribus alijs Concilijs generalibus poſtea factis ſic ait lib. 1. Regiſtri Epiſt. 24. lib. 2. 10. lib. 3. epiſt. 33. lib. 4. epiſt. 17. & alibi ſæpè, & refertur à Gratiano Diſt. 15. cap. 2. *Sicut ſancti Evangelij quatuor libros; ſic quatuor Concilia ſuſcipere, & venerari me fateor. Nicænum ſcilicet, in quo perverſum Arij dogma deſtruitur, Conſtantinopolitanum quoque, in quo Eunomij & Macedonij error convincitur, Epheſinum etiam primum, in quo Neſtorij impietas judicatur, Chalcedonenſe verò, in quo Eutychetis, Dioſcorique pravitas reprobatur. Hæc totâ devotione amplector: integerrimâ approbatione cuſtodio: quia in his veluti in quadrato lapide, ſanctæ fidei ſtructura conſurgit: & cujuslibet vitæ communis, atque actionis norma conſurgit. Quiſquis eorum ſoliditatem non tenet, etiamſi lapis eſſe cernitur tamen extra ædificium jacet. Quintum quoque Concilium venerer*

De Veneratione Conciliorum D. Gregorij Magni ſententia.

Hæreſes cõdemnantur in ſacris Concilijs.

nerer

neror paritèr, in quo Epiſtola Iba erroris plena reprobatur. Hæc D. Gregorius.

Chriſtꝰ adeſt ſacris Conciliis.

Nec miror ſanè quod iſte Sanctus ita veneretur hæc ſacra Concilia, quia Chriſtus Matth. 18. ait. *Vbi enim ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.* Et iterum. *Dico vobis: quia ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper terram: de omni re quamcunq; petierint, fiet illis à Patre meo, qui eſt in Cœlis, &c.*

Non duo, vt vidimus, fuerunt congregati in nomine Chriſti ibi, non duo conſenſerunt, ſed in illo 1. Nicæno conſenſerunt 318. Patres, qui erant ibi.

Conciliabula Lutheranorum & ſimilium nulla.

Nunquam talia Lutherani vel Calviniſtæ habuerunt, vel habebunt, & etiamſi aliqua conciliabula habuerint, tamen inter ſe non convenerunt, quia non in nomine Chriſti congregati, nec Chriſtus fuit in medio eorum: quare nihil à Patre Cœleſti obtinuerunt.

Lutheranorum & Calviniſtarum doctrina cõdemnata eſt. Ipſi ſunt lapides extra ædificium.

In hoc Concilio Nicæno, ut patet, doctrina Lutheranorum & Calviniſtarũ condemnata eſt contra ſacramentũ confirmationis, & ex D. Gregorio, etſi lapides eſſe videantur, tamẽ extra ædificium ſunt; quia ſoliditatem illorum ſacrorum Conciliorũ non tenent. Vide & D. Epiphanium Hær. 21.

Ex

Digitized by Google

Ex 5. ſæculo.

D. Ioannes Chryſoſtomus anno Chriſti 401. & ultra. ad caput 8. Act. Apoſt. *Poſt multa de Philippo Diacono, qui erat, ut dicit, ſecundus à Stephano, & baptiZabat & ſpiritum ſanctum non dabat, dicit quod ideò; quia facultatem non habebat. Hoc enim donum ſolorum Apoſtolorum erat, &c.* Subdit infra. *Nam virtutem quidem acceperant faciendi ſigna, non autem dandi ſpiritum ſanctum. Igitur hoc erat in Apoſtolis ſingulare: unde & præcipuos, & non alios, videmus hoc facere.* Vide & D. Cyrillum Alexand. anno Chriſti 430. ad cap. ult. Iſaiæ.

Diſcipuli Diaconi baptiZant, & ſpiritũ ſanctum, qui in Confirmatione datur, non dant.

Ex 8. ſæculo.

Synodus Trullenſis anno Chriſti 710. Can. 96. *Arianos, Macedonianos, & Novatianos recipimus, dantes libellos, & omnem hæreſim anathematiZantes, quæ non ſentit, ut ſancta Dei univerſalis, & Apoſtolica Eccleſia ſancto primùm Chriſmate, & frontem, & oculos &c. imprimentes dicimus: ſignaculum doni ſpiritus ſancti.* Vide & D. Ioannem Damaſ. anno Chriſti 730. lib. 4. de orth. fide cap. 10.

Hæreſes cõdemnantur quæ non ſentiunt cũ Eccleſiâ Catholicâ.

Ex 9. ſæculo.

Theophylactus anno Chriſti 900. ad cap. 2. Amos. *Sacrum Baptiſma, & unctio, ingentia & ſolida ſunt nutrimenta, ad quæ feſtinant*

Digitized by Google

nant religionis Chriſtianæ nondum imbuti ſacris. Hæc ille. Vides loqui de duobus diſtinctis, dum, ait, ſacrum baptiſma, & unctio, ingentia & ſolida ſunt nutrimenta, non corporis, ſed animæ noſtræ.

Ex 11. ſæculo.

Oecumenius anno Chriſti 1050. ad cap. 8. Act. Apoſt. poſt multa de Philippo Diacono, de eo tandem ait. *Hic igitur baptizat tantummodò; ut Diſcipulus: gratiam autem dant Apoſtoli, &c.* Subdit: *Philippus cum eſſet unus ex ſeptem Diaconis, poteſtatem non habebat, ut per impoſitionem manuum daret ſpiritum ſanctum.*

Ex 12. ſæculo.

Theodorus Balſamon anno Chriſti 1180. ad Can. 48. Synodi Trull. *Canon vocavit ſanctum unguentum Chriſma, & non ſimpliciter Chriſma, ſed ſupercœleſte, ut quod per ſanctas preces, & invocationem ſancti ſpiritus, ſanctificetur, & eos qui inunguntur, ſanctificet, & Regni Cœlorum faciat participes.*

Ex 13. ſæculo.

Simeon Theſſalo, anno Chriſti 1203. lib. 2 de ſacrament. *Petrus & Ioannes imponebant manus, & accipiebant ſpiritum ſanctum quod eſt Chriſma. Impoſitio enim manuum præbet Chriſma; ſicut fiebat ab Apoſtolis,*

& per

Digitized by Google

& per eos à multis alijs. Et tunc quidem manuum impoſitio, nunc verò pro impoſitione manuum, eſt illud ſanctificatum, & dicitur magnum Chriſma ſanctificatum, dico non à Presbyteris, ſed per preces & benedictiones Patriarcharum & Epiſcoporum: qui Petri & Ioannis vim ſanctificandi habent.

Ex 16. ſæculo.

Cenſura Orientalis Eccleſiæ in Confeſſionem Auguſtanam ponetur infra in fine de Sacramentorum numero.

Quod ex Patribus & Scriptoribus orthodoxæ fidei Latinis ſuam doctrinam non habeant ſectarij noſtri temporis oſtendo.

Latini Patres, & Orthodoxi.

Ex 2. ſæculo.

Hyginius anno Chriſti 140. apud Iuonem lib. 1. & Gratianum de conſecrat. diſt. 4. *In Catechiſmo, & in Baptiſmo, & in Confirmatione, unus patrinus fieri poteſt, ſi neceſſitas cogit. Non tamen eſt conſuetudo Romana, ſed per ſingulos ſinguli ſuſcipiunt.* Vide & Tertullianum, de reſurrectione carnis cap. 8. Et de præſcriptionibus adverſus Hæreticos cap. 36. anno Chriſti 200.

Ex 3. ſæculo.

Virtus divina operatur in Confirmatione.

D. Cyprianus, De vnctione Chriſmatis. *Sanctificatis elementis, jam non propria natura prabet effectum, ſed virtus divina potentiùs operatur, & adeſt veritas ſigno, & ſpiritus ſacramento, &c. Ex huius unctionis beneficio, & ſapientia nobis & intellectus divinitùs datur, conſilium, & fortitudo cœlitùs illabitur: ſcientia & pietas, & timor, inſpirationibus ſupernis infunditur, &c.* Ita & ſerm. de ablut. pedum.

Lutherus à D. Cypriano confunditur.

« Lutherus in libro de Capt. Bab. in « fine, negabat pœnitentiam eſſe ſacra« mentum; quia, ait, caret ſigno viſibili, & « divinitùs inſtituto, &c.

D. Cyprianus ei contradicit. Adeſt veritas ſigno, ait, & ſpiritus ſacramento. In eo quoq; ſacramento dicit dari ſeptiformem gratiam ſpiritus ſancti; hoc dixit & Conſtantinus Magnus Imperator, ut viſum eſt.

Ex 4. ſæculo.

Euſebius Papa anno Chriſti 305. Epiſt. 3. *Manus impoſitionis ſacramentum magnâ veneratione tenendum eſt quod ab alijs perfici non poteſt, niſi à ſummis ſacerdotibus: nec tempore Apoſtolorum ab alijs, quàm ipſis Apoſtolis legitur, aut ſcitur eſſe peractum; neq; ab*

alijs,

Digitized by Google

alijs, quàm ab illis, qui Apoſtolorum tenent locum, unquam perfici poteſt, aut fieri debet. Ita & Melchiades Papa ad Epiſcopos Hiſpaniæ anno Chriſti 311.

Ex 5. ſæculo.

D. Auguſtinus qui vixit partim in ſæculo 4. cum Hieronymo, partim in 5. pluribus in locis habet de hoc ſacramento, ſed maximè lib. 2. contra literas Petiliani cap. 104. hæc habet. *In hoc unguento ſacramentum Chriſmatis vult Petilianus interpretari: quod quidem in genere viſibilium ſignaculorum ſacroſanctum eſt, ſicut ipſe Baptiſmus: ſed poteſt eſſe in hominibus peſſimis.* Et infra. *Diſcerne igitur viſibile ſanctum ſacramentum quod eſſe & in bonis, & in malis poteſt; illis ad præmium, iſtis ad judicium, ab inviſibili unctione charitatis, quæ propriè bonorum eſt.* Hæc ille.

Lutherani hic mendaces apparent.

Ex his diſces, an D. Auguſtinus fuerit Lutheranus, ſeu cum eis docuerit, ut audivi ab uno Prædicante, docuiſſe, ſicque miſeram decipiunt plebem.

Auguſtinus non docuit cum Lutheranis.

De hoc ſacramento & in hoc ſæculo vide Innocentium I. anno Chriſti 410. Epiſt. 3. ad Euſebium cap. 3. Concilium Arauſicanum anno Chriſti 440. cap. 1. Leonem I. anno Chriſti 450. Epiſt. 88.

Digitized by Google

Ex 6. ſæculo.

D. Gregorius Magnus anno Chriſti 590. libro ſacramentorum, de Baptiſmo Infantum. *Si Epiſcopus adeſt, ſtatim confirmari eum oportet Chriſmate, & poſtea communicare, &c.*

Talis conſuetudo fuit in Eccleſiâ illo tempore, ut qui confirmabantur, ſtatim cõmunicabant. Vnde in Synodo Aurel. añõ 500. & refertur apud Grat. de Conſecrat. diſt. 5. dicitur. *Iejuni ad Confirmationem veniant perfectæ ætatis, & moneantur Confeſſionem facere prius, ut mundi ſpiritus ſancti donum valeant accipere, &c.* Vide ibi.

Ex 7. ſæculo.

Iſidorus Hyſpal. anno Chriſti 620. lib. 6. Etymolog. de officijs. *Sunt ſacramenta Baptiſmus, & Chriſma, Corpus, & ſanguis. Quæ ob id ſacràmenta dicuntur: quia ſub tegumento corporalium rerum, virtus divina ſecretiùs operatur virtutem eorumdem ſacramentorum. Chriſma græcè, latinè unctio nominatur. Nam ſicut in Baptiſmo peccatorum remiſſiò datur; ita per unctionẽ ſanctificatio ſpiritus ſancti adhibetur.* Hæc ille: Vide eum de off. eccleſ. lib. 2. cap. 29. Synodum quoque Tolet. 4. anno 640. cap. 15.

Ex

Ex 8. ſæculo.

Venerabilis Beda qui vixit in fine 7. ſæculi, & principio 8. ad cap. 8. Act. Apoſt. *Philippus qui Samariæ evangelizabat, unus è ſeptem fuit. ſi enim Apoſtolus eſſet, ipſe utiq; manum imponere potuiſſet, ut acciperent ſpiritum ſanctum.* Hoc enim ſolis Pontificibus debetur.

Gregorius III. anno Chriſti 731. Epiſt. 4. ad Bonifacium. *De homine qui à Pontifice confirmatus fuerit, denuò talis reiteratio prohibenda eſt.* Ita docuit D. Cyprianus.

Ex 9. ſæculo.

Carolus Magnus qui in fine 8. ſæculi vixit, & principio 9. lib. 6. legum cap. 83. *Omnes, ait, maximam curam habeant, ne ſine Confirmatione Epiſcopi vitam finiant, animaq; periclitetur.*

Ex hoc habes animas Lutheranorum, & Calviniſtarum loquendo de adultis omnes perire; quia non ſolùm non ſuſcipiunt hoc ſacramentum, ſed negant. Vide & Concilium Pariſ. anno Chriſti 829. lib. 1. cap. 33. quod prohibet Epiſcopis ſumere cibos antequam manus imponant, & ſpiritum ſanctum, ut dicitur ibi tradant. Quia credibile eſt hoc obſervaſſe Apoſtolos.

Animæ Lutheranorũ & Calviniſtarum damnantur.

Ex 10. ſæculo.

Smaragdus anno Chriſti 970. in Epiſt. de ſabb. Pentecoſt. *Baptizatus unctione ſancti Chriſmatis liniatur, ut ſeptiformis gratia ſpiritus, cum Patre & filio per Chriſmatis unctionem concedatur, & non ſolùm ſancti ſpiritus, ſed totius etiam Trinitatis habitaculum effici mereatur.* Vide & in Diademate Monachorum ipſum cap. 63. & 71.

Ex 11. ſæculo.

Ad quid Confirmatio detur.

Petrus Damianus anno Chriſti 1050. ſermone 1. in Dedicat. Eccleſiæ. *Secundum ſacramentum eſt Confirmatio. In Baptiſmate ſpiritus ſanctus datur ad veniam, hîc ad pugnam: ibi mundamur ab iniquitatibus, hîc virtutibus præmunimur, &c.* Subdit infra. *Baptiſmi gratiam omni homini, vel omni ſexui tradidit authoritas antiquorum.*

Calvini doctrina hic repræhenditur, qui negabat in hoc ſacramento ſpiritum ſanctum dari ad pugnam, quia & ipſum ſacramentum negat.

Ex 12. ſæculo.

Pétrus Lomb. lib. 4. ſent. diſt. 7. anno Chriſti 114. *Nunc de ſacramento Confirmationis addendum eſt: de cuius virtute quæri ſolet, &c. Virtus, ait, huius ſacramenti eſt donatio ſpiritus ſancti ad robur, qui in Baptiſmate*

datus

datus eſt ad remiſſionem, &c. Ita docuit prius D. Bernardus in vitâ S. Malachiæ.

Ex 13. ſæculo.

D. Thomas Aquinas anno Chriſti 1250. in 3. part. quæſt. 72. art. 1. in reſp. ad quæſt. *Vitam ſpiritualem accipit homo per Baptiſmum, qui eſt ſpiritualis regeneratio: In Confirmatione autē homo accipit quaſi quandam perfectam ætatem ſpiritualis vitæ, &c.*

Quid accipiat homo in Baptiſmo: quid verò in Confirmatione.

Ex 14. ſæculo.

Ioannes Duns Scotus Franciſcanus año Chriſti 1131. lib. 4. ſent. Diſt. 7. quæſt. 1. *Confirmatio ſeu ſacramentum Confirmationis eſt unctio hominis viatoris, &c. ſignificans efficaciter ex inſtitutione divinâ unctionem animæ per gratiam roborantem, ad confitendum cum conſtantiâ fidem Chriſti.* Hæc ille.

Ex 15. ſæculo.

Concilium Ferrarienſe ſeu Florent. año Chriſti 1439. in doctrinâ de ſacram. *Secundum ſacramentum eſt Confirmatio, cuius materia eſt Chriſma confectum ex oleo, quod nitorem ſignificat conſcientiæ: & Balſamo, quod odorem ſignificat bonæ famæ, per Epiſcopum benedicto: forma autem eſt, ſigno te ſignô Crucis, Confirmo te Chriſmate ſalutis. Ordinarius Miniſter eſt Epiſcopus. Quia de ſolis Apoſtolis legitur (quorum vicem tenent Epiſcopi)*

Difinitio generalis pro ſacramento Confirmationis.

Digitized by Google

quod per manus impoſitionem ſpiritum ſanctum dabant. Loco autem illius manus impoſitionis, datur in Eccleſiâ Confirmatio.

Ex 16. ſæculo.

Concilium Trid. anno Chriſti 1560. & vltra ſeſſ. 7. de Confirm. Can. 1. *Si quis dixerit Confirmationem baptizatorum otioſam cæremoniam eſſe, & non potius verum ac proprium ſacramentum, aut olim nihil aliud fuiſſe, quàm Catecheſim quandam, quâ adoleſcentiæ ſuæ rationem coram Eccleſiâ exponebant, anathema ſit.*

Calvini mendaciũ. Hinc vides quàm craſsè Calvinus mentiatur, dùm dicit poſteriorem ætatem re propè obliteratam, fictitiam poſuiſſe Confirmationem pro Dei ſacramento.

Non enim poſterior ætas, ſed omnis ætas à tempore Apoſtolorũ poſuit Confirmationem pro vero Dei ſacramento præcipiente Domino, Divo Clemente teſte.

Objectio. Dicit nos nihil efficere allegando hanc vetuſtatem; quia non è terrâ eſt ſacramentum, ſed è Cœlo, non ex hominibus, ſed ab uno Deo.

Reſponſio. Quàm ſtolidè hic homo loquitur, quaſi nos adferamus Patres, ut ſacramentum ab ijs inſtitutum doceamus.

Fate-

Digitized by Google

Fatemur ſacramenta eſſe de Cœlo, non de terrâ: ſed tamen teſtes ſacramentorum adhibemus homines. Quamquam neq; hoc teſtimonium de terrâ dici debeat, ſed de Cœlo: Non enim hoc teſtimonium de capite ſuo confingunt, prout fecerunt Lutherus, Calvinus, & alij hæretici, ſed ex Apoſtolorum doctrinâ, & traditione deducunt. Addo quod non deſtituimur verbo Dei, ut ipſi mentiuntur, verbum enim Dei ſuprà retuli.

Reſtat videre quos hi ſectarij Patronos & fautores habeant, quos, ut vidimus, ſuos Maiores vocant.

Novatus anno Chriſti 250. à quo Novatiani, nihil fecit Confirmationem: » quare nec quos baptizant Novatiani, » Chriſmate obſignant. *Ita Theodoretus lib.* » *3. Hæret. fabul. de Novato.* *Hæretici Veteres.*

Ariani anno Chriſti 350. cum Novato » tenuerunt; *ut patet ex Concilio Nicæno 1.* » *Can. Arab. 31.*

Donatiſtas contumelioſos fuiſſe in » ſacramentum Chriſmatis, *ſcribit Optatus* » *lib. 2. contra Parmenian.*

Armenij anno Chriſti 600. negant » ſacramentum Confirmationis. *Suida* »
erro.

Digitized by Google

quod per manus impoſitionem ſpiritum ſanctum dabant. Loco autem illius manus impoſitionis, datur in Eccleſiâ Confirmatio.

Ex 16. ſæculo.

Concílium Trid. anno Chriſti 1560. & vltra ſeſſ. 7. de Confirm. Can. 1. *Si quis dixerit Confirmationem baptizatorum otioſam cæremoniam eſſe, & non potius verum ac proprium ſacramentum, aut olim nihil aliud fuiſſe, quàm Catecheſim quandam, quâ adoleſcentiæ ſuæ rationem coram Eccleſiâ exponebant, anathema ſit.*

Calvini mendaciũ. Hinc vides quàm craſsè Calvinus mentiatur, dùm dicit poſteriorem ætatem re propè obliteratam, fictitiam poſuiſſe Confirmationem pro Dei ſacramento.

Non enim poſterior ætas, ſed omnis ætas à tempore Apoſtolorũ poſuit Confirmationem pro vero Dei ſacramento præcipiente Domino, Divo Clemente teſte.

Objectio. Dicit nos nihil efficere allegando hanc vetuſtatem; quia non è terrâ eſt ſacramentum, ſed è Cœlo, non ex hominibus, ſed ab uno Deo.

Reſponſio. Quàm ſtolidè hic homo loquitur, quaſi nos adferamus Patres, ut ſacramentum ab ijs inſtitutum doceamus.

Fate-

Fatemur ſacramenta eſſe de Cœlo, non de terrâ : ſed tamen teſtes ſacramentorum adhibemus homines. Quamquam neq; hoc teſtimonium de terrâ dici debeat, ſed de Cœlo : Non enim hoc teſtimonium de capite ſuo confingunt, prout fecerunt Lutherus, Calvinus, & alij hæretici, ſed ex Apoſtolorum doctrinâ, & traditione deducunt. Addo quod non deſtituimur verbo Dei, ut ipſi mentiuntur, verbum enim Dei ſuprà retuli.

Reſtat videre quos hi ſectarij Patronos & fautores habeant, quos, ut vidimus, ſuos Maiores vocant.

Novatus anno Chriſti 250. à quo Novatiani, nihil fecit Confirmationem : quare nec quos baptizant Novatiani, Chriſmate obſignant. *Ita Theodoretus lib. 3. Haret. fabul. de Novato.* *Hæretici veteres.*

Ariani anno Chriſti 350. cum Novato tenuerunt ; *ut patet ex Concilio Nicano 1. Can. Arab. 31.*

Donatiſtas contumelioſos fuiſſe in ſacramentum Chriſmatis, *ſcribit Optatus lib. 2. contra Parmenian.*

Armenij anno Chriſti 600. negant ſacramentum Confirmationis. *Suido erro.*

Digitized by Google

" *erro. 21. Armen.* Ioannes VViclefus anno
" Chriſti 1390. libro 4. Trialogi cap. 14. ſe-
" cutus eſt eos. Deinde VValdenſes anno
" Chriſti 1430. Hi enim omninò negant
" Confirmationem inter ſacramenta Ec-
" cleſiæ. *Ita de eis ſcribit Æneas Sylvius, Hiſt.*
" *Bohem. cap. 35. & Epiſt. 130.*

" Lutherus & Calvinus, hos ſecuti ſunt,
" ut vidimus, Melanchton quoque in locis
" communibus, quod patet & in Apologiâ
" in lib. Concordiæ.

Hi ſunt Maiores Lutheranorum & Calviniſtarum, qui per eos manſerunt in puriori doctrinâ.

Mendaciũ Magdeburgenſium.

" Magdeburgenſes Cent. 4. cap. 6. fol.
" 422. De confirmatione ſubſecutâ bapti-
" ſmum in aliarum præterquam in occi-
" dentalium hiſtorijs, nihil legi, dicunt.

Craſsè hic mentiuntur; quia quamplurimos ex orientali Eccleſiâ retulimus Sanctos, & Scriptores orthodoxæ fidei.

De Sacramento ordinis quod eſt irreitarabile, ſicut Baptiſmus, & Confirmatio: prius de eo agam, quàm de alijs tribus.

" Lutherani in libro Concordiæ pag.
" 200. vt ſuprà jam vidimus, non niſi tria

ſacra-

ſacramenta admittunt, Baptiſmum, Cœ- »
nam Domini, & Abſolutionem. Similitèr »
& in Confeſſione Auguſtanâ. Vnde Phi- »
lippus Melanchton in locis communi- »
bus impreſſis Argentorati anno 1525. fol. »
91. & 83. miratur quid in mentem vene- »
rit ſophiſtis, inter ſacramenta referre ea, »
quorum ne meminit quidem, ait ſcri- »
ptura. Nam unde confictus eſt ordo? »
Duo ſunt ſigna à Chriſto inſtituta in »
Evangelio Baptiſmus, & participatio »
menſæ Domini, &c. Dicit brevitèr tan- »
tùm duo eſſe ſacramenta in Eccleſiâ Dei, »
cuius tamen contrarium docuit in Apo- »
logiâ, nam ibi cum Lutheranis alijs, do- »
cet eſſe tria, illis duobus annectens ab- »
ſolutionem. »

Hanc doctrinam habere à Luthero, non ex ſacrâ ſcripturâ, oſtendo Tom. 2. Ien. Lat. fol. 281. in lib. de Capt. Bab. cap. de Ordine ſic ait.

Hoc ſacramentum Eccleſia Chriſti »
ignorat, invẽtumq; eſt ab Eccleſiâ Papæ. »
Non enim ſolùm nullam habet promiſ- »
ſionem gratiæ, vllibi poſitam, ſed ne ver- »
bum quidem eius meminit Novum Te- »
ſtamentum. Ridiculum autem eſt aſ- »
ſerere pro ſacramento Dei, quod à Deo »
inſti-

Digitized by Google

« inſtitutum nuſquàm poteſt demonſtra-
« ri. Hæc ille.

« Calvinus ſecutus eſt eum lib. 4. Inſt. « cap. 19. ſect. 22, 23, 24, 25, 26, & 27. Vbi « tandem concludit. Sacramenta cum Dei « promiſſionem contineant, neq; ab An- « gelis, neq; ab hominibus, ſed à ſolo Deo « inſtitui debeant, cuius unius eſt promiſ- « ſionem dare, &c. ſect. 33. Hic ne ſyllaba « quidem habetur certæ alicuius promiſ- « ſionis: fruſtra igitur quæritur Cæremo- « nia ad confirmandam promiſſionem. « Rurſum nulla Cæremonia ex his quas « uſurpant, à Deo inſtituta legitur. Sacra- « mentum igitur nullum eſſe poteſt. Hæc « ille, qui, ut ſuprà vidimus, non niſi duo « ſacramenta in Eccleſiâ Dei admittit, « nempè Baptiſmum, & Cœnam Domini.

Nota vnum quod Lutherus dicit loco « cit. de Ordine. Hoc ſanè habet, ait, Ec- « cleſia, quod poteſt diſcernere verbum « Dei, à verbis hominum, ſicut Auguſtinus « confitetur ſe Evangelio crediſſe, mo- « tum authoritate Eccleſiæ, quæ hoc eſſe « Evangelium prædicabat, &c. Hæc ille.

Si ergò oſtendero Luthero ex ſacrâ ſcripturâ, Ordinationem ſacram eſſe ſa- cramentum, prout judicat eſſe Eccleſia

Dei,

Dei, cuius conſenſus unanimis, eſt ſuffi-ciens, etiam ſecundum eos, ad dicendum hanc ordinationem eſſe Apoſtolicam, habebo propoſitum.

Quod ex ſacrâ ſcripturâ hi ſectarij non habeant ſuam doctrinam, oſtendo.

Apoſtolus 1. ad Timoth. 4. *Noli negligere gratiam, quæ in te eſt: quæ data eſt tibi per prophetiam, cum impoſitione manuum Presbyterij.*

Gratia in ſacramento Ordinis confertur.

1. ad Timoth. 5. *Manus citò nemini impoſueris, neq; communicaveris peccatis alienis.*

2. ad Timoth. 1. *Admoneo te, ut reſuſcites gratiam Dei, quæ eſt in te per impoſitionem manuum mearum.*

Audis ubique gratiam Dei datam per impoſitionem manuum.

Hæc loca interpretantur de ſacramento Ordinis. D. Hieronymus ad caput 58. Iſaiæ. D. Auguſtinus lib. quæſt. veteris ac novi teſtamenti, quæſt. 93. D. Leo Magnus, Epiſt. 87. cap. 1. Theophylactus in cap. 1. 2. ad Tim. Oecumenius in eundem locum. D. Ambroſius in 1. ad Timoth. 4. Theodoretus ad caput 5. prioris ad Timoth. D. Thomas Aquinas in eadem loca Pauli. Hæc ſunt vali-

Patres ſacræ ſcripturæ interpretes.

validiſſima teſtimonia pro noſtro ſacramento.

Chriſtus ipſe Ioan. 20. ait. *Accipite ſpiritũ ſanctum, quorũ remiſeritis peccata remittuntur eis; & quorum retinueritis retenta ſunt.*

Cap. 22. Lucæ. *Accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis dicens: Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem.*

Quibus verbis & à quo ſunt Apoſtoli ſacerdotes conſtituti.

His verbis Apoſtolos conſtituit ſacerdotes, prout difinitum eſt in Concilio Tridentino ſeſſ. 22. de ſacrificio miſſæ Can. 2. his verbis. *Si quis dixerit, illis verbis: Hoc facite in meam commemorationem: Chriſtum non inſtituiſſe Apoſtolos ſacerdotes, aut non ordinaſſe, ut ipſi aliiq́; ſacerdotes offerent Corpus, & ſanguinem ſuum, anathema ſit.*

Ex his jam vides hos ſectarios non habere ſacram ſcripturam pro ſe, & doctrinam nõ eſſe ex ſacrâ ſcripturâ. Vnde

Lutheri mendaciũ.

Luther⁹ mentitur, dùm, ait, Novum Teſtamentũ nõ meminiſſe hoc ſacramentũ.

Quod nec ex Patribus & ſcriptoribus orthodoxæ fidei eam habeant, oſtendo.

Patres Græci.

Ex 1. ſæculo.

D. Clemens Romanus lib. 3. Conſt. Apoſt.

Apoſt. cap. 10. anno Chriſti 80. *Neque laico permittimus facere aliquod opus ſacerdotale, ut ſacrificium, aut Baptiſmum, aut impoſitionem manus, aut benedictionem ſive parvam, ſive magnam. Nemo enim ſibi ſumit honorem, ſed qui vocatur à Domino. Hujusmodi namq; gratia per impoſitionem manuum Epiſcopi datur. Qui verò non eſt ad eam electus, ſed potius eam rapuit ſibi, hic ſupplicio Oziæ afficietur.* Hæc ille. *Laicus ab officio ſacerdotali excluditur.* *Hebr. 5.* *2. Paral. 22.*

Audis hunc ſanctum dicere non permittimus laico ſacrificium, aut manuum impoſitionem facere: quia hoc debet fieri per impoſitionem manuum Epiſcopi. Ex Apoſtolo autem habemus, ut viſum eſt, per impoſitionem manuum dari gratiam. Hîc tria documenta habes contra Lutherum, Calvinum, & eorum ſequaces, nempè dari ſacrificium externum, quod ipſi negant, ſacram Ordinationem eſſe ſacramentum, & in eo conferri gratiam, ſeu ei eſſe annexam gratiam, quod fieri minimè poteſt, niſi à Deo. Nam concedimus Calvino & Luthero ſacramenta promiſſioné Dei debere continere, & neque poſſe Angelos vel homines ſacramenta inſtituere, ſed ſolius Dei eſſe: at quod ſacra Ordinatio *Contra Adverſarios ſunt tria hic documenta.*

Digitized by Google

gratiam non contineat, & à Deo inſtituta non ſit, hoc eis negamus: Niſi enim hoc habuiſſent Apoſtoli à Chriſto Domino, non auſi fuiſſent hoc attentare. Nam Paulus, ut vidimus, ordinavit Timotheum, & etiam Titum. Vnde in 1. cap. Epiſt. ad eundem ait. *Huius rei gratia reliqui te Cretæ: ut ea quæ deſunt corrigas: & conſtituas per Civitates presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi.*

ad Titum 1.

D. Dionyſius Areopag. anno Chriſti 100. Eccleſ. Hierarch. cap. 5. qui fuit Apoſtoli Pauli Diſcipulus, ſic ait. *Tempus jam admonet, poſt divina ipſiuſmodi munia, ipſos exponere ſacros ordines, &c.* Subdit infra. *Oſtenſum eſt igitur antiſtitum ordinem perficientem eſſe, & perfectionis authorem: ſacerdotum verò illuminantem, atque ad lucem promoventem: porrò miniſtrorum purgantem atq; diſcernentem. Videlicet Pontificialis ordo, non perficere ſolùm, verùm & illuminare, & purgare novit. Sacerdotũ verò virtus in ſ[illegible]m illuminante habet purgantẽ quoq; ſcientiam &c.*

Sacra ordinatio gratiam confert.

Quid eſt rogo Pontificialem ordinem, non ſolùm perficere, ſed & illuminare & purgare? Corpus non perficit, illuminat, aut purgat, ſed animam: anima autem, non purgatur niſi per gratiam.

De

Digitized by Google

De Cæremonijs infra ſic habet, quas ſervamus. *Præſul igitur ubi ſacrandus offertur, utroq; genu poſito ante altare, ſupra caput habet a Deo tradita Evangelia, manumq; Pontificis: atq; hoc modo conſecrante Pontifice caſtiſſimis imprecationibus conſummatur. Sacerdos verò coram ſancto altari ponens utrumq; genu, in capite habet Pontificis dextram, & in hunc modum à ſacrante Præſule ſanctiſſimis invocationibus conſecratur.* Hæc ille, plura vide ibi.

De Cæremonijs in ordinatione.

Vnde rogo, hic planè diviniſſimus Doctor, hæc habuit? ſanè non niſi à Paulo, vel ab alijs etiam Apoſtolis, & ipſi, vel à Chriſto, vel à ſpiritu ſancto eos omnem veritatem docentem, & omnia ſuggerentem, ad quem finem Chriſtus promiſerat eum miſſurum ipſis, & ſucceſſoribus eorum. Ioannis 14. & 16. Mentitur ergò Calvinus, quod nulla ex Cæremonijs, quas uſurpamus, hoc ſacramentum conferendo, inſtituta ſit à Deo: Nam etſi non immediatè, ſaltem mediatè, ſeu mediantibus Apoſtolis, & ſucceſſoribus eorum, dirigente eos ſpiritu ſancto, factum eſt: ſicq; D. Dionyſius non ex ſuo capite hoc adinvenit, ſed quæ ſuo tempore obſervari vidit à Divo Paulo, & alijs

Dionyſius accepit ab Apoſtolo Paulo doctrinam de Cæremonijs.

Mendaciū Calvini.

Digitized by Google

Epiſcopis, qui vivebant tempore Apoſtolorum, ſcripſit, & ipſemet qui fuit Epiſcopus illas cæremonias ſervavit.

Lutherus ipſe advertit hunc ſanctum, ſacram Ordinationem poſuiſſe inter ſacramenta Eccleſiæ Dei. Nam Tom. 2. Ien. Lat. fol. 282. pag 1. in libro de Capt.

Objectio. « Bab. cap. de ordine ait. Quid ad Dionyſium dices, qui ſex enumerat ſacramenta, inter quæ, & Ordinem ponit in Eccleſiaſticâ Hierarchiâ.

Reſponſio. *D. Dionyſius de numero ſacramentorum.*

« Reſpondeo: Scio hunc ſolum authorem haberi ex antiquis, pro ſeptenario ſacramentorum, licet matrimonio omiſſo, ſenarium tantùm dederit. Nihil enim prorsùs in reliquis Patribus de iſtis ſacramentis legimus, nec ſacramenti nomine cenſuerunt, quoties de iſtis rebus loquuti ſunt: Recens enim eſt inventio ſacramentorum. Atque mihi (ut magis temerarius ſim) in totum diſplicet tantùm tribui, quiſquis fuerit, Dionyſio illi, cum fermè in eo, nihil ſit ſolidæ eruditionis. Hæc Lutherus.

Lutheri temeritas & in D Dionyſium blaphemia.

Maxima ſanè temeritas Lutheri eſt talia dicere de doctrinâ huius ſancti, quæ recepta eſt à totâ ſanctâ matre Eccleſiâ, & mendaciſſimus eſt, dùm dicit, nihil

nihil prorsùs in reliquis Patribus de iſtis »
ſacramentis nos legere, prout & Calvi- »
nus dixit, lib. 4. Inſt. cap. 19. ſect. 12. Sed »
quid, ait, vetuſtatem objectant, quùm »
veteres dùm propriè loqui volunt, nuſ- »
quam plura duobus ſacramentis recen- »
ſeant. Hæc ille. »

Lutheri & Calvini mendacia de ſanctis Patribus.

Adverte malitiam horum, dùm non poſſunt negare veteres Patres agnoviſſe hæc 5. ſacramenta, quæ ipſi negant, dicunt eos non loqui de ſacramentis propriè dictis, quaſi ipſi duo Hæreſiarchæ, plus ſapiant, quàm tota Eccleſia Dei; quæ admittit ſeptem ſacramenta propriè dicta, & ea probat & ex ſacrâ ſcripturâ, & ſanctis Patribus. *Stultus eſt qui confidit in corde ſuo.* Proverb. 28. Prout & Lutherus dixit in declarat. 3. præcepti Decalogi. Oportet, ait, ſequi authorita- »

Lutherus ſeipsū condemnat.

tem Eccleſiæ, & captivandum ſenſum in »
obſequium Chriſti; Eccleſia non poteſt »
errare. Quilibet autem poteſt in ſuâ de- »
votione errare, cum & multi Prophetæ, »
ſancti Reges ſimilitèr erraverint, nobis »
in monitionem & terrorem. Hæc ille, »
qui ſeipſum condemnat: quia, ut dixi, Eccleſia tota tenet ex veteribus ſeptem eſſe ſacramenta Eccleſiæ propriè dicta,

quod & definitum eſt in Concil. Trid. ſeſſ. 7. de ſacramentis can. 1. pergamus ergò in probatione.

Ex 4. ſæculo.

D. Baſilius Magnus anno Chriſti 370. in Anaphora Syriaca. *Hæc functio perficit religioſos, exornat ſacerdotes, ſacris initiat ordinibus, divina diſpenſat dona, &c.* Vide & lib. 2. de Bapt. eum cap. 8. & D. Gregorium Nyſſenum orat. de Baptiſ.

Ex 5. ſæculo.

D. Ioannes Chryſoſtomus lib. 3. de Sacerdotio. Hic vixit in fine 4. ſæculi & in principio 5. *Sacerdotium,* ait, *in terrâ peragitur, ſed in rerum cœleſtium claſſem, ordinemq́; referendum eſt. Atq; id per quam meritò. Quippè non mortalis quiſpiam, non Angelus, non Archangelus, non alia quavis creata potentia, ſed ipſe Paracletus eiuſmodi ordinem diſpoſuit, &c. Tùm probè intelliget, quanto ſacerdotes honore, quantâ dignitate, quantâ ſpiritus ſancti gratiâ dignata fuerit.* Hæc ille.

Spiritus ſanctus Ordinis inſtituit ſacramentum.

Hîc habes contra Calvinum & Lutherum hoc ſacramentum non ab homine inſtitutum, ſed à ſpiritu ſancto. Ita & Concilium Chalcedonenſe anno Chriſti 453. canone 2.

Ex

Ex 8. ſæculo.

Taraſius Patriarcha Conſtantin. anno Chriſti 780. Epiſtolâ ad Adrianum Papam de non faciendis pecunia Ordinationibus. *Quemadmodum divinus ſpiritus eſt Chriſto noſtro Deo conſubſtantialis, eos eiuſdem futuros partis cuilibet manifeſtum eſt, ut fuit demonſtratum. ſin autem venditur, abſque ullâ dubitatione clarum eſt, non eſſe eis ſancti ſpiritus gratiam, ſacerdotij ſcilicet ſacroſanctam dignitatem, &c. Nemo emit gratiam, Gratìs,* inquit, *accepiſtis, gratìs date. Vides quomodo Petrus adverſus Simonem indignatus ſit, qui argentum ob ſpiritus gratiam obtulerat. Argentum,* inquit, *tecum ſit in perditionem: quia Dei donum per pecunias te acquirere putaſti. Non poſſunt ergò dona dari, quæ eius gratiæ æſtimationi correſpondeat.*

Indignatur Petrus Simoni Mago.

Nota benè illa verba, nemo emit gratiam, cum ſequentibus, nam ex his clariſſimè habes in ſacrâ Ordinatione gratiam conferri, & hoc eſt proprium, ſecundum iſtos adverſarios, ſacramenti novæ legis.

Ex 9. ſæculo.

Theophylactus anno Chriſti 900. in cap. 1. 2. ad Titum. *Quæ in te eſt per impoſitionem manuum mearum gratia, admoneo,*

Digitized by Google

ut reſuſcites eam. In te quidem habitat ipſa gratia, quam accepiſti, cum imponerem tibi ego manus, quando Epiſcopum te ſeligebam, & conſecrabam, &c. Plura vide ibi.

Ex 11. ſæculo.

Oecumenius anno Chriſti 1080. in 2. ad Tim. 1. ad illa verba *Per impoſitionem manuum mearum. Simul enim ut Paulus illi manus impoſuit, ordinans ipſum Epiſcopum, donum quoq; in eum ſupervenit.*

Quod ex Patribus & ſcriptoribus Latinis orthodoxæ fidei hanc ſuam non habeant doctrinam hi ſectarij, oſtendo.

Ex 3. ſæculo.

Tria ſacramenta irreitabilia.

D. Cyprianus anno Chriſti 250. De Cardinalibus Chriſti operibus, capite de ablutione pedum, Ordinationem ſacramentum vocat, & cum Baptiſmo conconfert: *Docemur, quæ ſit Baptiſmi, & aliorum ſacramentorũ ſtabilitas. Nam baptiſmum repeti prohibent Eccleſiaſticæ regulæ, & ſemel ſanctificatis, nulla deinceps manus iterùm conſecrans præſumit accedere: nemo ſacros ordines ſemel datos iterùm renovat, nemo ſacro oleo lita, iterùm linit aut conſecrat; nemo impoſitioni manuum, vel miniſterio derogat ſacerdotum.*

Ex

Ex 4. ſæculo.

D. Ambroſius anno Chriſti 370. De dignitate ſacerdot. cap. 4. *Quis dat frater epiſcopalem gratiam? Deus, an homo? Reſpondes ſine dubio Deus. ſed tamen per hominem dat Deus: homo imponit manus, Deus largitur gratiam, &c.* Vide ipſum ſanctum & in 1. ad Corinth. 12. & in 1. ad Timoth. 4. ad illa verba *Noli negligere gratiam quæ in te eſt.* Ita docuit & D. Hieronymus, Dialogo contra Luciferanos, qui vixit anno Chriſti 390.

Non homo ſed Deus dat gratiã in ſacramento per hominem.

Ex 5. ſæculo.

D. Auguſtinus, hic vixit in fine 4. ſæculi, & principio 5. nam in 4. vivebat tempore D. Ambroſij, à quo eſt baptizatus, & D. Hieronymi. Ipſe Tom. 7. de Baptiſmo contra Donatiſtas lib 1. cap. 1. ſic ait. *Sacramentum Baptiſmi eſt, quod habet qui baptizatur, & ſacramentũ dandi Baptiſmi eſt, quod habet qui ordinatur. ſicut autem baptizatus, ſi ab unitate receſſerit, ſacramentum Baptiſmi non amittit: ſic etiam ordinatus, ſi ab unitate receſſerit, ſacramentum dandi Baptiſmum non amittit.*

Sacra ordinatio cum Baptiſmo comparatur ut non reiteretur.

Quod autem in collatione huius ſacramenti gratia conferatur, quod poſtulant adverſarij, habetur ab ipſo Do-

Mentiũtur adverſarij dum dicunt Auguſtinũ non meminiſſe niſi duo ſacramenta.

Digitized by Google

ctore Tom. 4. quæſt. ex novo Teſtam. quæſt. 93. *Inſpiratio ergò hæc quædam gratia eſt, quæ per traditionem infunditur ordinatis, per quam commendationes habeantur.* Vnde Apoſtolus dicit 1. ad Tim. 4. *Noli negligere gratiam quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per impoſitionem manuum presbyterij.*

Gratia confertur ſeu infunditur in ſacrâ ordinatione.

Ex 6. ſeculo.

Concilium Braccarenſe 2. anno Chriſti 573. *Placuit ut de ordinatione Clericorum Epiſcopi nulla munera accipiant, ſed ſicut ſcriptum eſt quod gratis donante Deo accipiunt, gratis dent: non aliquo pretio gratia Dei, & impoſitio manuum venundetur: quia antiqua definitio Patrum ita de eccleſiaſticis ordinationibus ſtatuit, dicens: anathema ſit danti & accipienti.* Ita D. Gregorius Magnus anno Chriſti 590. ad cap. 11. lib. Reg.

Sacramenta gratis danda.

Ex 8. ſæculo.

Author Ordinis Romani anno Chriſti 730. In ordine qualiter in Romanâ Eccleſiâ ſacri ordines fiant. In Oratione. *Exaudi nos quæſumus Domine, ſuper hos famulos tuos N.N. benedictionem ſancti ſpiritus, & gratiæ ſacerdotalis effunde virtutem, ut quos tuæ pietas aſpectibus offerimus conſecrandos, perpetuam muneris his largitatem conſequantur, &c.* Vide ibi.

Ex

Ex 9. ſæculo.

Haymo ad cap. 4. prioris ad Timoth. Hic vixit in fine 8. ſæculi, & principio 9. ad illa verba. *Noli negligere gratiam. Gratiam appellat hic fidem, & ſapientiam, atq; remiſſionem peccatorum, & gratiam Epiſcopatus, quæ per Prophetiam data eſt illi. Quia prophetiæ ſpiritu revelante cognovit B. Paulus, Timotheum dignum eſſe Epiſcopali honore.* Hæc ille.

Ex 10. ſæculo.

Luitprandus Ticinenſis anno Chriſti 950. lib. 1. cap. 8. *Benedictio quæ miniſtris Chriſti impenditur, non per eum, qui videtur, ſed qui non videtur, ſacerdotem infunditur. Neq; enim qui rigat, neq; qui plantat, eſt aliquid, ſed qui incrementum dat Deus.*

Ex 11. ſæculo.

Petrus Damianus anno Chriſti 1050. Epiſt. 15. cap. 9. *Tria profectò præcipua ſacramenta in ſanctâ frequentatâ Eccleſiâ, Baptiſmus videlicet, corporis quoque & ſanguinis Dominici ſalutare myſterium, & ordinatio Clericorum, &c.*

Ex 12. ſæculo.

Ivo Carnotenſis anno Chriſti 1190. Epiſt. 180. *Vt ſacramentum ordinationis, quamvis ab ordinatoribus ordinationem illicitè*

uſur-

uſurpantibus, ſemel acceptum manet in ordinatis; ſic ſacramentum Conjugij, &c.

Ex 13. ſæculo.

D. Thomas Aquinas año Chriſti 1250. in 3. part. Quæſt. 34. art. 3. Vtrum ordo ſit ſacramentum. *Reſpondeo, dicendum quod ſacramentum (ut ex dictis patet) nihil eſt aliud, quàm quædam ſanctificatio homini exhibita, cum aliquo ſigno viſibili: Vnde cum in ſuſceptione Ordinis quædam conſecratio hominis exhibeatur per viſibilia ſigna, conſtat ordinem eſſe ſacramentum.* Hæc ille. Et in argumento ad oppoſitum. *Ordo ab omnibus enumeratur inter ſeptem Eccleſiæ ſacramenta.*

Ordo ab omnibus inter ſacramenta enumeratur Eccleſiæ.

Ex 14. ſæculo.

Durandus à ſancto Portiano anno Chriſti 1310. lib. 4. ſen. *Illud per quod homo fit diſpenſator ſacramentorum, ſacramentum eſt: Quia cauſa non eſt deterior effectu, ſed per ordinem homo efficitur diſpenſator ſacramentorum. ergò ordo eſt ſacramentum.* Ita communiter omnes Theologi in 4. ſent.

Ex 15. ſæculo.

Concilium Florentinum anno Chriſti 1439. In doctrinâ de ſacramentis. *Sextum ſacramentum eſt ordinis, cuius materia eſt illud, per cuius traditionem confertur ordo, ſicut presbyteratus traditur per Calicis cum vino, &*

Concilij determinatio.

pate-

patena cum porrectione, &c. Huic Concilio interfuerunt Patres Græci cum ſuo Patriarchâ, & ſubſcripſerunt.

Ex 16. ſæculo.

Concilium Trident. quod finitum fuit anno 1563. ſeſſ. 27. Can. 3. *Si quis dixerit ordinem ſive ſacram ordinationem, non eſſe verè, & propriè ſacramentum à Chriſto Domino inſtitutum, vel eſſe quoddam humanum excogitatum, à viris rerum Eccleſiaſticarum imperitis, aut eſſe ritus tantùm quoſdam eligendi Miniſtros verbi Dei & ſacramentorum, anathema ſit.*

Videsné quàm craſſum ſit, & temerarium Lutheri & Calvini mendacium, dùm dicunt in reliquis Patribus à D. Dionyſio nihil haberi de his ſacramentis, nec Patres nomine ſacramenti cenſuiſſe, recentem eſſe ſacramentorum inventionem. *Lutheri & Calvini mendacia.*

Reſtat videre quos fautores & Patronos hi ſectarij habeant, quos ſuos Maiores vocant.

Meſſaliani anno Chriſti 380. dixerunt ſpirtum ſanctum in ordinatione Clericorum, non dari. *Ita D. Damaſcenus de eis refert de Hæreſibus. hæreſ. 80.*

VVic-

Digitized by Google

Hæretici antiqui.

« VViclefus, à quo VVicleſiſtæ, docuit
« confirmationem juvenum, clericorum
« ordinationem, locorum conſecrationē,
« reſervationē Papæ, & Epiſcopis, propter
« cupiditatem lucri temporalis & hono-
« ris, nihil valere. Hic autem condemna-
« tus eſt, ut Hæreticus in Concilio Con-
« ſtantienſi, & meritò quaſi ſacramenti ef-
« fectus dependeret à bonitate morali, vel
« malitiâ morali miniſtri.

Comburitur Ioannes Hus ut hæreticus.

« Ioannes Hus ſecutus eſt VViclefum,
« qui tempore ejuſdem Concilij combu-
« ſtus eſt, nam dicit condemnationem ar-
« ticulorum 45. Ioannis VViclefi per Do-
« ctores factam in illo Concilio fuiſſe ir-
« rationabilem & iniquam, &c. & idem
« docet, quod VViclefus: nam inter erro-
« res eius ibi condemnatos, error 20. eſt.
« Si Papa eſt malns, & præſertim, ſi eſt præ-
« ſcitus, tunc, ut Iudas eſt Diabolus, fur, &
« filius perditionis, & non eſt caput ſanctæ
« Eccleſiæ militantis, cum nec ſit mem-
« brum eius.

« Error 30. ſeu hæreſis ipſius Ioannis
« Hus ſic habet. Nullus eſt Dominus ci-
« vilis, nullus eſt Prælatus, nullus eſt Epi-
« ſcopus, dum eſt in peccato mortali. Vide
« Tom. 2. Concil. general. de Conc. Conſt.

Lu-

Lucherus in explicatione art. 30. inter » articulos condemnatos à Leone X. ſic, » ait, Erravi, & hunc articulum revocavi, » & adhuc revoco, in hoc quod dixi, ali- » quos articulos Ioannis Hus eſſe Evan- » gelicos. Quare nunc ſic dico, non ali- » quos, ſed omnes articulos Ioannis Hus » Conſtantiæ eſſe damnatos ab Antichri- » ſto, & ſuis Apoſtolis in ſynagogâ illâ ſa- » thanæ, &c. Et in faciem tuam ſanctiſ- » ſime vicarie Dei tibi liberè dico, omnia » Ioannis Hus damnata eſſe Evangelica & » Chriſtiana, tua autem prorsùs impia » omnia. Ecce revocationem quam tua » Bulla exegit. Quid vis amplius? Subdit » infra. Si ille fuit Hæreticus, ego plus de- » cies hæreticus ſum, cum ille longè mino- » ra & pauciora dixerit, velut inchoans lu- » cem veritatis aperire. Hæc Lutherus. »

Lutherus hæreſes ſuſcipit defendendas & hæreticus eſt.

Hæc benè nota; quia certum eſt & VVicleſum & Ioannem Hus negaſſe ſeptem Eccleſiæ Dei eſſe ſacramenta: hoc enim omnibus hæreticis eſt commune: articulos Hus, imò & VVeclſi ſuſcipit defendendos: nam articulos Ioannis Hus ſuſcipit defendendos; Ioannes Hus verò, ut vidimus, defendit articulos VVicleſi, ergò ſimiliter Lutherus.

Notabilia quædam.

Nota

Digitized by Google

Lutherus à ſuis pro hæretico condemnatur.

Nota 2. hinc Lutherum à ſuis, imò à ſeipſo proprijs verbis condemnari. Nam ut ipſi fatentur, eſt primarius, & præcipuus author Confeſſionis Auguſtanæ: At art. 8. damnant Donatiſtas & ſimiles, qui negabant vti licere miniſterio malorum in Eccleſiâ, & ſentiebant miniſteriũ malorũ inutile & inefficax eſſe. Hæc ibi. Hoc ſanè docet Lutherus, quare, ut, hæreticus à ſeipſo, & ſuis condemnatus: Ex quo enim ſuſcipit articulos Ioannes Hus defendendos, & dicit eos Evangelicos eſſe, & Chriſtianos, inter quos eſt iſte, Nullus eſt Dominus Civilis, nullus eſt Epiſcopus dùm eſt in peccato mortali infero hinc non licere ſumi à Miniſtro malo ſacramentum, cum jam non ſit Prælatus, Epiſcopus per ipſum, &c. imò Diabolus, fur, & latro, vt per ipſum vidimus: talium autem non licet vti miniſterio: quia jam non miniſtri ſunt: à non autem miniſtris, non licet uti miniſterio, cum careant authoritate.

Hi ſunt fautores Lutheranorum & Calviniſtarum, nam cum ipſis negant ſacram ordinationem ſacramentum eſſe; ſiquidem præter ea quæ diximus Lutherani in Colloquio Altemburgenſi dixerunt

runt Ordinationem Miniſtrorum nuſquam appellari ſacramentum, ideò ſacramentum eſſe non poſſe.

Hoc craſſum medacium eſt, ut oſtendi. Vnde concludo hos ſectarios nullatenus poſſe dici Evangelicos, ſed vel Lutheranos & Calviniſtas, vel ſi maluerint vocabulo Meſſalianos, vel VVicleſiſtas, aut Huſſitas.

Lutheranorum mendacium.

De ſacramento pœnitentiæ hîc deberem agere, ſed propter Calviniſtas, qui videntur ſingulares, ultimo loco de eo agam.

De Sacramento extremæ unctionis.

LVtherani in Libro Concordiæ pag. » 100. non niſi tria ſacramenta, ut vi- » ſum eſt ſuprà, admittunt, nempè Bapti- » ſmum, Cœnam Domini, & Abſolutio- » nem, ſicq; negant ſacramentum extre- » mæ vnctionis: Vnde Philippus Melanch- » ton, ſecundus apud eos Eccleſiaſtes, in » locis communibus cap. de Extremâ un- » ctione, ait. Ritus unctionis, qui nunc » eſt, tantùm eſt ſuperſtitionis cæremonia, » & acceſſit mortuorum invocatio, quæ » eſt impia. Ideò unctio illa, cum ſuis » appendicibus, eſt impia. »

Digitized by Google

« Hanc doctrinam habent à Luthero
« Tom.2.Ien.Lat. fol.284. pag. 1. in lib. de
« Capt. Bab. de ſacramento Extremæ un-
« ctionis. Si vſpiam deliratum eſt, ait, hoc
« loco præcipuè deliratum eſt. Breviter
« negat prorsùs ſacramentum eſſe, & dicit
« fol. 285. ibidem pag. 2. non niſi duo eſſe
« ſacramenta in Eccleſiâ, Baptiſmum ni-
« mirùm, & Cœnam Domini: Vnde &
« fol. 286. pag. 2. ait. Baptiſmus autem,
« quem toti vitæ tribuimus, rectè pro om-
« nibus ſacramentis ſatis erit, quibus in
« vitâ uti debeamus. Panis autem verè
« morientium, & excedentium ſacramen-
« tum, ſiquidem in eo tranſitum Chriſti,
« ex hoc mundo memoramus, vt ipſum in-
« vitemur, & ſic diſtribuamus hæc duo ſa-
« cramenta, ut Baptiſmus initio & totius
« vitæ curſui; panis autem termino &
« morti deputetur. Hæc ille. Ex quo
colligo ſufficere per eum ſemel in vitâ, ut in fine vitæ, ſuſcipere ſacramentum Euchariſtiæ, ſicuti ſufficit ſemel pro toto curſu vitæ ſuſcipere Baptiſmum.

« Ioannes Calvinus lib. 4. Inſt. cap. 19.
« ſecutus eſt Lutherum. Tertium ficti-
« tium ſacramentum, ait, eſt Extrema
« unctio.

Quod

Quod hanc doctrinam ex ſacrâ ſcripturâ non habeant: quare minimè Evangelici iſti ſectarij ſint, oſtendo.

Iacobi 5. habemus. *Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & & oratio fidei ſalvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus, etſi in peccatis ſit, remittentur ei.*

Hanc authoritatem ex Græcis interpretantur de ſacramento, Cyrillus Alexand. *de adorat. in ſpiritu lib. 6.* Victor Antiochenus *ad cap. 6. Marci.* Theophylactus in eundem locum. Simeon Metaphraſtes, *in Commentario rerum geſtarum à ſancto Iacobo.* Nicolaus Cabaſilas, *de Liturgiâ cap. 29.* Hieremias Patriarcha Conſtantinopolit. *in reſp. ad 7. caput Confeſſ. Auguſtanæ Lutheranorum,* & breviter tota orientalis Eccleſia cum occidentali.

Quod ex Patribus Græcis & ſcriptoribus orthodoxæ fidei ſuam doctrinam hi ſectarij non habeant, oſtendo.

Ex ſæculo 1.

Clemens Romanus anno Chriſti 80. multa de hoc ſacramento habet *lib. 8. Apoſt. Conſt. cap. 26.*

Digitized by Google

Ex 3. ſæculo.

Origenes Hom. 2. in Leviticum, anno Chriſti 230. *Et adhuc ſeptima licet dura & laborioſa per pœnitentiam remiſſio peccatorum, cum lavat peccator lachrymis ſtratum ſuum, & non erubeſcit ſacerdoti Domini indicare peccatum, & quærere medicinam, &c.* Citat verba Pſal. 32. *Dixi confitebor, &c.* Deinde citat verba D. Iacobi.

Ex 4. ſæculo.

Concilium Nicænum 1. anno Chriſti 325. Can. Arab. 69. *Tranſacto anno debet ſacerdos benedicere aquam, & oleum, non ſicut fit in Baptiſmo, neq; ſicut benedicitur Chriſma, ſed ſicut oleum infirmorum.* Hæc Concilium.

Per hoc oleum infirmorum intelligit Concilium, ut per ſe conſtat, illud oleum quo utuntur ſacerdotes in adminiſtratione ſacramenti Extremæ unctionis. Nam ſemper hoc ſervavit Eccleſia, & eſt materia huius ſacramenti.

Græci ſeptē Eccleſiæ ſacramenta propriè dicta agnoſcunt.

Vnde Græci Venetijs agentes anno Chriſti 1570. Reſp. 12. Quot & quænam ſunt ſacramenta? Reſpondent, ſunt omninò ſeptem, nimirùm, Baptiſmus, Vnctio, Communio, Manuum impoſitio, Conjugium, Pœnitentia, & Oleum ſacrum. Hæc illi.

Quod

Quod ſuam doctrinam non habeant ex Patribus Latinis & orthodoxæ fidei, oſtendo.

Ex 4. ſæculo.

D. Auguſtinus, qui vixit in fine 4. ſæculi, & principio 5 Tom. 9. de Viſit. Infirm. lib. 2. cap. 4. *Nec prætermittendum eſt illud Apoſtoli Iacobi præceptum. Infirmatur quis in vobis, inducat Presbyteros, ut orent ſuper eum, ungentes eum oleo ſancto in nomine Domini Ieſu, & oratio fidei ſalvabit infirmum. Ergò ſic roges de te, & pro te fieri, ſicut dixit Apoſtolus Iacobus, imò per Apoſtolum ſuum Dominus: Ipſa videlicet olei ſacrati delibutio, intelligitur ſpiritus ſancti typicalis unctio.* Hæc ille.

Iacobi 5.

Præceptum divinum de extremâ unctione.

Ex hâc ſententiâ audis clarè extremam unctionem eſſe verè & propriè ſacramentum, etiam ſecundùm adverſarios: Nam adeſt hîc Domini mandatum. adeſt & gratiæ promiſſio, Et hæc ad eſſe ſacramenti ſufficiunt, per adverſarios, ut viſum eſt, adeſt & peccatorum remiſſio, ut ipſemet Apoſtolus dicit. *Et ſi in peccatis ſit, remittentur ei.* Auguſtinus vocat hoc oleum ſacrum, hoc oleum ſacratū, quod non diceret, niſi quia tenet eſſe ſacramentum non inſtitutum à D. Iacobo,

Extrema unctio propriè ſacramentum.

vt ipſemet ſanctus dicit, ſed promulgatum, Domino præcipiente. Vide iterùm ipſum in eodem Tom. De rectitudine rectæ Converſationis, ubi dicit, quod per iſtud benedictum oleum recipiet infirmus animæ ſanitatem, hoc ſanè fit per gratiam: quia animæ medicina, eſt divina gratia. Ita & D. Ambroſius in Miſſali, qui ſenior erat Auguſtino, ut in ſæculo 4. anno Chriſti 370. Vnde & D. Hieronymus qui fuit Auguſtino contemporaneus (ſenior tamen) dicit ad cap. 14. Oſeæ, quod per hoc oleum in tenebris lumen accenditur (nempè in tenebris animæ) & eo unguntur in agone certantes.

Ex 5. ſæculo.

Innocentius 1. Hic vixit in fine 4. ſæculi, & principio 5. Epiſt. 1. ad Decentium Eugub. cap. 8. citat verba D. Iacobi ſupra relata. Dicit breviter hic ſanctus, hoc ſacramentum non dari ijs, qui non ſunt capaces aliorum ſacramentorum. Vnde ad verba Iacobi Apoſtoli, ſubdit, quod non eſt dubiū de fidelibus ægrotantibus accipi, vel intelligi debere verba Iacobi, qui ſancto oleo Chriſmatis vngi poſſunt. Audis ergò ſacramentum vocari. Dicit

Quib9 danda extrema unctio.

hanc

hanc ſacram unctionem eſſe genus ſacramenti ibidem.

Ex 6. ſæculo.

Gregorius Magnus anno Chriſti 590. lib. ſacram. de feriâ 5. in Cœnâ Domini. Benedictio olei. *Emitte Domine ſpiritum ſanctum paracletum de Cœlis in hanc pinguedinem olivæ, quam de viridi ligno producere dignatus eſt ad refectionem corporis, ut tuâ ſanctâ benedictione ſit omni unguentum tangenti tutamen mentis & corporis, &c.* Tutamen animæ eſſe gratiam, nemo negat. *Extrema unctio tutamẽ animæ.*

Ex 7. ſæculo.

Venerabilis Beda ad cap. 6. Marci. Dicit Apoſtolus Iacobus. *Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Eccleſiæ, &c.* ut ſuprà. *Vnde patet,* ait ipſe Doctor, *ab ipſis Apoſtolis hunc ſanctæ Eccleſiæ morem eſſe traditum, ut energumeni, vel alij quilibet ægroti unguantur, oleo Pontificali benedictione conſecrato, &c.* Vide ipſum Doctorem, & in 5. cap. Iacobi, & refert Innocentium citatum, qui vocat extremam unctionem, ſacramentum.

Ex 8. ſæculo.

Carolus Magnus anno Chriſti 780. lib. 1. leg. cap. 16. dicit eſſe ſententiam Apoſtolicam, vt quando quis infirma-

tur, inducat Presbyteros, citat verba D. Iacobi. Vnde & lib. 6. leg. cap. 75. ait. *Si infirmitate depreſſus quis fuerit, vitam ſine communione non finiat, nec unctione ſacrati olei careat.* Cur rogo hoc præciperet, niſi eſſe ſacramentum ſciret, quo gratia confertur, nam potius datur ad ſanitatem animæ, quàm corporis.

Ex 9. ſæculo.

Extrema unctio animæ & corporis medicina.

Concilium Cabil. anno Chriſti 813. cap. 48. *Secundùm B. Iacobi documentum, cui etiam Decreta Patrum conſonant, infirmi oleo, quod ab Epiſcopo benedicitur à Presbyteris ungi debent.* Sic enim ait. *Infirmatur quis in vobis, &c.* Vt in textu. *Non itaq; parvipendenda eſt, eiuſmodi medicina, quæ animæ corporiſq; medetur languoribus, &c.*

Idem habetur in Synodo Moguntinâ ſub Rabano cap. 26. anno Chriſti 838. In Concilio Meldenſi anno Chriſti 845. apud Burchard. lib. 4. cap. 75.

Audis clarè extremam vnctionem inter ſacramenta numerari, eſſe ſanitatem animæ, & præceptam eſſe.

Ex 11. ſæculo.

Petrus Damianus anno Chriſti 1050. ſerm. in Dedic. Eccl. *Tertiũ ſacramentũ eſt unctio infirmorũ, &c.* citat pro hoc verba D. Iacobi.

Ex

Digitized by Google

Ex 12. ſæculo.

Petrus Lombardus anno Chriſti 1140. lib. 4. ſentent. Diſt. 23. *Præter præmiſſa eſt etiam aliud ſacramentum, ſcilicet unctio infirmorum, quæ fit in extremis oleo per Epiſcopum conſecrato, &c.* Subdit infrà: *Sicut in alijs ſacramentis, aliud eſt ſacramentum, aliud res ſacramenti; ita & in iſto, ſacramentum eſt iſta exterior unctio: res ſacramenti unctio interior, quæ peccatorum remiſſione, & virtutum ampliatione perficitur. Etſi ex contemptu vel negligentiâ ſacramentum hoc prætermittitur, periculoſum eſt, & damnabile.* Idem docuit & D. Bernardus anno Chriſti 1130. in vitâ ſancti Malachiæ cap. 32.

Aliud ſacramentũ, aliud res ſacraměti.

Ex 13. ſæculo.

Innocentius Tertius, ut habetur extra lib. 1. Tit. 5. de ſacrâ unctione cap. veniſſet. qui vixit in fine 13. ſæculi, & principio 14. ait. *Duæ ſunt ſpecies unctionis. Exterior, quæ materialis eſt & viſibilis: & interior, quæ ſpiritualis eſt & inviſibilis. Exteriori viſibilitèr inſignitur corpus: interiori inviſibilitèr inſignitur cor. De primâ Iacobus ait: Infirmatur quis in vobis, &c. ut in textu. De ſecundâ Ioannes Apoſtolus ait, in 1. cap. 2. Vos unctionem accepiſtis ab eo, quæ manet in vobis. Vnctio viſibilis & exterior ſignum eſt interioris*

Duæ ſpecies unctionis, viſibilis & inviſibilis.

Vnctio inviſibilis ſacramentũ.

& inviſibilis unctionis. Vnctio verò inviſibilis & interior, non ſolùm eſt ſignum, ſed etiam ſacramentum: quæ ſi dignè ſumatur, vel agit, vel auget abſq; dubio quod ſignificat.

Ex 14. ſæculo.

Clemens V. anno Chriſti 1305. In Concilio Viennenſi de Privilegijs, & exceſſibus Privilegiatorum cap. 1. *Religioſi, qui Clericis, aut Laicis, ſacramentum extremæ unctionis adminiſtrant, non habita ſuper hoc parœcialis Presbyteri licentiâ ſpeciali, excommunicationis incurrant ſententiam, &c.*

Omnes Theologi in 4. ſent. docẽt cum Petro Lombardo, unanimitèr Extremam unctionem eſſe ſacramentum propriè dictum novæ legis.

Ex 15. ſæculo.

Concilium Florentinum anno 1439. cui Græci interfuerunt, & ſubſcripſerunt In literis unionis. *Quintum ſacramentum eſt Extrema unctio, cuius materia eſt oleum olivæ per Epiſcopum benedictum. Hoc ſacramentum niſi infirmo, de cuius morte timetur, dari non debet, &c.*

Sacramentum extremæ unctionis quando dandum.

Nota hìc 1. quod hoc Concilium non fuit uno anno finitum, ſed intra multos años, multis & rationalib⁹ de cauſis, prout & cum Concilio Tridentino factũ eſt.

Nota

Nota 2. quod etſi teſtimonia veterum non ſint tam expreſſa de hoc ſacramento quoad nomen, ſicut poſt Innocentium I. ſunt tamen eadem quoad rem, ut vidimus, ex effectibus, quos ipſi aſſignant. Nec mirum, quia non habebant occaſionem de hac re ſcribendi. Nec de hoc ſcripſiſſet Innocentius Papa, niſi Epiſcopo Eugubino dubitatio illa in mentem veniſſet. Vtrum Epiſcopus poſſit dare ſacramentum unctionis extremæ; vel ſolus Presbyter? Ad quod Papa reſpondens. *Superfluum videmus adiectum illud, ut de Epiſcopo ambigatur, quod Presbyteris licere dubium non eſt, &c.* Et ſanè de ſacramentis, quæ in uſu quotidiano erant, non ſcribebant Patres, niſi coacti aliquâ occaſione, vel niſi hæreticis reſpondendum fuiſſet.

De nomine ſacramenti ante Innocentium I.

Nec te moveat, ut jam ſuprà dixi, quod Lutherus dicat cit. lib. de Capt. Bab. Epiſtolam Iacobi non eſſe ſpiritu Apoſtolico dignam, imò vocet Stramineam in præfatione ad Novum Teſtamentum, ſufficit mihi conſenſus univerſalis Eccleſiæ, & Doctorum orthodoxæ fidei omnium ſæculorum pro ea, ut dicam eam Apoſtolicam: Ipſemet Lutherus

Lutheri cõtradictio de Epiſtolâ Iacobi.

therus in Viſitatione Saxonicâ citat pro ſe eam ex cap. 1. *Orat in fide, & non ambiguus eſt.* ſi eam recipit in hac parte, cur non in alia? alioquin citabit doctrinam Stramineam, non ſpiritu Apoſtolico dignam pro confirmatione ſuæ doctrinæ, quod eſt ridiculum, imò abſurdum. Sibi contradicit ut vides.

Ex 16. ſæculo.

Adverſariorum doctrina condemnatur.

Concilium Trid. anno Chriſti 1560, & 1563. ſeſſ. 14. can. 2. *Si quis dixerit, ſacram infirmorum unctionem non conferre gratiam, nec remittere peccata, nec alleviare infirmos, ſed jam ceſſaſſe, quaſi olim tantùm fuerit gratia curationum, anathema ſit.*

Can. item 1. *Si quis dixerit extremam unctionẽ non eſſe verè, & propriè ſacramentum à Chriſto Domino noſtro inſtitutum. & à Beato Apoſtolo Iacobo promulgatum, ſed ritum tantùm acceptum à Patribus, & figmentum humanum, anathema ſit.*

Objectio.

« Nec eſt quod mihi obijciat Kemnitius « Lutheranus hanc cæremoniam unctio« nis extra donum curationis, uſurpatam « eſſe partim ab Hæreticis, partim ab Eth« nicis. Nam illi mortuos ungebant *Epiphanio teſte, hæreſ. 36.* Nos verò minimè ſed vivos ungimus: Deinde utebantur

Reſponſio.

tur aquâ & oleo ſimul mixtis, ut talis unctio eſſet loco Baptiſmi, nos minimè, nam & hæc duo ſacramenta dicimus eſſe diſtincta.

Ethnicorũ unctio alia longè à noſtrâ.

Reſtat videre quos hi ſectarij Patronos habeant, quos ſuos Maiores vocant.

Armeni negabant anno Chriſti 600. ſacramentum extremæ unctionis. *Ita Guido de eis Hæreſ. 21. Armen.*

Hæretici Veteres.

» VValdenſes anno Chriſti 1170. dicebant extremam unctionẽ eſſe ſacramentum maledictionis, non benedictionis. *Guido de Waldenſ.*

» Albigenſes anno Chriſti 1200. dicebant extremæ unctionis ſacramentum nihil eſſe. *Ita D. Antoninus de eis 4. par. ſum. cap. 7. §. 5. tit. 11.*

» Ioannes VViclefus anno Chriſti 1390. lib. 4. Trialogi cap. 25. ſecutus eſt eos Calvinus & Lutherus hos omnes; ſectarij noſtri temporis Calvinum & Lutherum ſunt ſecuti: Quare non immeritò ſunt appellandi Calviniſtæ & Lutherani, vel ſi malint ab Avis, Proavis, vel ab Abavis vocentur VViclefiſtæ, Albigenſes, VValdenſes, &c.: Nam ab illis, ut vidimus, Calvinus & Lutherus acceperunt ſuam doctri-

doctrinam, non ab Evangelio, vel ſacrâ ſcripturâ, vel veris & orthodoxis ſcriptoribus, prout demonſtratum eſt: Quare minimè Evangelici.

De Sacramento Matrimonij.

« LVtherani in Apologiâ receptâ, & incertâ in lib. Concordiæ, non niſi tria « admittunt ſacramenta, ſicut & in totâ « Confeſſione Auguſtanâ, imò in Exegeſi « Confeſſionis Auguſtanæ, authore Bal- « thaſaro Mentzero Lutherano, in Mar- « purgenſi Academiâ Profeſſore Ordina- « rio ſupra art. 13. de uſu ſacrament. pag. « mihi *616*. dicit nomen ſacramenti non « convenire, niſi Baptiſmo & Cœnæ Do- « mini: quare, ait, Hæc duo ſola verè & « propriè dicta Novi Teſtamenti eſſe ſa- « cramenta aſſerimus. Negant ergò Ma- « trimonium eſſe ſacramentum.

« Quòd verò Apologia (Abſolutionē) « etiam hoc nomine dignatur, cauſa in « promptu eſt: quia Paulo latiùs illud vo- « cabulum interpretatur, &c. Hæc ille.

« Hanc doctrinam habent à Luthero « Tom. 2. Ien. Lat. fol.*279*. in lib. de Capt. « Babil. de Matrimonio. Matrimonium, « ait, non ſolùm ſine ullâ ſcripturâ pro ſa-

cra-

cramento cenſetur, verùm eiſdem tradi- »
tionibus, quibus ſacramentum eſſe ja- »
ctatur, merum ludibrium factum eſt. »
Hæc ille. »

Calvinus ſecutus eſt eum lib. 4. Inſt. »
cap. 19. ſect. 34. Poſtremum eſt Matri- »
monium, quod ut à Deo inſtitutum fa- »
tentur omnes, ita pro ſacramento da- »
tum, nemo uſque ad Gregorij tempora »
viderat. Et cui unquam ſobrio in men- »
tem veniſſet? »

Quod ex ſacrâ ſcripturâ ſuam hanc doctrinam non habeant hi ſectarij noſtri temporis, oſtendo.

Gen. 2. *Relinquet homo Patrem ſuum & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne unâ, &c.*

Matth. 19. ait Chriſtus. *Qui fecit hominem ab initio, maſculum & fœminam fecit eos, & dixit: Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ; & erunt duo in carne unâ. Itaq; jam non ſunt duo, ſed una caro. Quod ergò Deus coniunxit homo non ſeparet.*

De hac inſeparabilitate habetur & Marci 10. & 1. ad Corinth. 7. ubi Apoſtolus dicit. *Iis autem qui Matrimonio juncti*

ſunt,

ſunt, præcipio non ego, ſed Dominus uxorem à viro nõ diſcedere: quod ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari. Et vir uxorem non dimittat, &c. Quod ſi petas, ubi Chriſtus hoc, ſeu Dominus præceperit? Audi illum loco cit. Marci. *Quicunq; dimiſerit uxorem ſuam, & aliam duxerit, adulterium committit ſuper eam. Et ſi mulier dimittat virum ſuum, & alij nupſerit, mœchatur.*

Duæ conditiones Matrimonij Chriſtianorum.

Nota ex his Matrimonium Chriſtianorum duas conditiones habere ſingulares teſtimonijs ſacræ ſcripturæ comprobatas. 1. ut ſit duorum tantùm; hoc eſt unius viri cum unâ uxore, ſeu muliere conjunctio. *Et erunt duo in carne unâ,* ait ſacra ſcriptura; Nec licebit ſic junctis alicui tertiò poteſtatem ſui corporis facere, prohibente Apoſtolo 1. ad Corinth. 2. his verbis. *Mulier poteſtatem ſui corporis non habet, ſed vir. ſimilitèr & vir non habet poteſtatem ſui corporis, ſed mulier.*

Et 1. ad Corinth. 6. *An neſcitis, quoniam qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur. Erunt enim, inquit, duo in carne unâ.*

2. Conditio eſt, ut vinculum conjugij inter duos ſemel colligatum, nullo amplius divortio, ſed ſolâ morte alterius diſſolvatur: Nam quod Chriſtus ob fornica-

nica-

Digitized by Google

nicationem dimitti poſſe inſinuat: hæc ſeparatio tantùm thori, & menſæ conſuetudinem vinculum ſolvit, non verò conjugij. Quare adulterium committit, ut dixit Chriſtus, velut alienam contrectans uxorem, quiſquis ſic dimiſſam, duxerit. Etenim Chriſtus gratiâ ſuâ melius fecit, & arctiori vinculo conſtrinxit matrimonium; ut quemadmodum ipſe unius Eccleſiæ ſponſus unus eſt, idq; indiſſolubili nexu, ſic unius uxoris unus ſit maritus, idque perpetuâ conjunctione, prout & perpetuò Chriſtus cum ſuâ ſponsâ jungitur Eccleſia. Quare matrimonium, non ſolùm conjunctio eſt maris & fœminæ, ſed etiam ſacramentum, ob gratiam Chriſti, quæ ei non deeſt, ſi debitè contrahant, ut etiam vir poſſit ſuam uxorem diligere, ut Chriſtus Eccleſiam, & ut una ſit in perpetuum contentus. Hoc eſt quod Apoſtolus dicebat, ad Epheſ. 5. *Viri diligite uxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro eâ, ut eam ſanctificaret, &c.* Subdit infrà. *Ita & viri* (nempè ut Chriſtus diligit Eccleſiam) *diligere debent uxores ſuas ut corpora ſua. Qui ſuam uxorem diligit, ſeipſum diligit. Nemo enim unquam carnem*

Matrimonium vinculum indiſſolubile.

ſuam odio habuit: ſed nutrit & fovet eam, ſicut & Chriſtus Eccleſiam: quia membra ſumus corporis eius, de carne eius, & de oſſibus eius. Propter hoc relinquet homo Patrem & matrem ſuam: & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne unâ. Sacramentum hoc magnum eſt; ego autem dico in Chriſto & in Eccleſiâ. Hæc Apoſtolus.

Indiſſolubilitas Matrimonij quid ſignificet.

Nota quod dicit hoc ſacramentum magnum eſſe, inter ſcilicet Chriſtianos: quia indiſſolubilitas illius ſignificat indiſſolubilitatem Chriſti cum ſuâ ſponsâ Eccleſiâ, & unitas duorum, ſignificat unitatem Chriſti cum Eccleſiâ.

Hanc authoritatem Pauli cum cæteris, communitèr Orthodoxi intelligunt de ſacramento Matrimonij. Quod ſanè non erit difficilè probare, etiam ſecundùm doctrinam adverſariorum. Nam eſſe inſtitutum à Deo, jam probatum eſt, & quidem in Paradiſo Gen. 2., eſſe ſymbolum rei ſacræ, quod & ipſi requirunt, etiam nunc ex Apoſtolo oſtendi; quia nimirùm ſignificat indiſſolubilitas eius, indiſſolubilitatem Chriſti cum Eccleſiâ eius ſponsâ. Quod autem habeat promiſſionem gratiæ juſtificantis, quod ipſi poſtulant: & eſt proprium ſacramenti

novæ

novæ legis probabitur, vocat Paulus ſacramentum non ſolùm, quia ſignificat illam indiſſolubilitatem, ſed etiam quia habet gratiam annexam, ut poſſint ſe mutuò diligere, & indiſſolubilitèr. Nec curo quod Apoſtolus ſcripſerit myſterium magnum, ſicut communitèr Græci, non verò ſacramentum: Quia non latinè Apoſtolus ſcripſit Paulus, vel Patres Græci, ſed græcè; quare cum conſtet de re, ſtultum eſt de nomine diſputare.

Quod ex Patribus & ſcriptoribus Orthodoxis iſti ſectarij non habeant ſuam doctrinam, oſtendo.

Græci.

Ex 2. ſæculo.

D. Clemens Alexandrinus, qui vixit in fine 2. ſæculi, & principio 3. *lib.* 3. Stromaton. poſtquam repræhendit eos qui dicunt peccatum eſſe Matrimonium, ut erant Tatiani, Marcion, imò Simon Magus, qui docebat indifferentèr uti fœminis, &c. *Quod ſi lex ſancta eſt*, ait ipſe Sanctus, *ſanctum eſt matrimonium. Sacramentum ergò hoc ad Chriſtum & Eccleſiam ducit Apoſtolus. Quemadmodum quod generatur* *Matrimonium res ſancta,*

ex carne caro eſt, ita quod ex ſpiritu, ſpiritus, non ſolùm in pariendo, ſed in diſcendo etiam. Iam ſancti ſunt filij Deo grata oblationes verborum Dominicorum, quæ deſpondêrunt animam. Sunt ergò ſeparata fornicatio, & matrimoniũ, quoniam a Deo longè abeſt Diabolus. Hæc ille.

Ex 4. ſæculo.

D. Athanaſius anno Chriſti 340. ſerm. contra omnes hæreticos. *Verba faciamus adverſùs infœlicem Milvium, arbitrantem ſe extollere virginitatem, & infamare matrimonium poſſe. Cum Deus Evam ad Adam deducat in Paradiſum, ibiq; loquatur Adam: Ea de causâ relinquet Patrem & matrem, &c. ut ſupra. Caterùm iſte vetus Teſtamentum non recipit. Quid ergò? Nunquid auſcultas Dominum in Evangelio, in Canâ ad nuptias vocatum, easq; benedixiſſe, &c. Rurſusq; alibi Iudais dicentibus, ſibi Moſen conceſſiſſe libellum repudij Chriſtum reſpondere. Quos Deus conjunxit, homo non ſeparet.* Hæc ille.

Chriſtus vocatur ad nuptias, & eas benedicit.

Sanè non videtur, quod Deus aliquos conjungat, conjunctione indiſſolubili, ſine gratiâ: quia hoc valdè difficile. Ita & D. Cyrillus Hieroſ. cathech. 4.

Ex 5. ſæculo.

D. Chryſoſt. in cap. 5. ad Epheſ. Hic vixit in fine 4. ſæculi, & principio 5. *Re-*

verà,

verà, inquit, *eſt myſterium, & magnum myſterium, relicto eo qui genuit, eo qui aluit, etiam ea quæ peperit, quæ miſerè, & cum labore parturivit, adhærere virum illi, quæ antea neq; viſa ſit; atq; hanc omnibus præferre. Verè myſterium eſt. Et parentes etiam cum iſtà fiunt non offenduntur. Reverà magnum eſt myſterium, arcanam quandam habens ſapientiam, &c.* *Matrimoniũ magnũ myſterium.*

Vides quam apertè ſanctus Chryſoſtomus magnum myſterium in conjugio agnoſcat; ubi nullum myſteriũ Eraſmus videre potuit. *De Eraſmo.*

Nobiſcum ſentit tota Orientalis Eccleſia: Nam Græci Venetijs agentes, Reſp. 12. Quot, & quænam ſint ſacramenta? Reſpondent. Sunt omninò ſeptem: nimirùm, Baptiſmus, Vnctio, Communio, Manuum impoſitio, Conjugium, Pœnitentia, & Oleum ſacrum. Cenſura orientalis Eccleſiæ infrà ponetur. *Græci Venetijs agentes agnoſcunt ſeptem Eccleſiæ ſacramenta.*

Quod ex Patribus Latinis & ſcriptoribus Orthodoxis non habeant ſuam doctrinam hi ſectarij.

Ex 1. ſæculo.

Martialis Lemovicenſis Epiſcopus Epiſt. ad Toloſ. cap. 9. Hic vixit in fine

1. ſæculi, & principio 2. *Nec ideò tamen,* ait *probibemus nubere legitimo connubio, cum & hoc conjugium honeſtum ſit, & conſtitutum à Deo ab initio mundi, in multiplicationem humani generis. Intantùm enim Dominus & Magiſter meus Ieſus Chriſtus legitimum & immaculatum thorum connubij approbavit, eis, qui ex ſanctificatione & honore caſtitatis nubere volunt, ut ad quaſdam nuptias invitatus, eas præſentia ſuæ Majeſtatis ſanctificaverit, & miraculo magnificè ſtupẽdo lætificaverit.* Hæc ille. Audis ubique in nuptijs contrahendis ſanctificationem.

Chriſtus nuptias ſanctificet.

Ioan. 2.

Ex 2. ſæculo.

Tertullianus adversùs Valentinianos cap. 30. Hic vixit in fine 2. ſæculi, & principio 3. *Nam & honorandorum conjugiorum ſupernorum gratia dicitur meditandum apud illos, atq; celebrandum ſemper ſacramentum, comiti, hoc eſt fœminæ adhærendo.*

Matrimoniũ ſacramentum.

Ex 4. ſæculo.

D. Ambroſius de Abraham Patriarchâ lib. 1. cap. 7. anno Chriſti 370. *Cognoſcimus velut præſulem cuſtodemq; conjugij eſſe Deum: qui non patiatur alienum thorum pollui. Etſi quis fecerit, peccare eum in Deum, cuius legem violet, gratiam ſolvat. Et quia* in-

Qui perdũt gratiam matrimonij.

Digitized by Google

in Deum peccat, ſacramenti Cœleſtis amittit conſortium. Hæc ille.

Gratiam hic audis perdere, qui polluit alienum thorum, audis & ſacramentum. Lege eum & ad cap. 5. ad Epheſ.

Ex 5. ſæculo.

D. Auguſtinus, qui vixit in fine 4. ſæculi, & principio 5. in omnibus his locis tribuit nomen ſacramenti Matrimonio, nimirùm lib. 9. de Gen. ad Lit. cap. 7. lib. de fide & operib. cap. 7. lib. de bono conjugali cap. 7. 8, 15, 17, 18, 24, & 25. & lib. de ſanctâ Virg. cap. 12. lib. 5. contra Iulian. cap. 9. lib. 1. de nuptijs & concupiſ. cap. 10, 17, & 21.

Et loquitur de ſacramento propriè dicto, non impropriè; quia contra adverſarios ſacramentorum agit, ſeu qui negant ſacramentorum numerum, aliqua admittentes, & alia negantes, ut Hæretici noſtri temporis.

Quod, ut ita ſit patet; nam in pleriſq; horum locorum citat, dicit Matrimonium non eſſe ſacramentum, niſi in Eccleſiâ; & per hoc diſtinguit Chriſtianorũ matrimonia à matrimonio Gentilium.

Ex his omnibus apparet non loqui de ſacramento largè & impropriè dicto, ut

dicunt hæretici, nam largè loquendo, ut habemus in cap. Gaudemus, de divortijs, Innocentius tertius dicit matrimonium infidelium eſſe ſacramentum, quia nimirum eſt ſanctum vitæ genus à Deo inſtitutum & commendatum; at D. Auguſtinus ponit differentiam inter Matrimonium Chriſtianorum, & illorum, ut vidimus.

Innocentius I. in Epiſt. 9. quæ eſt ad Probum. *Domine fili, meritò illuſtris, ſtatuimus, fide Catholicâ ſuffragante, illud eſſe Conjugium, quod primitùs erat gratia divina fundatum.*

Matrimonium gratiâ divinâ fundatum.

Ex 6. ſæculo.

Theodoricus Rex anno Chriſti 520. apud Caſſiod. Epiſt. lib. 2. Epiſt. 10. *Non diſſimulari poteſt, ſalvâ communione, quâ vivitur, ut ſolicitatores publicas habeat ſocialis thori reverenda ſocietas, & illum humani generis procreabile ſacramentum ſcelerata temeritate prophanetur.*

Adverſarij viri mendaces de Matrimonio ante Gregorium Magnum.

Ex his omnibus apparet, quàm falſi ſint Adverſarij. Calvinus enim, ut viſum eſt, in principio de hoc ſacramento, ſcribit neminem ante Gregorium Magnum vidiſſe Matrimonium pro ſacramento datum: Omnes quos citavi ex Latinis, antece ſ-

Digitized by Google

teceſſerunt Gregorium, qui vixit anno 1590,& poſuerunt Matrimonium pro ſacramento, ſimiliter ex Græcis D. Clemens Alexandrinus, D. Athanaſius,& D. Chryſoſtomus. Beza in annot. ad cap. 5. » ad Epheſ. dicit, nuſquam Matrimonium » appellari ſacramentum à Hieronymo, » aut Auguſtino. »

Beza Calviniſta mendaciũ.

Mentitur de Auguſtino, ut viſum eſt, & quidem ex pluribus locis ejuſdẽ Auguſtini. De Hieronymo nihil diſputo, quia idem dicit in re, etſi non vtatur nomine.

Mentitur & Kemnitius in 2. par. Exam. Concil. Trid. dùm affirmat ante Auguſtini ætatem, oſtendi non poſſe Matrimonio attributam, vel ipſam generalem ſacramenti appellationem; plurimos enim citavi attribuiſſe ante eum, tùm ex Græcis, tùm ex Latinis: unde apparet maxima malitia horum hominum, in decipiendo plebem miſeram, perſuadendo ei, nos in Papatu novam doctrinam docere,& à Patribus primitivæ Eccleſiæ inauditam, uſque ad Gregorium Magnum, qui vixit anno Chriſti 590. ut dixi, ſeu in quinto & ſexto ſæculo Chriſti,& ab Auguſtino nuſquam appellatum fuiſſe Matrimonium ſacramentum.

In Papatu non docetur nova doctrina, ut mentiũtur Prædicantes.

Ex 7. ſæculo.

Iſidorus Hyſpalenſis año Chriſti 620. de Eccleſ. officijs lib 2. cap. 19. *Nuptialia bona tria ſunt: proles, fides ſacramentum, &c.* Subdit infrà: *Sacramentum autem, ideò inter conjuges dictum eſt, quia ut non poteſt dividi Eccleſia à Chriſto; Ita nec uxor à viro. Quod ergò in Chriſto & in Eccleſiâ, hoc in ſingulis quibusq; viris & uxoris conjunctionis inſeparabile ſacramentum eſt.*

Bona Matrimonij tria.

Ex 9. ſæculo.

Altercatio Synagogæ & Eccleſiæ anno Chriſti 890. cap. 5. *Ex omnibus ſacramentis, quæ ad remedium hominis inſtituta ſunt, ſolùm conjugij ſacramentum ante peccatum hominis legitur inſtitutum, non tamen propter peccatū, ſed ad ſacramentum ſolùm & officium. Ad ſacramentum propter eruditionem, ad officium propter exercitationem, &c.*

Vides non ſolùm in lege Evangelicâ fuiſſe hoc ſacramentum, ſed & in ipſomet ſtatu Innocentiæ: Dicitur tamen à Chriſto inſtitutum, quia ad ſuam primævam inſtitutionem, quæ erat unius viri cum unâ eſt reſtitutum, & in novâ lege ab eo confirmatum Matth. 19. Sub lege Patrum enim Matrimonium à primâ inſtitutione duobus modis degenerarat, nempè

Cur à Chriſto Matrimonium dicatur inſtitutum.

Digitized by Google

nempè ut unus plures uxores duceret,& ductam aliquando, dato libello repudij, à ſe dimitteret. Primum ex diſpenſatione Dei permiſſum eſt, quod futuri temporis myſterio ſerviebat, ut nimirùm per plures unius viri uxores, inſinuaretur Chriſtum tàm ex Synagogâ, quàm ex multitudine Gentiũ Eccleſiam ſibi collecturum, & ſponſam ſibi adjuncturum. Repudium verò à Moſe populo permiſſum eſt, ob duritiam cordis, levius ducens uxoré à viro odio habitam dimitti, quàm occidi, ut cæde eius novis nuptijs locum aperiret. Verùm poſtquam venit plenitudo gratiæ, ut alia quæ vel in Cœlo, vel in terrâ reſtauravit Chriſtus; ſic etiam Matrimonium reſtauravit, ac reſtituit.

Bigamia introducta. & cur?

Christus Matrimonij reſtaurator.

Ex 11. ſæculo.

Petrus Damianus anno Chriſti 1040. ſerm. 1. de Dedicat. agens de nuptiarum ſacramento. *Hoc magnum eſt*, ait Apoſtolus, & Dominus in Evangelio, *propter quod derelinquet homo patrem & matrem, &c.* ut in textu.

Ex 12. ſæculo.

Petrus Lombardus anno Chriſti 1140. lib. 4. ſent. Diſt. 26. poſt multa. *Conſtat*

ergò,

Matrimonium res bona & ſacramentũ.

ergò, ait, *Matrimonium rem bonam eſſe, alioquin non eſſet ſacramentum: ſacramentum enim ſacrum ſignum eſt. Cum ergò conjugium ſacramentum ſit, & ſacramentum eſt ſignũ rei ſacræ, ſcilicet, conjunctionis Chriſti, & Eccleſiæ.*

Omnes Theologi in 4. ſent. diſt. cit. ſequuntur Petrum Lombardum, ut D. Thomas Aquinas, qui vixit in ſæculo 13. anno nempè Chriſti 1250. D. Bonaventura eodem ſæculo.

Ex 14. ſæculo.

Scoti judicium de Eccleſiâ Romanâ.

Ioannes Scotus, qui vixit in 14. ſæculo, nempè in fine 13. & principio 14. *Tenet Eccleſia*, ait, *ſacramentum Matrimonij eſſe ſeptimum inter Eccleſiaſtica ſacramenta: & de ſacramentis Eccleſiæ, non eſt aliter ſentiendum, quàm ſentit Eccleſia Romana.* Hæc ille.

Vides quantam Scotus habuerit obedientiam erga Eccleſiam Romanam, & in quantâ veneratione, voluerit ab omnibus eam haberi.

Ex 15. ſæculo.

Decretum Concilij Florentini pro ſacramento matrimonij.

Hæc veritas definita eſt in Concilio Florentino, in literis unionis de ſacramentis, cui Græci interfuerunt, & ſubſcripſerunt. *Septimum eſt ſacramentum Matrimonij, quod eſt ſignũ conjunctionis Chriſti & Eccleſiæ, ſecundùm Apoſtolum dicentem:*

Sacra-

Digitized by Google

Sacramentum magnum eſt,&c. Cauſa efficiens matrimonij regulariter eſt mutuus conſenſus, per verba de præſenti expreſſus, &c. Bona matrimonij tria ſunt: proles, fides, ſacramentum. De gratiâ quam confert vide ibi.

Ex 16. ſæculo.

Concilium Trident. tandem Can.1.ſic difinivit hanc veritatem; *Si quis dixerit Matrimonium non eſſe verè, & propriè unum ex ſeptem legis Evangelicæ ſacramentis à Chriſto Domino inſtitutum, ſed ab hominibus in Eccleſiâ inventum, neq; gratiam conferre, anathema ſit.* Vide & in cap. ad abolendam de Hæreticis.

Decretum Concilij Tridentini pro ſacramento matrimonij contra Adverſarios.

Nota quod dicit verè & propriè eſſe ſacramentum: Quia non negat Lutherus eſſe ſacramentum, ſi accipiatur ſacramentum largè pro cæremonia ſacra: Concilium non vult, ut ſolùm largè, & impropriè, ſed propriè ſacramentum ſit.

Ex his omnibus vides clarè condemnatam Lutheri, & Calvini, ac ſuorum doctrinam, à totâ ſanctâ Catholicâ & Apoſtolicâ Eccleſiâ, cuius eſt, *etiam teſte Luthero in lib. de Capt. Babil. de ſacramento Ordinis*, de ſcripturis judicare: Dicit enim habere poteſtatē diſcernendi verbum Dei, à verbis hominum. Idem con-

Lutheranorum doctrina & Calviniſtarum cōdemnata.

feſſos

Cuim ſit de ſcripturis judicare etiam ſecundū Adverſarios.

feſſos fuiſſe Lutheranos in Comitijs generalibus Auguſtanis, teſtatur Melchior Canus Epiſcopus Canarienſ. in locis Theolog. lib 2. cap. 7.

Reſtat videre quos Patronos & fautores habeant hi ſectarij noſtri temporis.

Hæretici antiqui.

« Armeni anno Chriſti 600. negarunt
« Matrimonium eſſe ſacramentum *Ita de*
« *eis refert Alphonſus Zamerenſis cap. de Marti-*
« *monio.* Ita quod etſi admiſerint Matri-
« monium contra Manichæos, Tatianos,
« & alios ſimiles, qui volebant coitum va-
« gum eſſe debere, prohibentes nubere,
« quaſi nuptiæ ſint malæ, quos redarguit
« Apoſtolus, 1. ad Timoth. 4. prout & D.
« Irenæus facit, lib. 1. adversùs hæreſes
« cap. 31. & 32. Nihilominùs negarunt Ma-
« trimonium eſſe ſacramentum; *prout &*
« *de eis refert Alphonſus à Caſtro, lib. 11. adversùs*
« *hæreſes, De Matrim. hæreſ. 3. Ita & de eis*
« *Prateolus in Elencho Alphab. omnium hæreſ.*
« *& eſt eorum hæreſis 16.*

« Eraſmus Rothorodamus ad caput 7.
« prioris ad Corinth. in dubium revocat
« nùm Matrimonium ſit ſacramentum.

« Lutherus & Calvinus ſecuti ſunt Ar-
« menos; ſectarij noſtri temporis Lutherū

& Cal-

& Calvinum: quare meritò vocantur Lu- »
therani, & Calviniſtæ, ut à quib⁹ ſuã ſum- »
pſerunt doctrinã, ut Ariſtotelici ab Ari- »
ſtotele; Nam, ut viſum eſt, ex Evangelio
non habent ſuam doctrinam, nec ex ſa-
crâ ſcripturâ; quia docet oppoſitum, ut
ex ſanctis Patribus, & conſenſu commu-
ni totius Eccleſiæ Catholicæ oſtendi:
quare minimè cenſendi ſunt Evangelici,
vt prætendunt, niſi fortè cujuſdam quin-
ti Evangelij contrarij Evangelio Chriſti.

De Sacramento Pœnitentiæ, quod Calviniſtæ negant.

CAlvinus lib. 4. Inſt. cap. 19. ſect. 17. »
Ne tamen animos tollant quacunq; »
in parte ſacramentum poſuerint, nego »
jure haberi pro ſacramento. Primùm »
quod nulla Dei promiſſio ſingularis ad »
hanc rem extet, &c. Subdit infrà. Men- » *Calvini doctrina de ſacramento pœnitentiæ.*
dacium ergò fuit, & impoſtura, quod de »
ſacramento Pœnitentiæ ſunt commen- »
tati. Ementitium hoc ſacramentum »
ornarunt quo decebat elogio, ſecundam »
eſſe tabulam poſt naufragium: quia ſi »
quis veſtem innocentiæ in baptiſmo per- »
ceptam peccando corruperit; per pœ- »
nitentiam reparari poteſt. ſed dictum eſt »
D. Hie-

« D. Hieronymi. Cuiuſcunque ſit, quin-
« planè impium ſit, excuſari nequit, ſi ex
« eorum ſenſu exponitur. Quaſi verò per
« peccatum deleatur Baptiſmus, & non-
« potius in memoriam revocandus ſit,
« peccatori, quoties de peccati remiſſione
« cogitat, ut illic ſeſe colligat, animumque
« recipiat, & fidem confirmet, peccatorũ
« remiſſionem ſe impetraturum, quæ ſibi
« in Baptiſmo promiſſa ſit, &c. Clarè vi-
« des ſacramentum pœnitentiæ negare.

« Lutherus non diſſentit ab eo, nam etſi
« in Confeſſ. Auguſt. videatur ponere pœ-
« nitentiam inter ſacramenta, tamen in-
« lib. de Capt. Bab. propè finem poſt mul-
« ta & varia verba tandem ultimò conclu-
« ſit & dixit. Tantùm duo ſunt in Eccleſiâ
« Dei ſacramenta, Baptiſmus, & Panis, cum
« in his ſolis, & inſtitutum divinitùs ſignũ,
« & promiſſionẽ remiſſionis peccatorum
« videamus. Nam pœnitentiæ ſacramen-
« tum quod ego his duobus accenſui,
« ſigno viſibili, & divinitùs inſtituto, caret,
« & aliud non eſſe dixi, quàm viam & redi-
« tum ad Baptiſmum, &c.

Lutherus duo tantùm ſacramenta in Eccleſià admittit cum Calvino.

Vides idem prorsùs habere quod Cal-
vinus habet. Sequuntur eos ſectarij no-
ſtri temporis, quos Calviniſtas vocamus.

Quod

Quod hanc ſuam doctrinam non habeant ex Evangelio, oſtendo.

Chriſtus loquens Petro Apoſtolo, Matth. 16. ait. *Et ego dico tibi: quia tu es Petrus; & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversùs eam. Et tibi dabo claves Regni Cœlorum. Et quodcunq; ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in Cœlis. Et quodcunq; ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in Cœlis, &c.*

Matth. 18. *Amen dico vobis: Quæcunq; alligaveritis ſuper terram, erunt ligata & in Cœlo: & quæcunq; ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta & in Cœlo.*

Ioannis 20. *Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & & quorum retinueritis, retenta ſunt.*

Hunc locum communitèr Orthodoxi interpretantur de ſacramento pœnitentiæ, ſicut & loca apud Matth. vide Auguſtinum Tom. 10. Homil. 50. cap. 10. & 11. in Evangeliũ Ioannis tract. 118. Tom. 3. de doctrinâ Chriſt. lib. 1. cap. 16. & 17. *Has igitur Claves*, ait, *dedit Eccleſiæ, ut quæ ſolveret in terrâ, ſoluta eſſent & in Cœlo; quæ ligaret in terrâ, ligata eſſent & in Cœlo: ſcilicet, ut quiſquis in Eccleſiâ eius dimitti ſibi peccata non crederet, non ei dimitterentur; quiſquis*

Locus cap. 20. Ioannis cum cæteris Matth. 16. & 18. interpretantur de ſacramento pœnitentia.

Digitized by Google

autẽ crederet, ſeq; ab eis correptus averteret, in eiuſdẽ Eccleſiæ gremio conſtitutus, eadem fide & correptione ſanarentur. Hæc ille, quem vide & Tom.10. lib. 50. Homiliarum, Hom.23. ubi citat verba Matth. 18. ubi ait. *Ipſum confiteri ab occulto & tenebroſo procedere eſt.* ſed quid Dominus ſuæ Eccleſiæ inquit? *Quæ ſolveritis in terrâ, ſoluta erunt in Cœlo.* Ita & D. Ignatius Chriſti martyr año Chriſti 100. Epiſt. ad Philadelphienſ.

Concilij generalis diffinitio.

Hoc diffinitum eſt in Concilio Florentino in doctrinâ de ſacramentis: Ibi enim enumerantur ſeptem novæ legis ſacramenta verè & propriè dicta; quod Græci omnes qui interfuerunt, probarunt: Quare Concilium Trident. ſeſſ.14. can. 1. de ſacramento pœnitentiæ, ait: *Si quis dixerit, in Catholicâ Eccleſiâ pœnitentiam non eſſe verè & propriè ſacramentum pro fidelibus, quoties poſt Baptiſmum in peccata labuntur, ipſi Deo reconciliandum, à Chriſto Domino inſtitutum, anathema ſit.*

Canone 2. Calvini doctrina condemnatur, dùm negat ſacramentum pœnitentiæ eſſe ſecundam poſt naufragium tabulam; prout & Lutherus fecit lib. de Capt. Babil. cap. de Baptiſmo. Can. 3. anathematizantur illi, qui negant illum

locum

locum citatū Ioannis 20. debere intelligi de ſacramento pœnitentiæ: prout ſunt Calvinus & Lutherus cum ſuis aſſeclis.

De hoc ſacramento hîc fuſius non tracto: quia plura dicturus ſum, cum agam de partibus eius, & tota nobiſcum ſentit Orientalis Eccleſia.

Reſtat videre quos fautores & Patronos Calvinus & Lutherus habeant cum ſuis.

Novatus anno Chriſti 250. ſcribens ad » omnes Eccleſias, Remiſſionem peccato- » rum ſoli Deo tribuebat, ſacerdoti verò » nullam tribuit poteſtatem, quâ poſſit » pœnitentes contritos, & confeſſos ab- » ſolvere. *Ita D. Cyprianus lib. 4. cap. 2. adverſùs hæreſes. Euſebius lib. 6. Hiſt. Eccleſ. cap. 39. D. Ambroſ. lib. 4. de Pœnit. cap. 2.* *Hæretici antiqui.*

Exorti ſunt Novatiani à Novato hæ- » retico, Galli & Voluſiani Imperatorum, » & Cornelij ſummi Pontif. temporibus, » teſte Prateolo, Elenchi Alphab. omnium » hæreſum lib. 12. »

Aceſius Novatianus non in ſacerdo- » tum, ſed in Dei ſolius ſitum eſſe poteſtate » dixit remittendi peccata. *Ita Zozomenus* » *lib. 1. cap. 21. Hiſt. Eccleſ.*

Lutherus cum Calvino ſecuti ſunt eos. Lutherus enim in articulis condemnatis à Leone X. art. 13. ſic habet.

Nota hanc Lutheri ſpecialem doctrinam & planè hæreticam.

« In ſacramento pœnitentiæ ac remiſſio-
« ne culpæ non plus facit Papa, Epiſcopus,
« quàm infimus ſacerdos, imò ubi non eſt
« ſacerdos, æquè tantùm quilibet Chriſtia-
« nus, etiamſi mulier aut puer ſit. Hæc ille.

Qui vult verba citata Matth. 18. *Quodcunque ſolveritis* eſſe dicta omnibus, etiam mulieribus, & pueris, & vult omnes eſſe æqualitèr ſacerdotes factos in Baptiſmo.

« Deinde in explicatione art. 1. condem-
« nati, dicit non ſacramentum juſtificare,
« ſed fidem ſacramenti. De his ſuis locis.

Cenſura Orientalis Eccleſiæ contra negantes numerum ſeptenarium ſacramentorum in Eccleſiâ Chriſti.

Hanc Cenſuram ad longum pono hîc quæ facta eſt anno 1576. ut totus mundus ſciat, Eccleſiam Romanam ſempèr rectè ſenſiſſe de numero ſacramentorum in Eccleſiâ Dei, nam 8. annis poſt celebratum Concilium generale Tridentinũ facta eſt, in quo Concilio doctrina Lutheri, Calvini, & ſequacium eorũ, contra numerum ſacramentorum, condemnata fue-

fuerat, anathematizatis omnibus defendentibus eam; quo viſo, recurſum habuerunt ad Eccleſiam orientalem, nempè ad Hieremiam, pro tunc Patriarcham Conſtantinopolitanum, qui in hanc formam reſpondit eis.

Septimum caput Confeſſionis veſtræ illud docet, unam ſanctam Eccleſiam Catholicam vos ſequi. Sacra itē Eccleſiæ ſacramenta, cæremonias demùm, & ſacrificia, ritè, & legitimè adminiſtrare (nota eos mentiri hîc; quia nullū admittunt ſacrificium externum). Ad quod illud dicimus; præclarè nobis ſanctos tradidiſſe Patres; unam ſanctam Catholicam, & Apoſtolicam totius populi Chriſtiani Eccleſiam eſſe, eorum hominum, qui ea omnia, quæ à legibus antiquis præſcripta ſunt, à ſacriſq; Canonibus definita, ab ipſoq; deniq; ſpiritu Dei per ſanctos Patres ſancita, & firmata, piè & ſanctè ſervant, & tuentur. In eâ ipsâ item Catholicâ & orthodoxâ Eccleſiâ ſeptem divina ſacramenta eſſe; Baptiſmum ſcilicet, Sacri unguenti Vnctionem, ſacram Communionem, Ordinem, Matrimonium, Pœnitentiam, & extremæ vnctionis oleū. Nam cum dona ſpiritus ſancti, teſte

Hic Lutherani mentiuntur Patriarcha, quia ſacrificium externum nō admittunt.

Eccleſia ſeptem ſacramenta diuina, ex ſimilitudine,

Sacramenta cõferunt gratiam ex opere operato.

Sacramẽta quæ omnib9 communia, & quæ non, & ad quid ſint.

Sacerdotes Deo conſecrantur.

Sacramenta animæ medicinæ, Pœnitentia & extrema Vnctio.

Iſaiâ, ſeptem ſint; ſeptem item ſacramenta, quæ ab eodem ſpiritu ſancto vim efficiendi habent, ſint oportet. Non plura autem, nec pauciora eſſe; vel ipſa plena rei partitio demonſtrat. Omne enim ſacramentum, vel ad generationem & propagationem hominum refertur, & tales ſunt illæ, quæ in Domino ſuſcipiuntur nuptiæ, vel ad conſequendam æternam ſalutem; & talis eſt ſacerdotalis Ordo, & ea, quæ per ipſos ſacerdotes, vel in ipſis ſacerdotibus efficiuntur: quæ vel omnibus inſerviunt, & communia ſunt; & talis eſt Baptiſmus, Confirmatio, extrema Vnctio, Communio item ſacra: vel quibuſdam tantùm; talis autem eſt, in conſecratis quidam Deo ſacer ordo, ipſaq; conſecratio; vt in laicis diximus eſſe nuptias: In his autem qui poſt Baptiſmum delinquunt, Pœnitentia, ac extrema ſacri olei perunctio: quæ veluti medicinæ quædam lapſis poſt Baptiſmũ ſunt relictæ; ut vel ipſam remiſſionem peccatorum conferant, vel reliquias earum ſordium, quæ per pœnitentiam expurgatæ non ſunt, emundent. Sacramenta autem hæc dicuntur; quod in ſenſibilibus ſignis, & ſymbolis, ſpirituales & ar-

canos

Digitized by Google

canos contineant effectus. Quæ quidem omnia ſacramenta ſacra ſanciuntur ſcriptura, certamq; ac diffinitam materiam, & formam, efficientem item, aut potius dicam inſtrumentalem habent cauſam. Vti Baptiſmi quidem materia eſt aqua; forma autẽ verba ſacerdotis illa: Baptizetur ſervus Dei, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti: Inſtrumentalis autem cauſa, ſacerdos eſt: niſi quid aliud præceps neceſſitas expoſcat; Nam & tùm ab alio, quàm à ſacerdote collatus Baptiſmus, vim ſuam retinet, ſimilitèr autem & in alijs omnibus, certam itidem materiam, & formam, inſtrumentalemq; cauſam ſimiliaq; omnia invenire licet, &c.

Septem ſacramenta probantur ex ſacrà ſcriptura, eaq; divina quod benè nota.

Cauſa inſtrumentalis ſacramentorum ſacerdos.

Nota benè illa verba omnia ſacramenta ſacra ſanciuntur ſcriptura, hoc enim probavimus.

Subdit. Baptiſmus igitur, per ſpiritum ſanctum nos regenerat; Nam cum mundam illam & impaſſibilem generationem noſtram vitio noſtri primi Parentis, perdiderimus, in iniquitatibus noſtris concipiamur, juxta magni Regis quærelam, *& in peccatis conceperit unumquemque noſtrum mater noſtra;* datum eſt lavacrum divi-

De Baptiſmo.

Vniverſa hac deſcriptio ſacramentorum ſumpta eſt ex libro Simonis Theſſal. de ſeptẽ Eccleſ. ſacr. ex cap. 1.

Digitized by Google

divinum, ad eluendas illas maculas, quod eas emundet, & expurget ſordes, ſacer inquam Baptiſmus. Sacrum porrò Chriſma; ſive Confirmatio; primum illud ſigillum imprimit, ipſamq́; imaginem divinam in nobis revocat; roburq́; animæ auget; quæ omnia inobedientia primi parentis noſtri, vel perdita, vel in nobis labefactata fuerunt. Quare ipſius ſpiritus ſancti nobis confert virtutem, eiuſque bono odore nos prolixè perfundit: eſtque Chriſti nota atque ſigillum.

De Confirmatione.

Sacra verò Communio nos cum Chriſto jungit, per eamque veri corporis, & ſanguinis eius participes efficimur. Et ut per illam eſcam lethalem, omnes mortui ſumus, ipſoq́; Paradiſo exuti, & ab omni divinâ conſuetudine excluſi, ita per corporis & ſanguinis Ieſu Chriſti ſpirituale alimentum, vitæ æternæ item reſtituimur, & corruptionẽ quidem deponentes, cum ipſo immortali Deo conjungimur, qui propter nos, carne noſtrâ mortalis fieri voluit.

De Eucharistiâ.

Sacer autem Ordo, eâ facultate & poteſtate nos donat; quâ ipſe eſt præditus, qui fecit & creavit nos. Cum enim nihil earum rerum quæ ſunt, ſine ipſo eſſe poſſit, ea cauſa in mundum

De Ordine.

venit,

venit, ut nos ad benè beatèq; vivendum deducat, eam ipſam vim & facultatem, quam propter nos ſuſcepit, & in noſtrâ exercuit naturâ, nobis item in ſacerdotali ordine reliquit; per quem nobis omnia conficiuntur ſacra, & ſine quo nihil ſacrum, nihil Deo dignũ eſſe poteſt. Et quemadmodum à principio omnium rerum, quæ ſub aſpectum cadunt, nos Dominos & Principes conſtituit; ita nunc longè excellentiùs per ſacerdotiũ, ipſosque ſacerdotes Principes nos, & Præſides eſſe voluit: Cœli enim ipſius claves Apoſtolis, illisque omnibus, qui perpetuâ ſucceſſione in eorum loca ſufſici debebant, credidit.

Per Sacerdotẽ omnia ſacra conficiuntur.

Per ſacerdotium nos Principes & Præſides ſumus.

Nuptiæ verò condeſcenſionis cujusdam & indulgentiæ divinæ hîc in hac mortali vitâ eſſe videntur, ob liberorum ſuſceptionem, donec univerſitas hæc cum ſuâ corruptione conſiſtat. Neque enim voluit Deus, ut more belluarum, ex fluxu & ſordibus homo concipiatur; verùm cum ſpontè in mortem prolapſus eſſet, permiſit Deus, vt more reliquorum animantium, ſucceſſionem ſuam propaget: ut vel hinc, ſaltem cognoſcat, in quem ſtatum, per inobedientiam paren-

De Matrimonio.

Cur Deus voluerit eſſe Matrimonium.

Digitized by Google

tum ſuorum conjectus ſit ; donec reſuſcitet nos, ac priori immortalitati reſtituat, ille qui naturâ ſuâ immortalis, propter nos mortuus eſt, & reſurrexit. Propterea & ipſe benedixit nuptijs, ut non ſine benedictione cœleſti, ortus noſtri initia & principia jaciantur, &c. Hæc loco cit.

Iam clarè ab Eccleſiâ Orientali contra adverſarios de quinque ſacramentis doctrinam habes, prout docet Romana Eccleſia.

De Pœnitentiâ.

Nota benè hic contra adverſarios pro bonis operibus.

Subdit. Pœnitentia verò correctionem, & reſtaurationem à lapſu efficit. Quandoquidem poſt ſacrum Baptiſma, nulla jam alia curatio ſupereſt, quæ ſit purè gratuita, & ex dono, ſine certaminibus, ſine laboribus noſtris, præter eam, quæ ſit per converſionem, per lachrymas eorum delictorum, quibus Deum offendimus plenam detectionem, ac per ipſam peccatorum fugam. In quo ſolo remedio & curatione, remiſſionis peccatorum nobis relictum eſt donum. Vnde & Monachatus ipſe eorum, qui ita ut dignum eſt, eâ vocatione utuntur, profluxit : qui nihil aliud eſt, quàm veræ pœnitentiæ profeſſio, pignus atque arrabo.

Nota & pro integrâ confeſſione peccatorum.

Monachatus quid ſit.

Sa-

Sacrum verò oleũm, ſive ultima unctio, nobis divinitùs tradita, & ipſa eſt divinum ſacramentum, atque Cæremonia, divinæ nobis miſericordiæ typum repræſentans; quæ in redemptionem, & ſanctificationem illis, qui à peccatis convertuntur conferri ſolet; proptereaque & ipſa remiſſionem peccatorum præbet, & ex multis infirmitatibus nos ſublevat, eosq; qui illa dignè utuntur, ſanctificat.

De extremâ unctione divinitùs tradita.

Et hæc quidem omnia ſalutis noſtræ remedia, & ipſe Ieſus Chriſtus Deus, & Dominus noſter nobis tradidit, & ſancti eius Apoſtoli. Nam cum ex duplici naturâ conſtemus, anima, inquam, & corpore, duplicitèr item hæc remedia nobis tradita ſunt: uti reverà & ipſe Ieſus Chriſtus, duplex quodammodo cauſa noſtra fieri voluit, Deus, inquam, & homo; quatenus quidem inviſibili gratiâ ſpiritus ſancti, inviſibili modo ſpiritualitèr, animas noſtras ſanctificet; rebus autem ſenſibilibus, aquâ, inquam, oleo, pane, & vino, & cæteris ſimilibus, ſpiritu Dei ſanctificatis, emundentur, & ſanctificentur corpora omnium noſtrum: & ſic omni ex parte nos ſalvet, ad eamque perfectionẽ, in quâ nos olim creaverat, ite-

Vt duplici naturâ conſtamus: ita duplici indigemus remedio.

iterùm reſtituat. Quo item modo aliquando à mortuis excitabit, ut unusquiſque recipiat, prout geſſit in corpore ſuo. Et de ſacramentis quidem, quid unumquodque ſit, quantumque ad ſalutem conferat, hactenus à nobis dictū ſit.

De inſtitutione ſacramentorum, & primò de matrimonio.

Vnde autem ſingula principium acceperint; nunc paucis exponamus. Matrimonium igitur in primis ab ipſo Deo, omnium rerum omnipotente authore, ab initio conſtitutum, ſancitumque eſt, tùm, cùm in Paradiſo Adamum cum Evâ conjunxit. Poſt verò ubi ſalus mundi apparuit, ab ipſo Chriſto Ieſu confirmatum; partìm, dùm primo miraculo, converſæ aquæ in vinum, honeſtatur, partìm dùm Moſaica lex, quæ dato libello repudij, uxorem dimittere permittebat, in eâ parte clarè perficitur, illudque docetur, à principio, non ſic fuiſſe; ſed propter duritiam cordis eorum, qui legem acceperant, id conceſsū eſſe. Et illis item verbis; *Quos Deus conjunxit, hominem ſeparare non debere.* Sed & Apoſtolus: *Honorabile connubium in omnibus, & thorum immaculatum eſſe docuit, magnumq́ ſacramentum inter Chriſtum & Eccleſiam eſſe pronuntiavit.* Sic à principio creationis, ſacramen-

Deut. 24.

Matth. 19.

men-

nentum hoc inſtitutum eſt. In novo autem, vt dictum eſt, teſtamento confirmatum. Sacer autem Ordo, ut interim illud, quod ante datam legem fuit, umbratile ſacerdotium, propter traditionis obſcuritatem prætermittatur, ab ipſo univerſitatis Domino, in Moyſe & Aarone clariſſimè, unà cum ipſo vero Dei cultu inſtitutum fuit; ipſi legali cultui, per omnia reſpondens. Illi autem qui in lege gratiæ, hoc tali honore digni habiti ſunt, primùm quidem ad eam rem ab ipſo Dei filio, uti quidem ipſa teſtatur ſacra ſcriptura, delecti ſunt, qui in hunc modum ſuos compellat Diſcipulos. *Non vos*, ait, *me elegiſtis, ſed ego elegi vos de mundo.* Deinde verò in ipſo Pentecoſtes die; deſcendente ſuper illos Spiritu ſancto, eosq; Sacerdotes & Pontifices creante, perficiuntur atque conſecrantur: qui ipſi poſteà eos omnes, qui eorum ſucceſſores futuri erant, per manuum impoſitionem conſecrarunt, tantiq; doni participes effecerunt.

De inſtitutione ſacramenti Ordinis.

Sacrum verò novæ legis Baptiſma, ut alia illa veteris legis baptiſmata, quæ umbram tantùm futurorum bonorum, non rem ipſam habebant, prætermittamus;

Differentia Baptiſmatum.

imus; tàm facto, quàm verbo nobis ab ipſo Domino traditum eſt. facto quidem & exemplo, tùm, cum in Iordane baptizari voluit: verbo autem tùm, cum ſuper omnes cœlos aſcenſurus, duodecim illos præſtantiſſimos viros, in orbem univerſum cum ea legatione miſit: *Euntes, docete omnes gentes; baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.*

Matth. 3.

Matth. ult.

De ſacramento Confirmationis.

Sacræ porrò unctionis ſacramentum, etſi quidem verbis ſacræ ſcripturæ non explicetur; ab ipſis tamen Chriſti Dei Diſcipulis nobis traditum eſſe certum eſt: ſacer ſiquidem Dionyſius, divinorum myſteriorum Princeps, hoc ita eſſe, procul dubio à D. Paulo inſtructus, in ſacris ſuis ſcriptis nobis tradidit. Quem virum, meritò primo loco, poſt ſanctos Apoſtolos, ſacra veneratur Eccleſia.

De V. Sacramenti Euchariſtiæ inſtitutione.

Sanctiſſimum autem inter omnia ſacra arcana, cōmunionis ſacramentum; typicè quidem, & in figurâ, omnibus illis deſignabatur legalibus ſacrificijs; verè autem, & reipſâ à Domino ad mortem pro nobis ituro, ante illam ipſam veſperam, cum legitimum Paſcha cum ſuis manducavit myſtis, traditum eſt. Tùm enim juxta ritum à Moſe præſcriptum,

facta

Digitized by Google

aĉtâ Cœnâ, nobis tradidit ſacrificium; panem frangens, ac inter eos, qui menſæ aſſidebant, dividens, propriamq; carnem appellans; ſimiliterq; calicem, plenum vino, aquâ mixto & temperato, illud mixtum, verum & proprium ſanguinem ſuum, re ipſâ eſſe denuntians, illisq; porrigens; ac ita eos in ſui memoriam facere perpetuis temporibus præcipiens: illud ſcientes, quod quotieſcunque hoc ipſum facturi eſſent, toties Domini & Magiſtri ſui mortẽ annunciaturi erant. *Chriſtus tradit ſacrificium.*

Sacrum verò Pœnitentiæ sacramentũ, typicè quidem, & in figurâ in illis omnibus ſacrificijs, quæ in lege Moyſes pro peccato offerri juſſerat, adumbratum fuit; verè autem, & perfeĉtè, ab ipſo Domino tùm inſtitutum, cúm eam ipſam poteſtatem remittendi peccata ſuis tradidit Diſcipulis dicens: *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur illis: quorum retinueritis, retenta ſunt.* Et præcipuè Petro excellenti quodammodo, promittens ſe illi daturum Claves Regni Cœleſtis, ut quæcunque ligaverit ſuper terram, ligata ſint & in Cœlo: Et quæcunque ſolverit ſuper terram, ſoluta eſſent & in Cœlis. Cùm enim interrogaſſet Petrus, *De inſtitutione ſacramenti pœnitentiæ.* *Ioannis 20.* *Matth. 16.* *De Primatu Petri.*

ſepties-

ſeptiesné an pluries, fratri peccanti de-
Matth. 18. licta condonaret? Reſpondit Dominus; non ſepties, ſed ſeptuageſies ſepties; imò toties, quoties peccaverit condonandum illí eſſe.

Extremam autem Vnctionem, etſi conſentaneum eſt ab alijs quoque Apoſtolis profectam eſſe, manifeſtiſſimè tamen à ſancto Iacobo, in epiſtolâ eius
Iacobi 5. Catholicâ traditur. *Triſtatur aliquis veſtrum, oret; æquo animo eſt, pſallat: Infirmatur quis in vobis, inducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei ſalvabit infirmum: & ſi in peccatis ſit, remittentur ei.* Et hæc quidem ille ſic ordinavit, indeque uſque ad noſtra tempora hæc, ita, uti ab illo inſtituta ſunt, à nobis ſanctè & integrè ſervantur. Hæc ibi.

Nota non velle dicere Apoſtolum inſtituiſſe hoc ſacramentum; ſed tantùm docuiſſe modum quo deberet adminiſtrari: nam benè ſcivit Patriarcha à ſolo DEO ſacramenta novæ legis eſſe inſtituta, & à nullo alio potuiſſe inſtitui, prout & videri poteſt in Concilio Florentino generali, cui Græci interfuerunt, & ſubſcripſerunt unanimitèr

cum

ım ſuo Patriarchâ: Quod & poſtremò
ıfinitum fuit in Concilio Trid. ſeſſ. 7.
'an. 1. his verbis. Si quis dixerit, ſacra-
ıenta novæ legis non fuiſſe omnia à
hriſto Ieſu Domino noſtro inſtituta,
ıt eſſe plura, aut pauciora, quàm ſeptē,
delicet, Baptiſmum, Confirmationem,
ıchariſtiam, Pœnitentiam, Extremam
ıctionem, Ordinem, & Matrimonium,
ıt etiam aliquod horum ſeptem non
ſe verè, & propriè ſacramentum; ana-
ıema ſit. Conſentit Patriarcha no-
ſcum.

Hæc igitur ſunt, ait, Eccleſiæ Dei ſa- *Concluſio pulchra.*
'amenta; totq; numero, hocq; modo
ratione, quo dictum eſt, nobis tradita:
ıibus qui dignè perficiuntur, partici-
:s fiunt divinorum ac cœleſtium do-
ırum. Scire autem nos opotret, om-
um eorum ſacramentorum principem
ıaſi, & omnia conficientem, ſanctiſſi-
am, & glorioſam mortem Domini no-
'i Ieſu Chriſti cauſam eſſe; ex quâ, &
r quam, in omnes qui modò ejus par-
:ipes efficiuntur, univerſa hæc dona, &
atiæ promanant, atq; profluunt. Quo
tem modo, & ratione id fiat; alterius
gotij & potius inſtituti eſt, quam præ-

 ſentis,

ſentis, quod longè alium ſcopũ, & finem habet explicare. Hæc cenſura orientalis Eccleſiæ in Confeſſionẽ Auguſtanam.

Adverſariorum doctrina condemnata, nec ipſi ſunt Orthodoxi, nec Catholici.

Ex his clarè patet totam doctrinam Lutheranorum, & Calviniſtarum condemnatam eſſe, quæ negat ſeptem ſacramẽta eſſe propriè & verè in Eccleſiâ Dei, ſicq; etiam judicio Eccleſiæ orientalis, Lutherani & Calviniſtæ non ſunt in Eccleſiâ Dei, imò nec orthodoxi ſunt. Condemnatur & in hoc eorum doctrina, quæ negat ſacramenta novæ legis conferre gratiam, ex opere operato, & ſi non utatur cenſura, eodẽ vocabulo. Dicit enim: Nam cum dona ſpirit⁹ ſancti, teſte Iſaiâ, ſeptem ſint; ſeptẽ item ſacramenta, quæ ab eodem ſpiritu ſancto vim efficiendi habent ſint, oportet, &c. Quid eſt rogo ſacramenta habere vim efficiendi à ſpiritu ſancto? Et quid efficiunt? ſanè gratiam, ut vidimus, & remiſſionem peccatorum maximè in ſacramento Baptiſmi, & ſacramento pœnitentiæ, quæ ſunt ſacramenta animas vivificantia, & à morte perpetuâ liberantiâ: unde ſacramenta mortuorum dicuntur, non quod quibus conferuntur, mundo mortui ſint, ſed Deo, in quo vivificantur per ea. *Omnes*

Cur Baptiſmus & Pœnitentia mortuorum ſacramẽta dicantur.

enim

nim peccaverunt; ait Apoſtolus Rom. 3. *& egent gloria Dei.*

ARTICVLVS IV.

DE TRANSVBSTANTIATIONE.

LVtherani in libro Concordiæ pag. 602. ſic habent. Papiſticam tran- »
ubſtantiationem, cum videlicet in Pa- »
atu docetur panem & vinum in ſacrâ »
Cœnâ ſubſtantiam ſuam, atque natura- »
em ſuam eſſentiam amittere, & ita an- »
ihilari: atq; elementa illa, ita in Chriſti »
orpus tranſmutari, ut præter externas »
pecies; nihil de eis reliquum maneat, »
lamnamus & reijcimus. Hæc Lutherani. »
dem repetunt pag. 756. ejuſdem libri, le Cœnâ Domini.

Hanc doctrinam, non ab Evangelio, ed à Luthero acceperunt in libro de Capt. Babil. Tom. 2. Ien. Lat. fol. 263. ag. 2. in principio verba eius ſunt hæc:
Tranſubſtantiationem verò, poteſtate »
livinâ factam, cum non ſit neceſſe poni »
ro figmento humanæ opinionis haberi; »
quia nullâ ſcripturâ, nullâ ratione niti- »
ur, ut videbimus, &c. »

« Abſurda eſt ergò, & nova verborum « impoſitio, panem pro ſpecie, vel acci- « dentibus vini accipi, &c.

« Subdit ſtatim infrà. Sed & Eccleſia « ultra mille ducentos annos rectè credi- « dit, nec uſquàm, nec unquam de iſtâ « tranſubſtantiationê (portento ſcilicet « vocabulo & ſomnio) meminerunt S.Pa- « tres, donec cœpit Ariſtotelis ſimulata « Philoſophia in Eccleſiâ graſſari, in iſtis « trecentis annis, &c. Hæc ille.

« Calvinus ſecutus eſt Lutherum lib. 4. « Inſt. cap. 17. ſect. 14. ubi ait. Hinc pro- « dijt illa fictitia tranſubſtantiatio, pro « quâ hodie acriùs depugnant, quàm pro « omnibus alijs fidei ſuæ capitibus, &c. Hæc ille.

Quod hanc doctrinam non habeant iſti ab Evangelio, quare nec poſſint dici Evangelici, oſtendo.

Matth. 26. habentur hæc verba. *Cœnantibus autem eis: accepit IESVS panem, & benedixit ac fregit: deditq; Diſcipulis ſuis, & ait: Accipite & comedite. Hoc eſt corpus meum. Et accipiens calicem, gratias egit: & dedit illis dicens: Bibite ex hoc omnes. Hic eſt enim ſanguis meus Novi Teſtamenti: qui*

pro

Digitized by Google

ꝓro multis effundetur in remiſſionem pecca-torum. Hæc ibi. Idem habetur Marci 14. & Lucæ 22. & 1. ad Corinth. 11. & 13.

Hæc verba ſacri Evangelij interpretantur de tranſubſtantiatione, & reali præſentiâ Corporis Chriſti in Euchariſtiâ, omnes Patres Græci & Latini orthodoxæ fidei, ut ſucceſſi[illegible] videbimus.

Sacræ Liturgiæ.

Liturgia D. Petri quâ primùm Romani uſi ſunt.

Domine Deus noſter, qui te obtuliſti pro huius mundi vitâ, reſpice in nos, & ſuper panem iſtum, & calicem hunc, fac eum immaculatum tuum corpus, & pretioſum ſanguinem in perceptionem animarum & corporum. Quam oblationem tu Domine in omnibus quæſumus benedictam, adſcriptam, acceptabilemq́, facere digneris, ut nobis corpus & ſanguis fiat dilectiſſimi filij tui, &c. *Panis fit corpus Chriſti.*

Idem habetur in Canone Miſſæ, quo nunc vtimur in totâ Latinâ Eccleſiâ, & in Liturgiâ Eccleſiæ Hieroſolymitanæ authore D. Iacobo fratre Domini. Item in Liturgiâ Eccleſiæ Alexandrinæ, authore D. Marco Evangeliſtâ.

Nota benè illa verba. fac hunc panẽ immaculatum corpus tuum, & calicem

pretioſum ſanguinem; nam ſi panis fit Corpus Chriſti, panis ſanè non manet, quoad ſubſtantiam, ſicùt nec aqua quoad ſubſtantiam manſit, in Canâ Galileæ, dùm ex eâ factum eſt vinum Ioan.2. Impoſſibile enim eſt, quod hoc ens fiat aliud, & idem in ſe maneat: nam ſi panis quem ego manduco, caro mea fiat, ſanè non manebit in eſſe panis.

Panis in corpus Chriſti transfertur.

Clarius adhuc videamus. In Liturgia Eccleſiæ Æthiopum, primùm à D. Matthæo eorum Apoſtolo conſcripta ſic habetur. *O amator hominum, humilitèr imploramus, ut faciem tuam ſuper hunc panem, & calicem in hoc altari portatili oſtendas ✠. Benedic ✠, ſanctifica ✠, munda, & transfer panem in carnẽ tuam immaculatam, & vinum hoc in ſanguinem tuum pretioſum.* Hæc ibi.

Nota illa verba. Transfer panem in carnẽ tuam immaculatam, & vinum hoc in ſanguinem, &c. Nam ſi transfert panem in carnem ſuam, & vinum in ſanguinem, ergò non manent: Non transfert autem quoad accidentia, ut experientia nos docet, nam eadem accidentia ante, & poſt conſecrationem videmus, ergò ſi transfert, ſecundum ſubſtantiam transfert, & hoc eſt quod tranſubſtantiationem

nem

em vocamus; etenim tranſubſtantiatio
ſt tranſitio totalis ſubſtantię in ſubſtan-
iam, & hoc fit in hoc myſterio, ut clarè
udimus.

*Quod ſuam doctrinam non habeant hi ſe-
ctarij ab alijs Patribus & Orthodoxis,
oſtendo.*

Patres Græci.

Ex 1. ſæculo.

Clemens Romanus anno Chriſti 80. ibro 8. Conſtitut. cap. 14. *Qui pretioſum Corpus, & pretioſum ſanguinem Ieſu Chriſti articipavimus, agamus gratias, &c.* Ita & D. Dionyſius Areopag, anno Chriſti 100. Eccleſ. Hierarch. cap. 2. & 3.

Ex 2. ſæculo.

D. Ignatius Chriſti martyr qui vixit in ine primi ſæculi & principio 2. Epiſtolâ ad Romanos. *Non gaudeo in corruptibili nutrimento, nec voluptatibus huius vitæ: panem Dei volo, panem cœleſtem, quæ eſt caro Chriſti filij Dei, &c.* *Panis fit Caro Chriſti.*

Audis ubiq; hunc panem eſſe carnem Chriſti filij Dei: quod ſi caro Chriſti filij Dei, ergò non jam panis, ſed caro, quia nimirùm in carnem eſt tranſubſtantiatus, nam ſi panis, quem quotidie

manduco fit caro mea, ſanè jam panis non manet, ut omnes fateri debent. Idem docuit D. Irenæus anno Chriſti 180. lib. 4. cap. 34.

Ex 3. ſæculo.

Panis precibus efficitur Corpus Chriſti.

Origenes anno Chriſti 230. lib. 8. contra Celſum. *Nos Conditori omnium DEO gratias agentes, & pro collatis eius in nos beneficijs, actis gratijs, oblatis panibus veſcimur, qui utiq; per precem efficiuntur Corpus ſanctum, & ſanctificans eos, qui ſano propoſito, & mente piâ utuntur.*

Ex 4. ſæculo.

Concilium Nicænum 1. lib. 3. de divinâ menſâ, & de eo quod in ipsâ eſt, myſterio Corporis & ſanguinis Chriſti.

Chriſtus incruentè immolatur à ſacerdotibus.

Attollentes mentem, fide intelligamus ſitum, in ſacrâ illâ menſâ Agnum illum Dei tollentem peccata mundi, incruentè à ſacerdotibus immolatum, & pretioſum ipſius Corpus, & ſanguinem nem nos verè ſumentes, &c.

Magnes ad Theoſtenem lib. 3. anno Chriſti 350. *Si igitur de corpore prædicatur terra, ratione originis antiqua, erat autem terra ratione creationis, propria Chriſti creatura, & ex hac panis & vinum extiterunt, ex ipſo rurſùs Corpus hominis: hoc autem Corpus Chriſti induit, meritò, cum accepiſſet panem & vinum*

dixit:

ixit : Hoc eſt corpus meum, &c. Non enim gura eſt corporis aut ſanguinis, ut quidam ſtuidâ mente nugati ſunt, ſed potius verè Corpus & ſanguis Chriſti.

Calviniſtæ ſtupidi.

Hic à ſacro Concilio in primis damantur Calviniſtæ qui negant realem ræſentiam Corporis Chriſti in Euchaiſtia, quod à Calvino acceperunt lib. 4. nſt. cap. 17. ſect. 24. uſque ad 32. Damantur & Lutherani cum illis qui negant ranſubſtantiationem, & ſacrificium inruentum. Damnantur 2. Calviniſtæ à Doctore citato, qui ſtupidâ mente dierunt in Euchariſtiâ Corpus Chriſti & nguinem eſſe tantùm in figurâ.

Adverſarij hic damnãtur multiplicitèr.

Cyrillus Hieroſ. Catech 4 Myſtag *Cum itur Chriſtus ipſe ſic affirmet, atq; dicat de pae : Hoc eſt Corpus meũ. Quis deinceps audeat ubitare? ac eodem quoq; confirmante, & dicen: Hic eſt ſanguis meus. Quis, inquam, dubitet, dicat nõ eſſe illius ſanguinẽ? Aquam aliquan mutavit in vinũ, quod eſt ſanguini propinuum, in Canâ Galilea, ſolâ voluntate, & non it dignus cui credamus quod vinum in ſaninem tranſmutaſſet, &c.* Subdit infrà : *uare cum omni certitudine Corpus & ſanguim Chriſti ſumamus. Nam ſub ſpecie panis itur tibi Corpus, & ſub ſpecie vini datur tibi ſan-*

Tranſubſtantiatio hic clarè habetur.

Nota hæc verba, ſub ſpecie panis & vini datur tibi Corpus & ſanguis.

Digitized by Google

ſanguis, &c. Subdit infrà. *Hoc ſciens & pro certiſſimo habens, panem hunc qui videtur à nobis, non eſſe panem, etiamſi guſtus panem eſſe ſentiat, ſed eſſe Corpus Chriſti: & vinum quod à nobis conſpicitur, tametſi ſenſui guſtus vinum eſſe videatur: non tamen vinum, ſed ſanguinem eſſe Chriſti.* Hæc ille.

Mendaciũ Lutheri.

Græci utuntur vocabulo (tranſubſtantiatio) æquivalenter.

Hic clariſſimè habes tranſubſtantiationem contra adverſarios; unde apparet quàm craſſum ſit mendacium Lutheri, dùm dicit ſanctos Patres non meminiſſe hoc vocabulum, niſi his trecentis annis; nam etſi vocabulo (tranſubſtantiatio) non vtantur formalitèr, vtuntur tamen æquivalentèr. Quid eſt enim panem & vinum in Corpus & ſanguinem Chriſti tranſmutare, niſi tranſubſtantiare? nam nõ ſecundùm accidentia transmutavit, ut benè dicit, quia ſecundùm ſenſum nobis videtùr eſſe panis, & tamen non eſt, ait, ſed Corpus Chriſti. Deinde dicit quod ſub ſpeciebus panis datur nobis Corpus, & hoc eſt quod tota docet Catholica Eccleſia pro tranſubſtantiatione. Ita & D.Gregorius Nyſſenus año Chriſti 380. Orat. Catecheticâ cap. 37.

Ex 5. ſæculo.

D. Ioannes Chryſoſtomus qui vixit

in

ı fine 4. ſæculi,& principio 5. Hom. 83. ‹ cap. 26. Matth. *Non ſunt*, ait, *humanæ* ‹irtutis hæc opera,quæ tunc in illâ Cœnâ confe- t : ipſe nunc quoque operatur, ipſe perficit, nos ıiniſtrorum ordinem tenemus : qui verò hæc nctificat,& tranſmutat,ipſe eſt,&c.* Hæc ille. upra dixit. *Credamus itaque ubiq; Deo,nec pugnemus ei, etiamſi ſenſui & cogitationi no- ra abſurdum eſſe videatur, quod dicit, ſuperet ſenſum, & rationem noſtram ſermo ipſius, uod in omnibus, & præcipuè in Myſterijs fa- amus,non illa,quæ ante nos jacent ſolummodò ſpicientes, ſed verba quoq; eius tenentes. Nam erbis eius defraudari non poſſumus,ſenſus verò oſter deceptui facillimus eſt : illa falſa eſſe non oſſunt, hic ſæpiùs, atq; ſæpiùs fallitur. Quo- iam ergò ille dixit : Hoc eſt corpus meum, ulla teneamur ambiguitate, ſed credamus, & ulis intellectus id perſpiciamus. Nihil enim nſibile traditum nobis à Chriſto,ſed rebus qui- em ſenſibilibus : omnia verò quæ tradidit, in- nſibilia ſunt.* Hæc ille.

Chriſtus in conſecratione operatur.

Senſus facilè decipitur, non oculis intellectus.

Duo hîc habes maxima documenta ontra Calviniſtas, nempè Corpus Chri- i verè & realitèr contineri ſub ſpecie- us panis,& ſanguinem ſub ſpeciebus vi- i in Euchariſtiâ, itaque tranſubſtantia- onem & ipſi utrumq; negant : Contra

Documēta contra adverſarios.

Luthe-

Lutheranos habes tranſubſtantiationem ſenſus decipitur, ait, non oculus intellectus. Ita docuit & D. Cyrillus Alexandrinus anno Chriſti 430. Epiſtolâ ad Caloſyrium. *Nec dubites an hoc verum ſit, eo manifeſtè dicente. Hoc eſt corpus meum, ſed potius ſuſcipe verba Salvatoris in fide. Cum enim veritas ſit, non mentitur. Inſaniunt igitur, dicentes myſticam benedictionem à ſanctificatione ceſſare, ſi quæ reliquiæ remanſerint ejus in ſequentem diem: non enim mutabitur ſacroſanctum corpus Corpus Chriſti, ſed virtus benedictionis, & vivificativa gratia jugis in eo eſt.*

Adverſarij inſaniunt.

Habes hîc Lutheranos inſanire qui extra uſum Corpus Chriſti non agnoſcunt in Euchariſtiâ. Habes & Calviniſtas cum eis inſanire, qui negant tranſubſtantiationem.

Ex 6. ſæculo.

Qui ſumit unam partem, totum Chriſtum ſumit.

Eutychius Patriarcha Conſtantinop. anno Chriſto 580. Apud Nicetam lib. 3. Annalium de geſtis Alexij Angeli lib. 3. *Totum igitur ſacroſanctum Corpus, & pretioſum ſanguinem Domini accipit homo, etſi horum partem acceperit aliquam. Diſtribuitur enim impartibiliter inter omnes, &c.*

Ex 7. ſæculo.

Maximus Monachus año Chriſti 640.

In ex-

expoſitione Lyturgiæ. *Vbi ſacroſanctum omnipotentem Dei ſpiritum receperint, panis idem in pretioſum & ſanctum eius corpus ıtatur; vinum verò in ipſum ſanguinem eius ıctum & immaculatum, &c.* Idem ha-:tur in Concilio 6. Conſtantinop. an-› Chriſti 680. can. 8. quoad realem ræſentiam Corporis & ſanguinis Chri- in Euchariſtiâ.

Citatur à Græcis Reſp. 1. ad Claudinum Cardinalē Guiſianum.

Ex 8. ſæculo.

D. Damaſcenus anno Chriſti 730. lib. orthod. fidei cap. 14. *Tu quoque nunc æris, quomodo panis Corpus Chriſti fit, & vi-m cum aqua conjunctũ ſanguis Chriſti fiat? bi item reſpondeo: Spiritus ſanctus ſuperve-:, eaq; efficit, quæ orationis facultatem & :ntis intelligentiam excedunt.* Hæc ille. ıbdit infrà. *Nam modus eiuſmodi eſt, ut llâ ratione indagari queat. Quin ne hoc oq; alienum fuerit dicere, quod quemadmo-m panis per cibum, & vinum & aqua per :um in comedentis & bibentis corpus & ſan-inem immutantur, corpusq; alterum fiunt, priore ipſius corpore diverſum: ſic propoſi-nis panis ac vinum & aqua per ſancti ſpi-us invocationem & adventum mirabili modo Chriſti Corpus & ſanguinem vertuntur, nec nt duo, ſed unum & idem. Nec verò panis*

Similitudo optima.

& vi-

Digitized by Google

Non figuratè Chriſtus eſt in Euchariſtiâ, ſed verè realitèr & propriè.

& vinum Corporis Chriſti figura ſunt (abſit hoc) verum ipſummet Domini Corpus divinitate affectum: quippè cum Dominus ipſe dixerit: Hoc eſt non corporis ſignum, ſed corpus: nec ſanguinis ſignum, ſed ſanguis. Hæc D. Damaſcenus.

Notabiliſſimum dictũ.

Concilium 2. Nicænum anno Chriſti 790. Actione 6. *Legas quouſque voles, nunquam invenies, neq; Dominum, neq; Apoſtolos, neq; Patres, incruentum illud ſacrificium, quod à ſacerdote offertur, imaginem dixiſſe, verùm ipſum Corpus & ipſum ſanguinem.* Hæc ille.

Calviniſtarum doctrina hæretica contra realem præſentiam.

Ex hoc Concilio conſtat doctrinam Calviniſticam non eſſe Evangelicam, vel orthodoxam, ſed hæreticam, ut infrà ex ſuis authoribus oſtendam, nam & hoc Concilium clarè hoc docet.

Ex 9. ſæculo.

Theophylactus qui vixit in fine 8. ſæculi & principio 9. In Matth. cap. 26. dicens: *Hoc eſt corpus meum. Oſtendit quod ipſum Corpus Domini eſt panis, qui ſanctificatur in altario, & non reſpondens figura. Non enim dixit: Hoc eſt figura, ſed Hoc eſt corpus meum. Ineffabili enim operatione transformatur, etiamſi nobis videatur panis, quoniam infirmi ſumus, & abhorremus crudas carnes comedere, maximè hominis carnem: & ideò*

panis

panis quidem apparet, ſed revera caro eſt. Hæc illæ. Vide eum & in cap. 14. Marci.

Panis qui apparet in Euchariſtiâ revera caro eſt.

Ex 11. ſæculo.

Euthymius anno Chriſti 1080. ad cap. 26. Matth. *Non dicit, hæc ſunt ſigna Corporis mei, & ſanguinis mei: ſed, Hæc ſunt Corpus meum, & ſanguis meus. Oportet ergò non ad naturam eorum, quæ proponuntur, adſpicere; ſed ad virtutem eorum. Quemadmodum enim ſupernaturalitèr, aſſumptam carnem deificavit: (ſi ita loqui liceat) Ita & hæc ineffabilitèr tranſmutat in ipſum vivificum Corpus ſuum, & in ipſum pretioſum ſanguinem ſuum, &c.* Hæc illæ.

Virtus conſideranda non naturâ.

Ex 12. ſæculo.

Nicolaus Methonienſis 1130. Oratione de Euchariſtiâ. *Myſticam hanc & incruentam conſecrationem, quâ panem & calicem conſecratos in Corpus & ſanguinem Domini tranſmutari credimus, à quonam principium accepiſſe dicas? Nonne ab ipſo Deo, & Servatore noſtro Ieſu Chriſto; quemadmodum nos docent ſacra Evangelia? prorſus ab eo, &c. Quid hæſitas? Quid omnipotenti impotentiam attribuis?* Hæc ille qui comparat eos qui negant tranſubſtantiationem Arianis vel Iudæis, qui non credunt Chriſtum verum

Adverſarij comparantur Arianis vel Iudæis.

eſſe Dei filium, & conſequentèr adimunt ei omnipotentiam, vide ibi.

Adverſariorum doctrina non Evangelica.

Ex his conſtat doctrinam Lutheranorum & Calviniſtarum, non eſſe Evangelicam, ſed planè hæreticam, nam dicit ipſe Doctor ſacra Evangelia nos docere panem & calicem tranſmutari in Corpus, & ſanguinem Chriſti, & qui contrarium ſentiunt, ut Lutherani, & Calviniſtæ, dicit omnipotenti impotentiam attribuere.

Ex 13. ſæculo.

Nicetas Choniates, hic vixit in fine 12. ſæculi & principio 13. De geſtis Alexij Angeli. *Neq; enim aliud id eſt, quod percipitur, quàm illud Corpus, quod morte ſuperata, vitam noſtram auſpicatum eſt. Vt enim parum fermenti, totam maſſam fermentat, & ſibi ſimilem & parem reddit, ut D. Apoſtolus,* ait. *ſic immortale factum Dei Corpus, cùm in noſtro Corpore fuerit, totum id in ſe commutat & transfert, &c.*

Tota ſubſtantia panis in Corpus Chriſti transfertur.

Ex 15. ſæculo.

Beſſarion Nyſſenus año Chriſti 1460. De Sacramento Euchariſtiæ. *Quod igitur impoſſibile alijs ſit, quàm Dominicis verbis Euchariſtiæ ſacramentum confici, evidentiſſimè, & luce clarius apparet. Enimverò nemo*

eſt,

Digitized by Google

eſt, quem lateat, quemadmodum panis & vini in Corpus, & ſanguinem Chriſti in inſtanti facta tranſubſtantiatio humanam omnem facultatem excedit, &c. Hæc ille.

Hîc habes vocabulum tranſubſtantiationem, quod quærebant Adverſarij.

Ex 16. ſæculo.

Græci Venetijs agentes anno Chriſti 1570. Reſp. ad Claudium Cardinalem Guiſianum quæſt. 1. *Credimus ac confitemur panem in Chriſti Corpus, ac ſimili ratione vinum in ſanguinem Chriſti ita mutari, ut neq; panis, neq; vinum maneant, ſed in divinam ſubſtantiam tranſelementententur, &c.* Subdit infrà. *Cum Chriſtus ait: Hoc eſt Corpus meum, panem, qui conſecratur in arâ, non ſignum, ſed ipſum Domini Corpus eſſe demonſtrat. Non enim dixit: Hoc eſt ſignum; ſed, Hoc eſt Corpus meum. Quippe vi quadam ineffabili fit mutatio, tametſi nobis videatur eſſe panis, &c.* Hæc ibi.

Chriſtus realiter in Euchariſtiâ non in figurâ vel ſigno.

In duobus condemnantur hîc Calviniſtæ, nempè in hoc quod negant tranſubſtantiationem, & realem præſentiam Corporis & ſanguinem Chriſti contineri ſub illis elementis: Hoc enim, ut vidimus, hæreticum eſt.

Calviniſtæ in duobus damnantur.

Digitized by Google

Cenſura Orientalis Eccleſiæ in Confeſſionẽ Auguſtanam Lutheranorum.

Hieremias Patriarcha Conſtantinop. anno Chriſti 1670. In reſponſione 1. ad cap. 13. dictæ Confeſſ. de uſu ſacrament. *Reverà transſmutatur panis, & poſtea verus panis fit: cuius rei ratio & modus, nullo ingenio, nullo ore humano explicari poteſt, &c. Ac fit à nobis quidem ablatio: fit verò inviſibilitèr ſacrificium, ſpecierumq́; mutatio in ipſum Corpus & ſanguinem Domini, &c.*

In reſponſ. 2. ad cap. 4. *Panis fit Corpus Chriſti, & vinum & aqua ſanguis Chriſti, superventu ſpiritus ſancti ea transſmutantis ſupra hominum rationem, & cogitationem. Propoſitionis panis, inquam, & vinum, & aqua, invocato & ſuperveniente ſpiritu ſancto, ſupra omnem naturæ rationem & cogitationem transmutantur in Corpus & ſanguinem Chriſti, nec duo jam ſunt, ſed unum & idem. Non eſt porrò panis & vinum typus Corporis & ſanguinis Chriſti (abſit): ſed ipſum Corpus Domini deificatum, non typus ſanguinis, ſed ſanguis, &c.* Hæc ibi.

Per hæc habes condemnatam Luthéranorum & Calviniſtarum doctrinam, qui negant tranſubſtantiationem, qui negant

negant ſacrificium externum & incruentum, ſed ſpecialitèr Calviniſticam, quæ negat realē præſentiam Corporis Chriſti ſub ſpeciebus Euchariſticis, & ita, ut vidimus, ſunt condemnati à totâ Eccleſiâ Orientali, ad quam tamen confugerant Lutherani, pro confirmatione, & approbatione ſuæ doctrinæ, ſicq; non doctrina eorum evangelica eſt & orthodoxa, ſed merè hæretica, & ab hæreticis accepta, ut oſtendam.

Adverſarij, ut hæretici à totâ Græcâ, ſeu Orientali Eccleſiâ ſunt condemnati.

Quod ſuam doctrinam non habeant à Patribus & ſcriptoribus orthodoxis Latinis, oſtendo.

Ex 2. ſæculo.

Alexander Papa anno Chriſti 110. Epiſt. 1. cap. 4. *In ſacramentorum quoque oblationibus quæ inter miſſarum ſolemnia Domino offeruntur, paſſio Domini miſcenda eſt, ut eius, cuius corpus conficitur & ſanguis, paſſio celebratur.* Hæc ibi.

Hic habes duo documenta contra Calviniſtas, nempè dari ſacrificium externum, (quod & cum eis negant Lutherani) & corpus & ſanguinem Chriſti, verè & realitèr contineri in ſacramento Euchariſtiæ.

Documenta contra Adverſarios.

Digitized by Google

Ex 3. ſæculo.

D. Cyprianus anno Chriſti 250. De Cœnâ Domini. *Panis iſte, quem Dominus Diſcipulis porrigebat, non effigie, ſed naturâ mutatus, omnipotentia verbi factus eſt caro, &c.*

Nota benè verba huius Sancti, quod non effigie, ut volunt Calviniſtæ, ſed naturâ ſit mutatus panis, & factus verbi caro omnipotentia Dei: Nam ſi naturâ eſt mutatus, & caro factus verbi, jam non manet panis; contra Calviniſtas & Lutheranos.

Ex 4. ſæculo.

Ante conſecrationẽ panis, poſt conſecrationem Chriſti corpus fit.

D. Ambroſius anno Chriſti 370. lib. 4. de Sacram. cap. 4. *Tu fortè dicis: meus panis eſt uſitatus, ſed panis iſte, panis eſt ante verba ſacramentorum: ubi acceſſerit conſecratio, de pane fit caro Chriſti. Hoc igitur aſtruamus; quomodo poteſt qui panis eſt; corpus eſſe Chriſti? conſecratione: Conſecratio ergò quibus verbis eſt, & cuius ſermonibus? Domini IESV. Nam reliqua omnia quæ dicuntur, laus Deo defertur, &c.* Et cap. 5. *Antequam conſecretur, panis eſt: ubi autem verba Chriſti acceſſerint, Corpus eſt Chriſti. Denique audi dicentem: Accipite, & edite ex eo omnes: Hoc eſt enim corpus meum, &c.* Idem dicit de vino quod ante conſecrationem eſt vinum.

Digitized by Google

num. Subdit: *Videte quantis generibus potens eſt ſermo Chriſti univerſa convertere.* Hæc ille.

Audis clarè contra Adverſarios panem eſſe converſum in corpus Chriſti, eſſe carnem Chriſti poſt conſecrationẽ, ſi ſit converſus, ſanè non manet, ſicut aqua quæ converſa eſt à Chriſto in vinum in Canâ Galileæ non manſit aqua, ut habetur Ioan. 2.

D. Hieronymus anno Chriſti 390 Ad cap. 5. ad Gal. *Scimus vinum in Chriſti ſanguinem conſecrari, &c.* ad Pſal. 145. *dicit quod panis vera Caro Chriſti eſt: ſi Caro Chriſti, ergò non panis, & dicit quod vera, ergò non figurativè, ergò non metaphoricè, ut volunt Calviniſtæ.*

Ex 5. ſæculo.

D. Auguſtinus qui vixit in fine 4. ſæculi & principio 5. prout citatur de Conſ. diſt. 2. cap. utrum ſub figura, &c. *Nunc autem, ait, ſicut ipſe eſt qui baptizat; Ita ipſe eſt qui per ſpiritum ſanctum hanc ſubſtantiam efficit carnẽ, & tranſit vinum in ſanguinẽ, &c.* Vide plura ibi, & contra Adverſarium Legis & Proph. lib. 2. cap. 9, & de viſit. infirm. lib. 11. cap. 4.

Subſtantia panis tranſit in Corpus Chriſti.

Gaudentius qui fuit Auguſtino con-

Digitized by Google

Similitudo notabilis.

temporaneus. Tract. 2. de Exodo. *Ipſe igitur naturarum creator & Dominus, qui producit de terrâ panem, de pane rursùs (quia & poteſt & promiſit) efficit proprium Corpus: & qui de aquâ vinum fecit, & de vino ſanguinem ſuum, &c.* Statim infrà citat verba Chriſti Matth. 26. Hoc eſt corpus meum, Hic eſt ſanguis meus. *Credamus cui credidimus, neſcit mendaciū veritas, &c.* Hæc ille.

Nota quod ſimilitudo non valeret, niſi quod ſicut dùm mutavit aquam in vinum in Canâ Galileæ nō manſit aqua, ita dùm vinum in ſanguinem mutat, vinum non manet.

Idem docet D. Leo Magnus anno Chriſti 450. ſermone 7. de paſſione Domini cap. 1. D. Hilarius anno Chriſti 464. qui citatur de Conſ. diſt. 2. Gelaſius Papa anno Chriſti 490. De Conſecrat. diſt. 2. cap. Comperimus.

Ex 6. ſæculo.

Caſſiodorus anno Chriſti 550. in Pſal. 109. Tu es Sacerdos in æternum. Poſt aliqua citat verba Chriſti quæ habentur Ioannis 6. *Niſi manducaveritis carnem filij hominis, &c. ſed in iſtâ carne & ſanguine nil cruentum, nihil corruptibile mens humana concipiat, ne ſicut dicit Apoſtolus: Qui Domini*

corpus

Digitized by Google

Corpus indignè manducat, judicium ſibi manducet: ſed vivificatricem ſubſtantiam atq; ſalutarem, & ipſius verbi propriam factam, &c.

Subſtantia panis fit ſubſtantia Verbi.

Nota quod ſi ſubſtantia panis facta ſit ſubſtantia verbi (intellige quoad humanitatem) jam non manet panis ſubſtantia contra adverſarios. Docet idem quod Caſſiodorus, D. Gregorius Magnus anno Chriſti 590. Homil. 22. in Evang.

Ex 7. ſæculo.

Iſidorus Hyſpal. anno Chriſti 620. lib. 1. officiorum cap. 18. *Panis quem frangimus Corpus Chriſti eſt, qui dicit. Ego ſum panis vivus, qui de Cœlo deſcendi. Vinum autem ſanguis eius eſt. Hæc autem duo ſunt viſibilia, ſanctificata tamen per ſpiritum ſanctum, in ſacramentum divini Corporis tranſeunt.*

Ex 8. ſæculo.

Venerabilis Beda qui vixit in fine 7. ſæculi & in principio 8. In lib. Boetij de Trinit. *Panis fit Corpus Chriſti. Tranſit enim ſubſtantia panis in Corpus Chriſti.* Hæc ille.

Tranſit ſubſtantia panis in Corpus Chriſti.

Nota benè contra adverſarios, nam ſi ſubſtantia panis tranſit in Corpus Chriſti, non manet panis ſubſtantia.

Ex 9. ſæculo.

Haymo anno Chriſti 820. in paſſionem Chriſti ſecundum Marcum. *Panis in*

Digitized by Google

Carnem Domini mutatur, & idem vinum in ſanguinē Domini transfertur, &c. Idē docet Amalarius Trevirenſ. anno Chriſti 820. De officijs Eccleſ. lib. 3. cap. 24. *Hic credimus naturam ſimplicem panis & vini mixti, verti in naturam rationabilem, ſcilicet Corporis & ſanguinis Chriſti.*

Strabus Anno Chriſti 840. ad cap. 11. prioris ad Corinth. *Nos incerta relinquentes, quod ex authoritatibus certum eſt profitemur, ſcilicet ſubſtantiam panis & vini, in ſubſtantiā Corporis & ſanguinis Dominici converti: modum verò converſionis, nos ignorare non erubeſcimus fateri. Quæ autem remanent de priori ſubſtantia accidentia, ſcilicet color, ſapor, forma, pondus, nec ipſum Corpus Chriſti afficiunt, nec in eo fundantur.* Hæc ille.

Accidentia in Eucharistiâ non afficiunt ſubſtantiam.

Nota ipſum dicere nos habere certum ex authoritatibus ſubſtantiam panis converti in ſubſtantiam Corporis Dominici, &c. Ex quo ſequitur doctrinam adverſariorum non eſſe ex autoritatibus & certam, ſed incertam, imò hæreticam.

Noſtra doctrina ex authoritatibus, non adverſariorum.

Ex 10. ſæculo.

Altercatio ſynagogæ in fine 9. ſæculi & principio 10. Cap. 8. *Qualiter autem fieri poſſit ut tranſeat ſubſtantia panis in ſubſtan-*

ſtantiam Corporis Chriſti, & ſubſtantia vini in ſanguinem, etſi ratione comprehendere non poſſumus, purè tamen credere debemus. Ante benedictionem, Dominus quidem panem accepit, fregit, dedit Diſcipulis ſuis, non jam panem ſimplicẽ; ſed Corpus ſuum & ſanguinẽ, &c.

Credere purè debemus etſi ratione non comprehendamus.

Ex 11. ſæculo.

Fulbertus Carnotenſis 1001. Epiſt. ad Adeotatum. *Dubitari enim nefas eſt, ut ad cuius nutum, cuncta ſubitò ex nihilo ſubſtiterunt, ſi pari potentiâ in ſpiritualibus ſacramentis terrena materies naturæ, & generis ſui meritum tranſcendens in Chriſti ſubſtantiam commutetur, cum ipſe dicat: Hoc eſt corpus meum.* & paulò poſt: *Hic eſt ſanguis meus. Si Deũ omnia poſſe credis, & hoc conſequitur ut credas, nec humanis diſputationibus diſcernere curioſiùs inſiſtes, ſi creaturas, quas de nihilo potuit creare, has ipſas multo magis valeat in excellentioris naturæ dignitatem convertere, & in ſui Corporis ſubſtantiâ transfundere.* Hæc illé.

Nefas eſt dubitare de omnipotentiâ Dei in ſacramentis, ut faciunt Adverſarij.

Ex his habes Adverſarios non credere omnipotentiam Dei in ſacramentis, quod nefas eſt.

Ex 12. ſæculo.

D. Bernardus anno Chriſti 1130. ſerm. de Cœnâ Domini. *Hoſtia quam vides jam non eſt panis, ſed caro mea, quæ pependit in*

Quod videtur non eſt panis poſt conſecrationem.

Cruce pro mundi vita. Sanè mutatio iſta benedictionis opus eſt, non originis, &c. ſimilitèr liquor iſte, quem vides, jam non eſt vinum, ſed ſanguis meus quem pro te fudi in pretium, &c. Odor, ſpecies, ſapor, pondus remanent ad myſterij ritum, & ad guſtus ſuffragium, ut horror pœnitus tollatur, & meritum ſortiatur. Etenim ne humana infirmitas eſum carnis, & potum ſanguinis in ſumptione horreret, Chriſtus velari, & palliari illa duo voluit ſpeciebus panis & vini, quæ inter humani generis victualia quodammodo tenent principatum, &c. Hæc ille.

Cur Chriſtꝰ voluerit palliari corpus & ſanguinem ſub ſpeciebus.

Nota benè contra adverſarios.

Nota quod ſicut illa caro quæ pependit in Cruce, & ille ſanguis qui fuſus eſt, non fuerunt ibi tantùm, ut in ſigno & in figurâ ſeu figurativè, ſed verè, & realitèr, propriè, & ſubſtantialitèr. Ita in Euchariſtiâ, non tantùm ſunt, ut in ſigno & figurâ, ut volunt Calviniſtæ, ſed verè, propriè, realitèr & ſubſtantialitèr.

Hildegardus anno Chriſti 1150. Epiſt. ad Mogont. *In eadem virtute altiſſimi Dei oblatio panis cum vino, & aqua in carnem & & ſanguinem Salvatoris, quam de Mariâ Virgine aſſumpſit, ad verba ſacerdotis tranſubſtantialitèr, quemadmodum lignum in ardentem carbonem per ardorem ignis, mutatur.*

Hîc habes contra adverſarios vocabulum, tranſubſtantiatio.

Ex

Digitized by Google

Ex 13. ſæculo.

Concilium generale Lateran. anno Chriſti 1215. ut habetur extra de ſummâ Trinit. & fide Cathol. Cap. firmiter, &c. *Vna eſt fidelium univerſalis Eccleſia, extra quam nullus omninò ſalvatur. In hac idem ipſe ſacerdos & ſacrificium Ieſus Chriſtus, Corpus & ſanguis in ſacramento altaris ſub ſpeciebus panis & vini veracitèr continētur, tranſubſtantiatis pane in Corpus, & vino in ſanguinem poteſtate divinâ, &c.*

Adverſariorum condemnatur doctrina.

Hìc vides condemnari Lutheranorum doctrinam & Calviniſtarum, quæ negat tranſubſtantiationem, Condemnatur denique Calviniſtarum doctrina contra veritatem Corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtiâ. Habes & ipſos non ſalvari: quia extra Eccleſiam.

Nō ſalvantur Adverſarij.

Hic apparet & Lutheri mendacium, qui in lib. de Capt. Bab. Tom. 2. Ien. Lat. fol. 263. dicit hanc noſtram doctrinam de Tranſubſtantiatione ortam eſſe ex opinionibus Thomiſtarum. Concilium enim Lateranenſe ſub Innocentio III. in quo uſi ſunt vocabulo (tranſubſtantiatio) Patres illius Concilij, (quo prius erat uſus Hildegardus) celebratum eſt, anno Chriſti 1215; ſanctus Thomas, à

Lutheri mendaciū de origine vocis tranſubſtantiatio.

quo

quo orta eſt ſchola illa, natus eſt anno 1224; quomodo ergò potuit habere originem doctrina noſtra ab illâ ſcholâ, quæ nec dùm erat orta? Oſtendit Lutherus magnam ignorantiã in hiſtorijs.

Vocant iſtud vocabulum portentoſum, & novum quod Patres ſancti non meminerunt, ſed tantùm à trecentis annis inventum.

Adverſarij mendaces homines & ignorantes.

Mentiuntur, Hildeguardus uſus eſt eo, ut viſum eſt anno Chriſti 1150, Lutherus contra ſcripſit anno 1520; ſed quid diſputamus, ut ſupra dixi, de nomine, cum conſtet de re. In ſimili caſu exempla adferam; nam in Concilio Nicæno I. in ſymbolo appoſitum eſt nomen ὁμοούσιος, & in Concilio Epheſino nomen θεοτόκος, potuiſſet illis Patribus obijci vocabula hæc eſſe nova, quia prius in ſymbolo non poſita, vel alibi in ſacrâ ſcripturâ. Quod ſi Patres, ſpiritu ſancto dictante, & eos dirigente, potuerint hoc in Concilijs illis, cur non potuiſſent in Conclio generali Lateranenſi ſimile facere; Nam in Concilijs illis, ut in Concilio Nicæno additum eſt nomen ὁμοούσιος ad ſymbolum Apoſtolorum, propter illos qui negabant filium eſſe conſubſtantialem Patri,

De Appoſitione novorum nominum quoad vocem.

tri, ſive Chriſtum eſſe verum Deum, ut Ariani volebant; In Concilio Epheſino dictum eſt, quod Beatiſſima Virgo ſit θεοτόκος, propter illos hæreticos, qui dicebant eam eſſe, non matrem Dei, ſed Chriſti, intelligentes, per hoc Chriſtum, non eſſe Deum, ſed purum hominem, ut Ariani dixerant, idcircò ut benè dicit D. Damaſcenus, non dico Chriſtotocon, ſed Teotocon. ſimile hic factum eſt in Concilio iſto generali Lateranenſi, quoad vocabulum (tranſubſtantiatio) propter Berengarium & Almaricum qui negarant ſubſtantiam panis & vini in ſacramento Euchariſtiæ, mutari in Corpus & ſanguinem Chriſti, prout modo faciunt adverſarij. In hoc Concilio interfuerunt 600. Patres; imò in univerſim pluſquam 1000: In Nicæno 318, in Epheſino 200. ſi hoc licuerit Patribus iſtorum duorum Conciliorum, cur non licuiſſet Patribus hujus Concilij.

De nominè Teotocon & Chriſtotocon.

Si mihi dicant Adverſarij eſt vocabulum novum, tranſubſtantiatio: & ego dicam, illa ſupradicta vocabula fuiſſe nova, licet non quoad rem, ſicut nec noſtrum eſt novum quoad rem; Nam omnes Patres tàm Græci, quàm Latini, ut vi-

Adverſarij convincuntur hic.

Digitized by Google

ut vidimus, ante iſtud Concilium unanimitèr dicebant ſubſtantiam panis converti, tranſmutari, tranſelementari, verti in Corpus Chriſti, & hoc eſt, omnium judicio, idem quod tranſubſtantiari, quia ſunt nomina æquivalentia, & græcè ſcripſerunt, non latinè, quare nō mirum ſi non ſint uſi illo vocabulo.

Ex 14. ſæculo.

Habemus Nicolaum Lyranum anno Chriſti 1320. ad cap. 26. Matth. Ludolphum Carthuſ. vitæ Chriſti parte 2. cap. 56. & breviter omnes Orthodoxos, qui de hac materiâ ſcripſerunt, quorum dicta non cito, quia Adverſarij, eos reprehendendo, etſi injuſtè, fatentur.

Ex 15. ſæculo.

Concilium Conſtantienſe añο Chriſti 1415. ſeſſ. 13. *Firmiſſimè credendum eſt, & nullatenus dubitandum integrum Chriſti Corpus & ſanguinē, tàm ſub ſpecie panis, quàm ſub ſpecie vini veracitèr contineri.* Hæc Conciliū.

Ex 15. ſæculo eodem.

Concilium Florentinum anno Chriſti 1439. ſeſſ. 25. *Hoc ſacro univerſali approbante Concilio Florentino definivimus, ut hæc fidei veritas ab omnibus Chriſtianis credatur, & ſuſcipiatur, in azimo, ſive fermentato pane tri-*

ticeo

ticeo Corpus Chriſti veracitèr confici,&c.ſacerdos in perſonâ Chriſti veracitèr conficit hoc ſacramentum, &c.

Ex his ſacri Concilij verbis habes, Calviniſtas non habere fidei veritatem, quæ ab omnibus Chriſtianis credi & ſuſcipi debeat, cum negant veracitèr per ſacerdotem in perſonâ Chriſti Corpus Chriſti confici in ſacramento Euchariſtiæ, ſicq; non niſi nomine Chriſtiani.

Calviniſtæ non habent fidei veritatem, tantùm nomine ſunt Chriſtiani.

Subdit ſacrum Concilium. *Nam ipſorum verborum virtute ſubſtantia panis in Corpus Chriſti, & ſubſtantia vini in ſanguinem convertuntur.*

Hinc habes condemnatam doctrinam Lutheranorum & Calviniſtarum, quæ negat tranſubſtantiationem.

Ex 16. ſæculo.

Concilium Trident. ſeſſ. 13. de ſacramento Euchariſtiæ, Canon. 1. *Si quis negaverit, in ſanctiſſima Euchariſtiæ ſacramento contineri verè, realitèr, & ſubſtantialitèr Corpus, & ſanguinem, unà cum animâ, & divinitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, ac proindè totum Chriſtũ, ſed dixerit tantùmmodo eſſe in eo, ut in ſigno, vel figurâ, aut virtute, anathema ſit.*

Anathematizantur Calviniſtæ.

Hìc eſt condemnata Calviniſtarum doctrina, ut ſat vidimus.

Canon.

Anathematizantur hic Calviniſtæ & Lutherani.

Canon. 2. *Si quis dixerit in ſacroſancto Euchariſtiæ ſacramento, remanere ſubſtantiam panis, & vini, unà cum corpore & ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti, negaveritq́; mirabilem illam, & ſingularem converſionem totius ſubſtantiæ panis, & vini, quàm quidem converſionem Catholica Eccleſia aptiſſimè, tranſubſtantiationem appellat, anathema ſit.*

Hìc Lutherani & Calviniſtæ ſunt anathematizati.

Ex his omnibus apparet Calviniſtas & Lutheranos non habere ſuam doctrinam ex Evangelio, quare nō Evangelici.

Reſtat videre quos habeant Patronos & fautores.

Hæretici veteres.

« Petrobruſſiani & Henriciani annò « Chriſti 1140. omninò negarunt tranſub« ſtantiationē in ſacramento Euchariſtiâ. *Ita de eis Petrus Cluniacenſis tractatu de ſacrificio, & in Epiſtolâ contra Petrobruſſianos.* Hoc « docuerat prius Berengarius anno Chri« ſti 1070. ſed ultimò ſe retractavit.

« Almaricus natione Gallus añō Chri« ſti 1204. ſecutus eſt Petrobruſianos, « nam & ipſe tranſubſtantionem negavit, *teſte Prateolo Elenchi Alphabet. omnium Hæreſ. lib. 1. hæreſ. 1. illius, tandem publicè* com-

combuſtus eſt Pariſijs 1208; teſte eodem Prateolo.

Ioannes VVicleffus inter articulos »
condemnatos à Conſilio Conſtantienſi »
hunc habuit pro primo. Subſtantia pa- »
nis materialis, & ſimilitèr ſubſtantia vi- »
ni materialis remanent in ſacramento »
altaris. *Ita Tom. 2. Conciliorum generalium fol. mihi 565. pag. 2. Hoc Concilium finem habuit anno 1415. ut conſtat Tom. cit. fol. 606. pag. 2.*

Lutherus & Calvinus hos ſecuti ſunt, »
ut vidimus; iſti ſunt fautores & Patroni »
ſectariorum noſtri temporis, qui volunt »
vocari Evangelici. »

ARTICVLVS V.

DE REALI PRÆSENTIA Corporis & Sanguinis Chriſti in Sacramento Altaris, contra Calviniſtas.

NOn eſt quod multùm hic morer; quia omnes ſacræ ſcripturæ authoritates quas citavi in articulo præcedenti pro tranſubſtantiatione, ut Matth: 26. verſ. 26: Marci 14. verſ. 22. Lucæ 22: verſ. 17. 1. ad Corinth. 11. id probant; prout

prout interpretantur omnes Patres tàm Græci quàm Latini, quos citavi ibi. Vnde Paulus 1. ad Corinth. 10. *Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? Et panis, quem frangimus, nonne participatio Corporis Chriſti eſt?* Idem probant omnes Liturgiæ ibidem citatæ. Idem ſacra Concilia ibi allata pro tranſubſtantiatione; quare legere poteris ibi teſtimonia allata: Quin Lutherum audiamus contra Claviniſtas.

Iudicium Lutheri de Calvino, Calviniſtis & ſimilibus negantibus realē præſentiam Corporis & ſanguinis Chriſti in Sacramento Altaris.

« Lutherus, prout refertur in Lib. Con-
« cordiæ Lutheranorum, pag. 734. de Cœ-
« nâ Domini. Ego omnes eos eodem nu-
« mero habeo, hoc eſt pro ſacramentarijs,
« & fanaticis agnoſco (ſunt enim tales)
« qui credere nolunt, quod panis Domini
« in ſacrâ Cœnâ ſit verum ipſius naturale
« corpus, quod impius quiſpiam vel Iudas
« eſſe, non minùs ore accipiat, quàm Divus
« Petrus, & omnes alij ſancti. Qui inquàm
« hoc credere recuſat, is me miſſum fa-
« ciat, neque ullam amicitiam, aut famiri-
liari-

Digitized by Google

liaritatem à me expectet ; ſic enim ſtat »
ſententia, quam non ſum mutaturus, &c. »
Hæc Lutherus. »

In diſputatione contra XXXII. arti- »
culos Lovanienſ. propoſitione 28. Tom. »
1. Lat. Ien. fol. 538. pag. 2. Hæreticos ſe- » *Calviniſtæ hæretici alieni ab Eccleſiâ Dei.*
riò cenſemus, & alienos ab Eccleſiâ Dei »
eſſe Zuinglianos, & omnes ſacramenta- »
rios, qui negant Corpus & ſanguinem »
Chriſti ore carnali ſumi in venerabili »
Euchariſtiâ. Hæc Lutherus. »

Calvinus omninò docuit quod hîc »
Lutherus condemnat. Lege eum lib. 4. »
Inſt. cap. 17. à ſect. 24. uſque ad 32. in- »
cluſivè, ut jam poſui in art. præcedenti. »
Lege eum & in defenſ. 2. contra VVeſt- »
phalum. Carnis ſubſtantiam ait ore vo- »
rari non credimus. Carnalē præſentiam »
oppugnare nobis ad extremum uſque »
ſpiritum decretum eſt. Hæc ille. »

Theodorus Beza, Calvini Diſcipulus, »
idem prorsùs docuit quod eius Magi- »
ſter, lib. contra Brentium de carnis Chri- »
ſti omnipræſentiâ. »

Hos communitèr ſeqvuntur iſti, quos »
vocamus Calviniſtas, & à Luthero pro »
hæreticis, & alienis ab Eccleſia Dei con- »
demnantur. »

prout interpretantur omnes Patres tàm Græci quàm Latini, quos citavi ibi. Vnde Paulus 1. ad Corinth. 10. *Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? Et panis, quem frangimus, nonne participatio Corporis Chriſti eſt?* Idem probant omnes Liturgiæ ibidem citatæ. Idem ſacra Concilia ibi allata pro tranſubſtantiatione; quare legere poteris ibi teſtimonia allata: Quin Lutherum audiamus contra Claviniſtas.

Iudicium Lutheri de Calvino, Calviniſtis & ſimilibus negantibus realē præſentiam Corporis & ſanguinis Chriſti in Sacramento Altaris.

« Lutherus, prout refertur in Lib. Con-
« cordiæ Lutheranorum, pag. 734. de Cœ-
« nâ Domini. Ego omnes eos eodem nu-
« mero habeo, hoc eſt pro ſacramentarijs,
« & fanaticis agnoſco (ſunt enim tales)
« qui credere nolunt, quod panis Domini
« in ſacrâ Cœnâ ſit verum ipſius naturale
« corpus, quod impius quiſpiam vel Iudas
« eſſe, non minùs ore accipiat, quàm Divus
« Petrus, & omnes alij ſancti. Qui inquàm
« hoc credere recuſat, is me miſſum fa-
« ciat, neque ullam amicitiam, aut fami-
liari-

Digitized by Google

liaritatem à me expectet ; ſic enim ſtat »
ſententia,quam non ſum mutaturus,&c. »
Hæc Lutherus. »

In diſputatione contra XXXII. arti- »
culos Lovanienſ. propoſitione 28.Tom. »
1. Lat. Ien. fol. 538. pag. 2. Hæreticos ſe- »
riò cenſemus, & alienos ab Eccleſiâ Dei »
eſſe Zuinglianos, & omnes ſacramenta- »
rios, qui negant Corpus & ſanguinem »
Chriſti ore carnali ſumi in venerabili »
Euchariſtiâ. Hæc Lutherus. »

Calviniſtæ hæretici alieni ab Eccleſiâ Dei.

Calvinus omninò docuit quod hîc »
Lutherus condemnat. Lege eum lib. 4. »
Inſt. cap. 17. à ſect. 24. uſque ad 32. in- »
cluſivè, ut jam poſui in art. præcedenti. »
Lege eum & in defenſ. 2. contra VVeſt- »
phalum. Carnis ſubſtantiam ait ore vo- »
rari non credimus. Carnalē præſentiam »
oppugnare nobis ad extremum uſque »
ſpiritum decretum eſt. Hæc ille. »

Theodorus Beza, Calvini Diſcipulus, »
idem prorsùs docuit quod eius Magi- »
ſter, lib. contra Brentium de carnis Chri- »
ſti omnipræſentiâ. »

Hos communitèr ſeqvuntur iſti, quos »
vocamus Calviniſtas, & à Luthero pro »
hæreticis, & alienis ab Eccleſia Dei con- »
demnantur. »

Digitized by Google

Judicium Lutheranorum de Calviniſtis & ſimilibus.

« In libro Concordiæ pag. 757. Reijci-
« mus igitur atq; damnamus corde & ore,
« ut falſas & impoſturas omnes ſacramen-
« tariorum opiniones, & dogmata, quæ
« ſupra commemoratæ, & in verbo Dei
« fundatæ doctrinæ, non conſentiunt, ſed
« adverſantur & repugnant: Cum doce-
« tur quod verba inſtitutionis, non ſimpli-
« citèr in ſuâ propriâ ſignificatione, ut ſo-
« nant, de verâ ſubſtantiali Corporis &
« ſanguinis Chriſti præſentiâ in Cœnâ Do-
« mini accipienda, ſed per tropos, & figu-
« ras ſignificationes, in alienam & novam
« ſententiam ſint torquenda. Et hoc loco
« omnes ſacramentariorũ opiniones eius-
« modi, quarũ aliquæ etiã inter ſe pugnant
« (quod autem quam variæ ſint illæ) reij-
« cimus, &c. Hæc Lutherani, qui & lib. cit.
« pag. 758. propoſit. 5. ut hæreticam hanc
« ſententiam Calvini & Calviniſtarum
« damnant. Vide eos ibi.

Sanè optimè damnant hanc ſententiam ſeu hæreſim: Nam in Concilio Nicæno 1. lib. 3. cap. de divinâ mensâ, & de eo, quod in ipsâ eſt, myſterio corporis & ſan-

ſanguinis Chriſti,&c. fuerat jam damnata, prout & fuit in Concilio 6. Conſtantinopol. In Concil. 2. Nicæno act. 6. ut viſum eſt, in art. præced. & in multis alijs Concilijs; vnde & in Concilio Conſtantienſi damnata eſt inter articulos Ioañis VVicleffi: Tertius enim articulus ſic habet. » Chriſtus non eſt in eodem ſacra- » mento identicè, & realitèr in propriâ » præſentiâ corporali. Hæc ibi. Sacrum » Concilium damnat hunc articulum ut hæreticum; quia omninò contrarius ſacræ ſcripturæ, prout dixerat Concilium Nicænum 2. Legas, ait, quouſque voles, nunquam invenies, neq; Dominum, neq; Apoſtolos, neque Patres incruentum illud ſacrificium, quod à ſacerdote offertur, imaginem dixiſſe, verùm ipſum Corpus, & ipſum ſanguinem, &c. Iudicium Calviniſtarum de Lutheranis ſequetur ſuo loco.

Calviniſtarum doctrina ab antiquis Concilijs pro hæretica condemnata.

Reſtat videre quos Patronos & fautores hi ſectarij habeant.

Hæretici Veteres.

Simon Magus, & Menander, qui tem- » pore Apoſtolorum vixerunt, quia non » credebant Chriſtum habere veram car- » nem, eiuſdem in Euchariſtiâ præſentiam »

confiteri nolebant. *Ita de eis Ignatius apud Theodoretum, dial. 3.*

" Armeni anno Chriſti 600. Euchari-
" ſtiam dicebant non verum Chriſti Cor-
" pus & ſanguinē, ſed eius tantùm ſignum
" eſſe. *Ita Euthymius de illis, par. 2. Panopl. Tit. 20. & Guido de Armen.*

" Iconomachi dixerunt anno Chriſti
" 730. in Euchariſtiâ panem & vinum re-
" præſentare ſolùm Corpus & ſanguinem
" Chriſti. *Contra hos fuit Concil. Nicanum 2. & Ioannes Damaſ. lib. 4. orth. fidei cap. 14.*

" Berengarius natione Gallus, circa an-
" num Domini 1040. hanc hæreſim docue-
rat. *Ita refert Prateolus de eo, lib. 2. Elenchi Alphab. omnium hæreſum, quæ hæreſis condemnata fuit in Concilijs ad hoc celebratis, nempè Vercellenſi, Turonenſi, & Lateranenſi.*

Lindanus in ſuo Dubitantio de hoc ſcribens Dial. 2. ſic ait. *Berengarius verò omnium ſacramentariorum Pater, ante annos quingentos, etſi fuerit varijs in Concilijs damnatus, atq; ſuo quoq; judicio erroris manifeſtiſſimi convictus, &c. tamen nunc in Carolſtadio, Zuinglio, Calvino, adeoq; Melanchtone illo Germanorum cothurno, imò totius ſcenæ huius Dano, planè reviviſcit, &c.* Hæc apud Prateolum.

VViclefus, ut vidimus ex ſacro Con- »
cilio Conſtant. ſecutus eſt Berengarium, »
& alios prius citatos. »

Ioañes Hus, qui combuſtus eſt in hoc »
ſacro Concilio, ſecutus eſt & iſtos: Nam »
articulus 25. eius eſt iſte. Condemnatio »
45. articulorum Ioannis VViclefi per »
Doctores facta, eſt irrationabilis, & ini- »
qua, & malefacta, &c. Inter articulos »
VViclefi, ut viſum eſt, articulus tertius »
erat. Chriſtus non eſt in eodem ſacra- »
mento identicè & realitèr, in propriâ »
præſentiâ corporali. *Hunc articulum, ut vides, defendit: quia condemnatio eorum fuit irrationabilis.*

Hanc hæreſim docuerunt & Piggardi, » *ut de eis refert Iodocus Coccius, Tom. 2. Theſauri Catholici. lib. 6. art. 1. de Euchariſtiâ.*

Hos omnes ſecutus eſt Calvinus. Se- »
ctarij noſtri temporis ſecuti ſunt Calvi- »
num: quare non immeritò Calviniſtas »
vocamus, ut à quo ſuam ſumpſerunt »
doctrinam; minimè verò Evangelicos; »
quia contrariantur Evangelio, ut eſt »
probatum. »

Digitized by Google

ARTICVLVS VI.

DE REALI PRÆSENTIA Corporis & Sanguinis Chriſti ſub ſpeciebus panis & vini in venerabili Sacramento Euchariſtiæ extra uſum.

LVtherani in lib. Concordiæ pag. 750. de Cœnâ Domini omninò negant extra vsū Corpus & ſanguinē Chriſti contineri in ſacramento Euchariſtiæ: « Quia, inquiunt, ad actionem Dominicæ « Cœnæ à Chriſto inſtitutæ, requiritur « cōſecratio, ſeu verba inſtitutionis, diſtri- « butio, & ſumptio, ſeu externa quæ dici- « tur oralis manducatio benedicti panis « & vini, &c.

Hanc doctrinam à Luthero habent in Confeſſione Auguſtanâ, nam in articulo « de utraque ſpecie dicunt. Omittimus « & proceſſiones ſolitas fieri; quia non eſt « diviſio ſacramenti. Hæc illi.

Nota non eſſe præcipuam eorum rationem hanc, de diviſione ſacramenti; quia & ipſi fatentur integrum Chriſtum cōtineri ſub unaquaq; ſpecie diviſim, ſed quia tenent extra uſum nō eſſe ibi Corpus Chriſti.

Quod

Digitized by Google

Quod ex ſacro Evangelio, vel etiam ex ſacrâ ſcripturâ non habeant hanc ſuam doctrinam,

Oſtendo ex verbis Domini in inſtitutione huius venerabilis ſacramenti: Nam Matth. 26. ſic habetur. *Cœnantibus autem eis: accepit Ieſus panem, & benedixit, ac fregit: deditq; Diſcipulis ſuis, & ait: Accipite & comedite: Hoc eſt Corpus meum. Et accipiens Calicem, gratias egit, & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes: Hic eſt enim ſanguis meus novi Teſtamenti: qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.* Hæc ibi. *Idem Marci 14. & Lucæ 22, quod & Apoſtolus refert 1. ad Corinth. 11, ubi narrat inſtitutionem huius ſacramenti.*

Hæc Chriſti verba omnes Orthodoxi interpretantur de reali præſentiâ Corporis & ſanguinis Chriſti ſub illis ſacris ſpeciebꝰ euchariſticis, ſive tu ſumas, ſive non, ut videre eos poteris in articulo 4, ubi probavi verbis Chriſti tranſubſtantiationem fieri: Dum enim Chriſtus dixit: *accipite & comedite: Hoc eſt Corpus meũ,* eſt idem ac ſe dixiſſet. Hoc quod continetur ſub iſtis ſacris ſpeciebus, eſt Corpus meum, accipite & comedite, non

dixit erit de futuro, ſed de præſenti dixit; Hoc eſt, nec unquam Adverſarij exemplum verum, ex ſacrâ ſcripturâ adducere poterunt, ad ſuum intentũ probandum.

Ad hoc ſufficerent verba Divi Auguſtini Tract. 80. in Ioannem: *Accedit verbum ad elementum, & fit ſacramentum.* Sed ante actionem comedendi, & bibendi, verbum ad elementum acceſſit; ergò ante actionem comedendi & bibendi factum eſt ſacramentum.

Secundò, verba Domini mox atque prolata fuerunt, vel vera, vel falſa fuerunt; non falſa: quia, *ipſe eſt via, veritas & vita,* Ioan. 10: ſed prolata ſunt ante illam actionem manducandi, & bibendi, ergò cum ſint vera, fuit ibi verè Corpus Domini, & proindè ſacramentum ante illam comeſtionem.

Quod ex Patribus & orthodoxis ſcriptoribus hanc doctrinam non habeant.

Patres Grçci & orthodoxi ſcriptores.

Ex 1. ſæculo.

D. Clemens Pontifex Romanus anno Chriſti 80. Epiſtol. 2. ad Iacobum fratrẽ Domini. *Tribus gradibus commiſſa ſunt ſacramenta divinorum ſecretorum, id eſt Presbytero,*

Digitized by Google

bytero, Diacono, & Miniſtro, qui cum timore & tremore reliquias fragmentorum Corporis Dominici cuſtodire debent, ne aliqua putredo in ſacrario inveniatur, &c.

Nota illa verba cum timore & tremore reliquias fragmentorũ Corporis Chriſti debere cuſtodire; nam hæc verba clarè indicant Corp⁹ Chriſti ibi eſſe extra uſũ.

Ex 2. ſæculo.

D. Iuſtinus in Apologiâ 2. año Chriſti 150. propè finem ſcribit, *poſt ſacra peracta in Eccleſiâ Dei, dari conſueviſſe Euchariſtiam Diaconis deferendam ad abſentes fratres, qui aliqua de causâ impediti fuerant, ne intereſſent celebrationi Myſteriorum, &c.* Vide eum in iſtâ Apologiâ quæ eſt ad Antoninũ Pium. Ita & Origenes Hom. 13. in Exodum. Ita & D. Irenæus anno Chriſti 180. lib. 5. adversùs hæreſ. cap. 22.

Ex 3. ſæculo.

D. Dionyſius Alexandrinus año Chriſti 255. in Epiſt. ad Fabium quam refert Euſebius lib. 6. cap. 36. ſcribit, *ſerapionem quemdam in extremis agentem miſiſſe puerum, ad Presbyterum, ut ad ſe veniret cum ſacramento Euchariſtiæ: ſed Presbyterum fortè tunc ægrotantẽ non potuiſſe per ſe accedere, ſed miſiſſe per eundem puerum particulam Euchariſtiæ.*

Ex

Ex quo loco apertiſſimè patet morem fuiſſe aſſervandi Euchariſtiam propter ægrotos: neq; Presbyter ille tunc ſacram Cœnam celebravit, quippe qui ægrotabat, & hora fortè intempeſtiva erat.

Ex 4. ſæculo.

Concilium Nicænum añó Chriſti 330. Can arab. 63. *Oeconomus Eccleſiæ habeat curam loci in quo ſancta Euchariſtiæ ſervetur, &c.* Vide & Can. 14, alias 18, alias 20. ubi ſacrum Concilium jubet vt in abſentia Presbyterorũ Diaconi Euchariſtiam porrigant. Ex quo evidentèr colligitur Euchariſtiam ſervari ſolitam in Eccleſiâ, vt diſtribui poſſet quovis tempore, etiam quando Cœna non celebratur. Vide hunc Canonem apud Ruffinum lib. 10. cap. 6. Canones enim quos ipſe deſcripſit veri ſunt & authentici Concilij Nicæni. Teſtatur etiam ſanctus Cyrillus Hieroſ. qui vixit añó Chriſti 370. in Epiſt. ad Concil. Carthag. quæ extat Tom. 1. Concil. in actis Concilij Affricani: Quod eſt obſervandum propter Kemnitium, qui in dubium revocare hunc canonem contendit.

Euchariſtia ſervanda.

Canones Concilij Nicæni à quo verè deſcripti.

In eodem Concilio extat Can. 13. qui in omnibus editionibus reperitur, in quo

Patres

Patres jubent, ut ſecundum antiquam regulam in mortis articulo nemini denegetur ſacra communio: qui Canon in poſteriotibus Concilijs ſæpe eſt renovatus. Certum autem eſt ægrotos in mortis articulo conſtitutos ad Eccleſiam non potuiſſe venire. Certum etiam eſt non potuiſſe celebrari in cubiculis ſingulorum ægrotantium totam actionem cœnæ, maximè ſecundum opinionem adverſariorum, qui damnant miſſas privatas: ergò neceſſe eſt, ut Euchariſtia ſervaretur pro ægrotis conſecrata extra actionem cœnæ, ut infirmis præberetur. *De ſacra Communione in articulo mortis.*

Hoc Concilium ſanè tantæ authoritatis eſt, ut ſufficiat contra omnes Adverſarios.

Ex 5. ſæculo.

D. Chryſoſtomus qui vixit in fine ſæculi 4, & principio 5. in Epiſt. priore ad Innocentium Papam, quæ extat tùm inter opera eiuſdem Chryſoſtomi Tom. 5. Tùm apud Niceph. lib. Hiſt. Eccleſ. 13. cap. 19. ſcribit: *milites quoſdam ad veſperam magni ſabbathi ſanctuarium ingreſſos tantùm excitaſſe tumultum, ut etiam ſacratiſſimi Domini ſanguis, qui in ſacrario erat in eorum veſtes effunderetur.*

Sanè

Sanè ſi verus ſanguis non fuiſſet ibi, non diceretur ſanguis effuſus, ſed vinum effuſum, cum per adverſarios ſanguis Chriſti non ſit ibi, niſi per ſumptionem; imò poſt ſuſceptionem incipit ibi eſſe: nam effectus ſequitur cauſam, & cauſa ſaltē natura eſt prior effectu: ſumptio autē habet per eos rationē cauſæ, nam ante ſumptionē non eſt ibi Corpus Chriſti, per ſumptionem fit ibi Corpus Chriſti, ergò. Vide ipſum Sanctum. Hom. 24. in 1. ad Corinth. cap. 10. ad verba Apoſtoli: *Calix benedictionis cui benedicimus, nonnè communicatio ſanguinis Chriſti eſt.*

Ex 6. ſæculo.

Vetus Conſuetudo circa particulas Euchariſtiæ ſumendas.

Evagrius anno Chriſti 600. lib. 4. cap. 35. *Vetus fuit Conſuetudo Conſtantinopoli, ut ſi admodum quandoq; multa admodum particulæ puri & immaculati Corporis Chriſti Dei noſtri ſupereſſent, pueri impuberes qui ſcholas frequentabant accerſerentur, eaſq; manducarent, &c. Narrat ibi miraculū de quodā puero, qui tales particulas Corporis Chriſti comederat.*

Nota quod vocat particulas puri & immaculati Corporis Chriſti, nam per hoc clarè denotat Corpus Chriſti ibi eſſe, ante ſumptionem, panis enim purus non aſſervaretur.

Ex

Digitized by Google

Ex 7. ſæculo.

Euſtachius Presbyter año Chriſti 610. in vitâ Eutichij Patriarchæ. *Cum igitur ſacrificium totum expleſſet bonus Paſtor, & univerſo populo fideli ſacroſanctũ, & ſalutiferũ Domini noſtri Ieſu Chriſti Corpus diſtribuiſſet, &c.*

Corp9 Chriſti diſtribuitur in altari non panis.

Nota benè hæc verba (Corpus Chriſti diſtribuiſſet) nam ſi non ſit ibi Corpus Chriſti ante ſumptionem, ſanè non Corpus, ſed panem diſtribuit, ad cuius diſtributionem ſequitur ibi eſſe Corpus Chriſti. Hæc clara ſunt. Vide & Concil. 6. Conſtantinop. anno Chriſti 680. act. 8. & Germanum Patriarch. Conſtantinop. in Theoriâ.

Ex 8. ſæculo.

Concilium Nicænum 2. anno Chriſti 790. act. 6. *Ante conſecrationis ſanctificationem quibuſdam Patribus piè ſanè viſum eſt,* αντιτυπον, *hoc eſt exemplar ſimilis formæ nominare, poſt conſecrationem autem Corpus & ſanguinem Domini, atq; ita eſſe creduntur, &c.*

Panis quid ante conſecrationem.

Nota benè quod dicit, poſt conſecrationem eſſe Corpus & ſanguinem Domini ibi; conſecratio autem ſat diu fit ante ſumptionem. Vide & D. Damaſ. anno Chriſti 730. lib. 4. orth. fid. cap. 14. ubi latè probat, verbo Chriſti quo facta

ſunt

ſunt omnia, tranſmutari panem in Corpus Chriſti.

Ex 9. ſæculo.

Theophylactus anno Chriſti 900. In cap. 6. Ioannis. *Transformatur enim arcanis verbis panis ille per myſticam benedictionem & acceſſionem ſancti ſpiritus in carnem Domini, &c.* Subdit: *Quomodo & nunc non apparet nobis caro, ſed panis? ut non abhorreamus ab eius eſu. Nam ſi quidem caro apparuiſſet, inſuaviter affecti eſſemus erga communionem; &c.*

Myſticâ benedictione panis in Corp9 Chriſti mutatur non ſumptione.

Nota benè illa verba, quod per myſticam benedictionem transformatur arcanis verbis panis in Corpus Chriſti. Nam ſive ſumas, ſive non, benedictio myſtica facta eſt, per quam transformatur panis in Corpus Chriſti, ergò non dependet à ſumptione tuâ, realis præſentia Corporis Chriſti ibi.

Nota & illa verba. Quomodo non apparet nobis caro, ſed panis? Nam præſupponit carnem eſſe ante ſumptionem, & tamen non apparere oculis carnem eſſe, de hoc loquitur.

Ex 10. ſæculo.

Simeon Metaphraſtes anno Chriſti 950. In vitâ ſanctæ Theoctytis cap. 13:

Cum

Digitized by Google

Cum eſſem (inquit venator Euboicus) *navigaturus ad venationẽ, accepta in pixide parte divinæ carnis Domini, eam tuli ad Beatam Theoctiſtem, &c.*

Breviter tota Orientalis Eccleſia nobiſcum tenet, ut teſtatur Gennadius Scholarius, qui vixit circa annum 1450. ideſt 15. ſæculo, qui in defenſione quinq; cap. Concilij Florent. ſect. 4. de ſacrificio in Azimo, ait. *Hæc verò myſteria, non figura, ſed ipſa veritas: & quia aliud eſt viſibilis ſpecies, aliud quod per eam intelligitur; nam in viſibili pane, verum Chriſti Corpus continetur, quod Angeli tantùm vident, & venerantur, idcircò formidabiliſſima talis menſa dicitur; non quia azima vel fermentata fuit: Tunc enim Chriſtus Ieſus de fermentato vel azimo non curabat; ſed ſimpliciter tantùm de pane, ut ſuum myſterium traderet, &c.*

Angeli vident Corpus Chriſti in Euchariſtiâ, & illud venerantur.

Quid dicis Lutherane? dicit quod in viſibili pane, ſeu in viſibili ſpecie panis verum Chriſti Corpus continetur, quod Angeli tantùm vident, & venerantur. Dices ne videre Angelos Corpus Chriſti, & illud venerari ſub illis ſpeciebus tantùm in tuo ſordido ſæpe, & fœtido ore? Debes dicere, volens nolens, quia per te, ſub illo pane, & in illo pane, &

Nota benè hæc contra adverſarios.

Digitized by Google

cum illo pane, ut tuis verbis utar, non eſt niſi ſumpto pane. An non hoc abſurdum? Deinde dicit ipſe Patriarcha ſect. 6. quod verbis illius, quibus conſtructum eſt cœlum, tranſmutata ſunt iſta elementa in Corpus & ſanguinem: ſubſumo, ſed independentèr à quocunque extrinſeco verbis Chriſti Dei conſtructum eſt cœlum, ergò ſimilitèr elementa hæc tranſmutata ſunt independentèr à quocunq; extrinſeco, ut eſt ſumptio, ſive ergò ſumas, ſive non Corpus Chriſti verè erit ibi. *Ita docet & Gilbertus Genebral. circa annum Chriſti 1580. lib. de Græcorum ritibus.*

Verbis Chriſti independentèr à ſumptione eſt Corpus Chriſti in Euchariſtiâ.

Cenſura Orientalis Eccleſiæ in Confeſſionem Auguſtanam Lutheranorum.

Ex 16. ſæculo.

Hieremias Patriarcha Conſtant. Reſp. 1. ad cap. 13. Confeſſ. Auguſtanæ, de uſu ſacrament. *Vocatur autem Euchariſtia, & rationalis cultus ſeu ille ritus ſacer: quod ſolâ myſticâ & perfectrice verborum vi oblationem Deo offerat, tranſmutationemq; ſui Corporis & ſanguinis efficiat, & à principaliori effectu nomen Euchariſtiæ habet, &c.*

Solis Chriſti verbis fit tranſubſtantiatio.

Nota illa verba, ſolâ myſticâ, & perfectrice verborum vi oblationem Deo offer-

offerre, & tranſmutationem ſui corporis, &c. efficere; Nam ſi ſic ſive ſumas, ſive non corpus Chriſti erit ibi, nam poſita cauſa præciſa alicuius effectus, ponitur effectus. Ex his vides Lutheranorum & Calviniſtarum doctrinam eſſe condemnatam à totâ Eccleſiâ orientali.

Patres Latini & ſcriptores orthodoxi.

Ex 1. ſæculo.

Sunt omnes ſcriptores Latini qui tranſubſtantiationē admittunt fieri verbis Chriſti.

Ex 2. ſæculo.

Alexander I. anno Chriſti 109. Epiſt. 1. cap 4. *Nihil in ſacrificio maius eſſe poteſt, quàm Corpus & ſanguis Chriſti. Nec ulla oblatio potior eſt, ſed hæc omnes præcellit: quæ purâ conſcientiâ Deo offerenda eſt, & purâ mente ſumenda, atq; ab omnibus veneranda: & ſicut potior eſt cæteris, ita potius excoli & venerari debet.* Hæc ille.

Corpus Chriſti venerandum.

Tria hic habes maxima documenta contra adverſarios, nempè dari ſacrificium externum, Corpus & ſanguinem Chriſti eſſe in Euchariſtiâ ante uſum, & ibi veneranda & excolenda. In ore tuo non venerabor, quod tamen faciendum

Tria documenta contra Adverſarios.

eſſet, ſi ante ſumptionem ibi non eſſet, etenim panem purum non venerabor, maximè juxta Lutheri doctrinam, quia contra 1. præceptũ adorare creaturam.

Ex 3. ſæculo.

D. Cyprianus anno Chriſti 250. ſerm. de Cœnâ Domini. Ante verba illa, Hoc eſt corpus meum. *Panis eſt cibus communis; prolatis autem quotieſcunque verbis his, jam non eſt panis, ſed caro Chriſti.*

Ex 4. ſæculo.

Panis eſt communis ante conſecrationem poſt Corpus Chriſti.

D. Ambroſius lib. 4. de ſacramentis cap. 4. *Tu fortè dicis: meus panis eſt uſitatus, ſed panis iſte, panis eſt ante verba ſacramentorum, ubi acceſſerit conſecratio de pane fit caro Chriſti. Hoc igitur adſtruamus, quomodo poteſt, qui panis eſt Corpus eſſe Chriſti? Conſecratione. Conſecratio igitur quibus verbis eſt, & cuius ſermonibus? Domini Ieſu, &c.*

Nota benè hæc, ſi enim conſecratione quæ fit verbis Chriſti, eſt ibi Corpus Chriſti, ergò non ſumptione, & in ſumptione tantùm, vt volunt adverſarij, nam conſecratio ſat diu antecedit ſumptionem. Deinde infrà dicit. Ergò ſermo Chriſti conficit hoc ſacramentum. Quis ſermo Chriſti? Nempè is quo facta ſunt omnia.

omnia. Iuſſit Dominus, & factum eſt Cœlum, &c. Infrà. *Non erat Corpus Chriſti ante conſecrationem, ſed poſt conſecrationem, dico tibi, quod jam eſt Corpus Chriſti, &c.*

Ex 5. ſæculo.

D. Auguſt. qui vixit in fine 4. ſæculi, & in principio 5. Hom. 26. quinquaginta homiliarum. *Quantâ ſolicitudine obſervamus, quandc nobis Chriſti Corpus miniſtratur, ut nihil ex ipſo de manibus noſtris cadat in terram, &c.* Et ſerm. 22. de temp. *Mulieres quomodo nitidum exhibent linteolum, ubi Chriſti Corpus accipiant.*

Cautela adhibenda in recipiendo Corpus Chriſti.

Nota hæc, ſi enim ante ſumptionem non eſſet ibi Corpus Chriſti, non eſſet timendum, quod aliquid ex eo cadat de manibus noſtris, ſed potius ne quidpiam cadat ex ore. Dicit quidpiam ex eo, quia Chriſtus eſt totus in totâ hoſtiâ, & totus in qualibet parte.

Chriſtus totus in totâ hoſtiâ.

Ex 6. ſæculo.

Concilium Turonenſe 2. anno Chriſti 570. cap. 3. *Vt Corpus Domini non in armario, ſed ſub crucis titulo componatur. De reliquijs ſacrificiorum, quæ reponuntur in ſacrario poſt ſanctam miſſam, habetur in Concilio Matiſcon. 2. anno Chriſti 588.*

Vbi reponendum ſit Corpus Chriſti.

Ex 7. ſæculo.

Iſidorus Hiſpal. anno Chriſti 620. lib. 1. off. cap. 18. *Panis quem frangimus Corpus Chriſti eſt, qui dicit: Ego ſum panis vivus, qui de Cœlo deſcendi. Vinum autem ſanguis eius eſt. Hæc autem duo ſunt viſibilia; ſanctificata autem per ſpiritum ſanctum, in ſacramentum divini Corporis tranſeunt, &c.*

Nota quod dicit, panis quem frangimus Corpus Chriſti eſt: frangimus autem ante ſumptionem, ſanctificatur ante ſumptionem, nempè in conſecratiotione, ergò ibi ante ſumptionem.

Ex 8. ſæculo.

Hiſtoria de puero ægroto.

Venerabilis Beda, qui vixit in fine 7. ſæculi, & principio 8. Anglicanæ hiſt. lib. 4. cap. 14. ſcribens de puero ægroto, *dicit quod populo communicato in miſsâ præceperit Presbyter, ſimul & infirmanti puero de ſacrificio Dominicæ oblationis particulam deferri.*

Habes hîc ſacrificium externum contra adverſarios, & Corpus Chriſti eſſe extra uſum in Euchariſtiâ. Lege ipſum Doct. & cap. 24., & lib. 2. cap. 5.

Ex 9. ſæculo.

Carolus Magnus Imperator, qui vixit in fine 8. ſæculi, & principio 9. lib. 1. legum cap. 160. *Presbyter ſemper Euchariſtiam habeat paratam, ut quando quis infirmatur,*

Digitized by Google

aut parvulus infirmus fuerit, ſtatim eum communicet, ne ſine communione moriatur.

Ex 10. ſæculo.

Burchardus VVormatienſis, hic vixit in fine 9. ſæculi, & principio 10. admonit. 15. *Super altare*, ait, *nihil ponatur, niſi capſa & reliquiæ, aut fortè quatuor Evangelia, aut pixides cum corpore Dominico ad viaticum pro infirmis.*

Ex 11. ſæculo.

Algerus anno Chriſti 1060. De ſacramento Altaris lib. 2. cap. 3. *Hac fide ipſum ſacramentum, quaſi divinum quiddam adoramus, quaſi vinum quiddam & rationabile alloquimur, & rogamus. Agnus Dei qui tollis peccata mundi, miſerere nobis. Quia non quod videtur, ſed quod verè eſt, Chriſtum ibi eſſe credimus.*

Sacramentum adorandum.

Dic mihi adverſarie Chriſti adorabo ſacramentum in ore tuo? alloquar illud in ore tuo, & dicam hinc miſereri mei? non quod videtur, ait, ſed quod verè eſt, Chriſtum ibi eſſe credimus. Vides ne quod, ait, quod etſi Chriſtus non videatur, ibi eſſe, quando dico miſerere mei, quod fit ante ſumptionem.

Ex 12. ſæculo.

D. Bernardus anno Chriſti 1130. De

Digitized by Google

Cœnâ Domini ad Petrum Presbyterum. *Quid facis homo indigne? Quid facis homo ingrate? adora devotius & recole frequentius in ſacramento altaris ſalutem mundi pro te paſſam, vitam pro te mortuam, &c.*

Dum defertur ſacramentũ adorandũ.

Odo Pariſienſis anno Chriſti 1175. In Synodicis conſtit. cap. 5. de ſacramento altaris. *Frequenter moneantur laici, ut ubicunq; viderint deferri corpus Domini, ut ſtatim genua flectant, tanquam Domino, & creatori ſuo, & junctis manibus, quoad uſq; tranſierint, orent.*

Dicant mihi adverſarij, an hoc potuerit clarius dici, & pro adoratione Corporis Domini, & pro reali præſentiâ eius extra uſum? Abſit quod hoc faciant ipſi nec adorant nec orãt; imò proceſſiones aboleverunt, in quibus ſolebat deferri Corpus Chriſti, ut patet in art. de vtraq; ſpecie Confeſſ. Auguſt., ne ipſum debeant adorare; & quia negant eſſe Corpus Chriſti in Euchariſtiâ extra uſum.

Ex 13. ſæculo.

Decretũ generalis Concilij de aſſervatione Euchariſtiæ prout ſemper factũ fuerat.

Concilium Lateranenſe anno Chriſti 1215. in quo 600. Patres, & ultra fuêre, cap. 20 *Statuimus ut in cunctis Eccleſijs Chriſma & Euchariſtia ſub fideli cuſtodiâ, clavibus adhibitis, conſerventur, &c.*

Hono-

Honorius 13.lib.3.Decretal. cap. ſanè. Sacerdos doceat populum, ut cum in celebratione Miſſarum elevatur hoſtia ſalutaris, ſe reverentèr inclinet: idem faciens, cum eam defert ad infirmos, quàm in decenti habitu, ſuperpoſito mundo velamine ferat, &c. ſemper lumine præcedente, cum ſit candor lucis æternæ, ut ex hoc apud omnes fides & devotio augeatur.

Ex 14. ſæculo.

Nicolaus Lyranus, qui vixit in fine 13. ſæculi, & principio 14. Adverſus Iudæum impugnatorē Evangelij ſecundū Matth. *Non adorantur ſpecies viſibiles tanquam Deus, ſed ipſe Chriſtus inviſibilitèr exiſtens ſub iſtis ſpeciebus.* *Quis adoratur in Euchariſtiâ.*

Albertus Patavinus anno Chriſti 1302. ſerm. 245. latè explicat dignitatem & excellentiam hujus ſacramenti citans verba Chriſti Matth. 26. *Hoc quod accipitis: hoc quod manducatis, eſt corpus meum, &c. Ubi advertendum, quod ſi Ieſus acceptum panem manibus convertit in Corpus ſuum, patet quod Corpus proprium tenebat in manibus.* Serm. 146. *Catholica ſententia eſt, quod ſubſtantia panis & vini non manet in hoc ſacramento, ſed tranſit in ſubſtantiam Corporis &* *Adverſarij non ſunt Catholici.*

ſanguinis : Manent tamen priora accidentia panis & vini.

Nota hic prædicantium craſſum mendacium.

Habes contra Adverſarios eos mentiri nos eſſe idololatras dum adoramus vel flectimus genua ante venerabile ſacramentum: Chriſtum enim ibi inviſibilitèr exiſtentem adoramus, non ſpecies viſibiles, ut Deum.

Sic miſeram plebem decipiunt,nobis falſa imponendo.

Habes quod Chriſt⁹ tenuerit Corpus ſuum in manibus,& tenuerit ante uſum.

Habes & tranſubſtantiationem ex ſententiâ Catholicâ,quare Adverſarij non ſunt Catholici.

Ex 15. ſæculo.

Thomas VValdenſis, anno Chriſti 1414. Tom. 2. cap. 26. *Nos aliam hoſtiam conſecratam, nec ſcimus, nec veneramur ibidem,ſola Chriſti viva & divina caro eſt noſtrum eximium ſacramentum, & omnium Chriſtianorum hoſtia conſecrata, nec accidens ſine ſubjecto,nec panis vilis cibarius,ut falſus Wicleffus concedit.*

Ex 16. ſæculo.

Concilium Trident. tandem finitum ſub anno 1563. ſeſſ.13.cap. 6. omnia concludit & Can. 4. ſic cap. 6. habetur.

Con-

Conſuetudo aſſervandi in ſacrario Euchariſtiam, adeò antiqua eſt, ut etiam ſæculum Concilij Nicæni agnoverit. Porrò deferri ipſam ſacram Euchariſtiam ad infirmos, & hunc uſum diligentèr in Eccleſijs conſervari, præterquam quod cum ſummâ æquitate & ratione conjunctum eſt, tùm multis in Concilijs præceptum invenitur, & vetuſtiſſimo Catholicæ Eccleſiæ more eſt obſervatum. Quare ſancta Synodus hac retinendum omninò ſalutarem hunc, & neceſſarium morem, ſtatuit. Hæc ibi.

Conſuetudo antiqua de aſſervatione Euchariſtiæ. *Concilium Nicænum.* *Concil. Carthag. 4.* *Concil. Rhemenſe cap. 2.*

Canon. 4. *Si quis dixerit, peractâ conſecratione in admirabili Euchariſtiæ ſacramento non eſſe Corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſed tantùm in uſu dùm ſumitur, non autem ante, vel poſt; & in hoſtijs ſeu particulis conſecratis, quæ poſt communionem reſervantur, vel ſuperſunt, non remanere verum Corpus Domini, anathema ſit.*

Concilium Lateran. ſub Innoc. 3. cap. 26.

His viſis, Kemnitius Lutheranus neſcit ad quam partem velit deflectere, an nimirùm velit patres ſequi, vel ſuos; tandem ex longâ ejus, & verboſâ diſputatione, duæ colliguntur reſponſiones. » Prima teſtimonia ſimplicitèr eſſe admittenda, quæ habent ab ipsâ actione Cœnæ miſſam fuiſſe Euchariſtiam ad abſentes vel ad ægrotos, vt eam cõtinuò ſumerent:

Duæ reſponſiones Kemnitij.

« rent: exiſtimat enim toto illo tempore, « perſeverare actionem ſive uſum Cœnæ. « Itaque ut eludat teſtimonia Patrum, do« cet in totâ actione Cœnæ Domini ſa« cramentum & Corpus Chriſti manere; « ideſt dum panis benedicitur, frangitur, « & diſtribuitur & etiam dùm ex ipsâ Cœ« na immediatè ad ægrotos defertur vel « ad abſentes, ut, illum comedant, non ut « ſervent.

Kemnitij reſponſio nulla.

Hæc reſponſio nulla eſt; nam clara ſunt verba ſacrorum Conciliorum quæ dicunt Euchariſtiam debere aſſervari in ſacrario, ſicque extra actionem docent Corpus Domini manere in Euchariſtiâ.

Reſponſio ſecunda Kemnitij.

« Secunda reſponſio eſt, quod Patribus « illis poteſt ignoſci; quia ſimplicitèr er« raverunt, ut Cyprianus dicit de ijs qui « ex ignorantiâ in Calice Dominico ſolam « aquam ponebant. Ita lib. 2. Epiſt. 3.

Alterius hæretici reſponſio.

« Vnus Miniſter Brunſvicenſis dicit ſe « ignoſcere Concilio Nicæno, pluribus « Patribus, & toti Eccleſiæ Chriſti erranti « ſimplicitèr.

Reſponſiones temerariæ contra Chriſti doctrinam.

O temerariæ reſponſiones. Nunquid Chriſtus mentitus eſt, dùm dixit Matth. 16. *Et portæ inferi non prævalebunt adversùs eam?* Nunquid inquam mentitus eſt Chri-

Chriſtus dùm dixit Ioan. 14. *Paracletus autem ſpiritus ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis, &c.* Iterùm cap. 16. *Ille vos docebit omnem veritatem, &c.* ſi omnem veritatem docet, ſi omnia docet, quomodo errare poterit? Eſt hîc mera contradictio. Quomodo etiam erit verum quod Paulus ait 1. ad Timoth. 3. nempè Eccleſiam eſſe columnam & firmamentum veritatis?

Eccleſia errare non poteſt.

Quæ rogo fuiſſet aſſiſtentia ſpiritus ſancti, ſi permiſiſſet errare Eccleſiam in re tanti momenti, jam per mille & ultra quingentos annos? abſit ergò hæc hæreſis à nobis. Ipſi & ſuo Luthero contradicunt; qui in declamat. populari ſuper tertium præceptum Decalogi dixit. Eccleſiam non poſſe errare, oportere ſequi authoritatem Eccleſiæ quemlibet in ſuâ opinione poſſe errare, ſtultum eſſe qui confidit in corde ſuo Proverb. 28. captivandum eſſe intellectum noſtrum, in obſequiũ Chriſti, ut Apoſtolus docuit, &c. ſatis de hoc in primo art.

Lutherus de Eccleſiâ contra ſuos.

Ad illud D. Cypriani, Dico id valdè eſſe diſſimile, quia loquitur de quibusdam paucis ſacerdotibus, qui ex ſimplicitate

Reſponſio ad Cyprianum contra Kemn.

citate contrarium morem ſervabant in ſacrificio celebrando, ab eo qui ſervatur in totâ Eccleſiâ: quocirca meritò illos reprehendit, & tamen vult ignoſci eorum ſimplicitati: Doctrina autem & conſuetudo aſſervandæ Eccleſiæ non à paucis, nec à pauco tempore ſervata eſt, ſed ſemper à Chriſti tempore à Patribus & orthodoxis omnium ætatum, quod & in Concilio Nicæno 318. Patrum mandatum eſt. Advertit Miniſter Brunſvicenſis, cui pro ſuâ temeritate vult ignoſci Concilio, quaſi erraſſet ſacrum Concilium, quod à totâ ſanctâ matre Eccleſiâ recipitur, & veluti alterum Evangelium à Gregorio ſancto, ut vidimus, veneratur.

Objectiones aliæ.

Objectio 2. « Obijciunt 2. Origenem ſeu Cyrillum « ad cap. 7. Levit. ſed contrarium oſten-

Reſponſio. « ditur ex Origine, & ex Cyrillo. Ex Ori« gine quidem Homil. 13. in Exodum. Ex « Cyrillo autem in Epiſt. ad Caloſſyrium.

Objectio 3. « Obijciunt 3. Iſychium lib. 2. in Levit. « cap. 8. ubi dicit morem eſſe Eccleſiæ « cōburendi id quod ſupereſt Euchariſtiæ.

Reſponſio. Reſpondeo argumentum ſolvere ſeipſum; loquitur enim quando ob diuturni-

turni-

turnitatem, vel alia de causâ non poteſt conſumi; Quod & in Concilio Aurelianenſi ſtatutum eſt, ut ſpecies nimirùm corruptæ comburerentur.

Obijciunt 4. Nicephorum lib. 17. hiſt. Eccleſ. cap. 25, ubi refert morem fuiſſe in Eccleſiâ, ut reliquiæ Euchariſtiæ traderentur manducandæ pueris innocentibus. *Objectio 4.*

Reſpondeo eum loqui de reliquijs quæ nimis ſuperabundabant: & quidem pro nobis facit, quia dicit hoc fieri ſolùm feriâ 4, vel ſextâ: quando renovatur ſacramentum; hoc clarè indicat aſſervatas fuiſſe reliquias quæ ſuperabundabant, quæ ſanè aſſervatæ non fuiſſent, niſi intellexiſſent ibi eſſe Corpus Chriſti. Ad quid rogo talis eſſet aſſervatio, ſi non eſſet niſi communis panis ibi, & non Corpus Chriſti? non video. *Reſponſio.*

Per hoc reſpondetur ad Concilium 2. Matiſconenſe, ubi Can. 6. ſtatuitur, ut feriâ 4, & 6. advocentur pueri innocentes, & indicto jejunio eis detur, ſi quid supereſt Euchariſtiæ. Ad quod dico, ſi eſſet panis ibi tantùm communis, & non Corpus Chriſti ſub illis ſpeciebus, non neceſſarium fore indicare jejunium, & *Reſpondetur ad Concilium.*

voca-

vocare pueros innocentes, quia quilibet Chriſtianus ſumere poſſet, etiam non jejunus, & non innocens.

Objectio 5. « Obijciunt 5. Conciliũ Tolet. & Arau« ſicanum, in quibus videtur talis aſſerva« tio prohiberi, quaſi Chriſti inſtitutioni « repugnet.

Reſponſio. Reſpondeo Concilium Tolet. 1. Can. 14. & Arauſic. Can. 3. non prohibere aſſervare Euchariſtiam in Eccleſiâ, ſed velle fideles communicare in Eccleſiâ, & non aſportare Euchariſtiam in domum, ut aliquando fiebat. Concilium Lateran. ſuper cit. reddit rationem, ne aliqua ſcilicet, ait, terribilia, vel nefaria per hoc exerceantur. Hoc ſanè inventum eſt facere ſagas, ſi quandoque dùm communicant, poſſint aſſervare ſpecies in ore, & indè extrahere, nam multa nefaria cum eis tentant.

Concilia nobis Catholicis favent. Hæc Concilia nobis multùm favent, nam ſi non eſſet ibi, niſi purus panis, & non Corpus Chriſti, non eſſet neceſſarium, tàm ſtrictè prohibere ne domum portaretur, ſed quia ibi, & extra uſum agnoſcunt eſſe Corpus Chriſti, ideò prohibent in domum ſacram Euchariſtiam impoſterum portari.

Con-

Convictus tandem Kemnitius Lutheranus, fatetur conſuetudinem fuiſſe in Eccleſiâ conſervandi Euchariſtiam, ſed non univerſalem, eam verò & fuiſſe abrogatam. *Kemnitius veritate ſuperatus.*

Contrarium probavi latè, tùm ex ſacris Concilijs, tùm ex orthodoxis fidei ſcriptoribus Græcis & Latinis; Eccleſiæ etiam ſeu templa quæ à nobis Lutherani & Calviniſtæ ſuffurati ſunt, oſtendunt pro nobis rei veritatem, nam ubique apparent in eis loca, ubi olim aſſervabatur (nempè ante Lutherum & Calvinum) ſacroſancta Euchariſtia pro infirmis, & peregrinis communicandis. *Veritas noſtra doctrina eſt oſtenſa. Loca pro Euchariſtiâ aſſervandâ apud Adverſarios.*

Audiamus & Lutherum ſibi alibi con- »
tradicentem, ſupra oſtendi, verbis Chri- »
ſti confici hoc ſacramentum: hoc idem »
docuit Lutherus in Catechiſmo Majori, » *Lutherus ſibi contradicit in Catechiſmo.*
quem Lutherani in libro Concordiæ re- »
cipiunt, & volunt pro Biblijs haberi à »
Laicis. Ipſe de hoc ſacramento loquens, »
ait. Verbum Dei illud eſt, quod hoc ſa- »
cramentum conſtituit, & diſcrimen fa- »
cit, ut non ſit merus panis, merum vi- »
num, ſed ut hæc ſint Corpus & ſanguis »
Chriſti, & dicantur, &c. Hæc ille. »

Arguo ſic. Verbum Chriſti, per te, *I.*

Verbũ Dei conſtituit hoc ſacramentum.

hoc ſacramentum conſtituit, ergò illo prolato erit hoc ſacramentum, ergò ſive ſumas, ſive non prolato illo verbo erunt ibi Corpus & ſanguis Chriſti, quia hoc ſacramentum eſt Corporis & ſanguinis Chriſti, quod conſtituit verbum Chriſti per te.

Argumenta ad hominem.

Conſequentia prima probatur, nam cætera ſunt clara. Poſita cauſa conſtitutiva alicuius effectus, ponitur & ipſe effectus; ſed per te Luthere verbum Chriſti conſtituit hoc ſacramentum, ſeu eſt cauſa conſtitutiva hujus ſacramenti, ergò illo poſito, ſeu à ſacerdote ritè ordinato prolato, verè erit ibi ſacramentum conſtitutum quod eſt Corporis & ſanguinis Chriſti; omnia iſta ſunt ex tuis deducta: ſubſumo, ſed ante ſumptionem ſat diu eſt prolatũ verbum Chriſti, ergò

II. Verbum Dei ponit diſcrimen.

Secundò verbum Chriſti per te facit diſcrimen, ut non ſit merus panis & merum vinum, ſed ut hæc ſint Chriſti Corpus & ſanguis, & dicantur: ſed ſat diu ante ſumptionem eſt prolatum verbum Chriſti, ergò ſat diu ante ſumptionem ſunt ibi Corpus & ſanguis Chriſti.

III. Quænam ſint in Euchariſtiâ.

Tertiò in venerabili ſacramento non ſunt niſi panis & vinum, ſeu ſpecies panis

& vi-

& vini & Corpus & ſanguis Chriſti, ergò ſi ante ſumptionem ſeu extra uſum, non ſunt ibi Corpus & ſanguis Chriſti jam verbum Chriſti non faciet diſcrimen, ut non ſit merus panis, & merum vinum, ut tu dicis; ſed ſumptio, hoc præſtabit.

Conſequentiam hanc vltimam probo, ſi extra uſum & ante ſumptionem non eſt ibi Corpus Chriſti, ſed in ſumptione incipit eſſe ibi Corpus Chriſti, ergò ſumptio facit Corpus Chriſti eſſe ibi. Conſequentiam hanc probo. Ante ſumptionem, non eſt niſi merus panis & merum vinum, quia extra uſum non eſt Corpus Chriſti, ergò uſus ſeu ſumptio facit Corpus Chriſti eſſe ibi, & conſequenter non verbum Chriſti conſtituit hoc ſacramentum, ut tu dicebas, nec verbum Chriſti facit diſcrimen, ut non ſit merus panis & merum vinum ibi.

Hoc probo & te interrogo: prolato verbo Chriſti, eſtné ibi Corpus Chriſti? Reſpondebis non; quia non eſt ibi extra uſum: ergò merus panis & merum vinū tantùm erunt ibi, ergò non verbum Chriſti conſtituit hoc ſacramentum, ſed ſumptio; nam prolatis verbis Prædicans cogatur auffugere, ſanè, non niſi panis manebit.

Contradictio 2.
Quid diſtribuatur in altari.
Luhterus.

Audi alteram contradictionem Lutherus in Catechiſmo cit. ait. Quid igitur eſt ſacramentũ quod ad altare diſtribuitur? Reſpondetur eſt verum Corpus & ſanguis Chriſti in, & ſub pane, & vino, quæ edere & bibere jubemur verbo Chriſti. Hæc ille.

Cõvincitur Lutherus.

Nota & hæc verba, quod diſtribuitur eſt Corpus Chriſti. Arguo, Quod non eſt, non poteſt diſtribui: ſed dùm porrigis & diſtribuis illum panem, Corpus Chriſti non eſt ibi, quia per te non eſt ibi ante ſumptionem, ſed poſt ſumptionem, ſeu ſumptione factâ, ergò non Corpus Chriſti diſtribuiſti, ſed merum & purum panem, ad cujus ſumptionem incipit Corpus Chriſti eſſe ibi.

Secundò ſic & interrogo te. Quando illum panem tenes in manu, & communicaturo præbere vis, ſi quis te interrogaret: Eſtné Corpus Chriſti ibi in illo pane, & ſub illo pane? Credisné in hoc pane, & ſub hoc pane eſſe Corpus Chriſti? non poteris dicere credo eſſe; quia per te non eſt ante ſumptionem, & extra uſum, ergò quod diſtribuiſti nõ fuit Corp⁹ Chriſti, ſed fuit merus panis, ad cuius ſumptionem, ſequitur ſumptio Corporis Chriſti.

Hoc

Hoc totum probo. Lutherani in lib. Concordiæ pag. 750. ſic habent. Tria neceſſariò requiruntur ad eſſe Corporis Chriſti ibi Conſecratio, diſtributio, & ſumptio, &c.

Ad eſſe corporis Chriſti in Euchariſtiá tria requiruntur à Lutheranis.

Arguo, Dùm conſecratur panis per vos, non eſt ibi Corpus Chriſti: dùm diſtribuitur non eſt ibi Corpus Chriſti, ſed tantū dùm ſumitur, ſeu ſumpto ipſo pane, ergò ſacerdos nō diſtribuit Corpꝰ Chriſti, ut volebat Lutherus, ſed merum panem, ad cujus ſumptionem, ſequitur ſumptio Corporis Chriſti.

Objectio.

Nec valet dicere, præſupponit ſumptio conſecrationem, & diſtributionem.

Reſponſio.

Concedo, ſed ante ſumptionem non eſt Corpus Chriſti ibi, ſed merus & purus panis, & merum vinum, ergò quod diſtribuit ſacerdos, nō eſt Corpus Chriſti, ſed merus panis, & merum vinum.

Probatio evidens contra Lutherum.

Hoc totum probo. Det ſacerdos ad manus communicantium illum panem ſuper quem protulit verba Chriſti, det & calicem ſimilitèr ad manus, ut fieri poteſt: Interrogabo creditis ne ibi in hoc pane, & in hoc vino, & ſub hoc pane, & vino eſſe Corpus Chriſti? Non poſſunt reſpondere credimus; quia Corpus

Digitized by Google

Chriſti non eſt ibi ante ſumptioné, ergò, ut dixi, quod ſacerdos diſtribuit, non fuit Corpus Chriſti; ut dicebat Lutherus, ſed merus & purus panis ad cuius ſumptionem ſequitur ſumptio Corporis Chriſti.

Dico ſequitur, quia ſumptio per eos eſt cauſa eſſendi Corpus Chriſti ibi, cauſa auté ſaltem natura antecedit effectũ.

Prædicantes ſuos jubent mẽtiri ante communionem.

Hinc nota nullum eſſe Prædicantem qui non velit ſuos pœnitentes communicaturos mentiri antequam communicent; nam quilibet illorum interrogat eum qui communicaturus eſt. Credisné ſub iſto pane, & in iſto pane quem tibi trado, & diſtribuo, eſſe Corpus Chriſti? Reſpondet, Credo. Hîc mentitur, quia per ipſos nondum eſt ibi; ſed ſumptione factâ fit Corpus Chriſti ibi. Dixi ſumptione factâ: quia cum ſumptio per eos ſit cauſa eſſendi corpus Chriſti ibi, ſaltèm natura antecedit ſuum effectum, ut eſt Corpus Chriſti eſſe ibi. Interrogare ergò Prædicans deberet: Credisné Chriſti Corpus futurũ ſub hoc pane, ſi ipſum panem ſumpſeris? Reſpondiſſet, credo; ſed jam hoc eſt contra Lutherum, qui dicit ſacerdoté diſtribuere Corpus Chriſti. Pau-

Paulus Apoſtolus 1. ad Corinth. 11. ait. *Probet autem ſeipſum homo, ut ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat, & bibit indignè, judicium ſibi manducat, & bibit.* Lutherani ſemper indignè ſumunt, ut viſum eſt; quia mentiuntur, reſpondentes Prædicanti.

Non ſolus Prædicans facit Corpus Chriſti in Euchariſtiâ eſſe.

Deinde, ſi eorum doctrina eſſet vera, non ſolus ſacerdos efficeret Corpus Chriſti non ſolùm verbum Chriſti conſtitueret hoc ſacramentum, non ſolùm Chriſti verbum, faceret diſcrimen, ut non ſit merus panis, & merum vinum, ſed ipſa etiam ſumptio hæc omnia faceret, imò plus dependeret eſſe Corporis Chriſti ad eſſe ibi à ſumptione, quàm ab ipsâ conſecratione; quia illa poſita ponitur Corpus Chriſti ibi, & illa remota, non eſt ibi, ſicque ſuſcipiens qui eſt Laicus plus facit ad eſſe ſacramenti ibi, quàm Prædicans apud eos, vel ſaltem Prædicans ſolus non facit Corpus Chriſti eſſe ibi, ſed maximè ſuſcipiens, nam conſiſtit in uſu per eos & ille qui recipit, eſt ille qui utitur. Prædicans profert verba conſecrationis, antequam diſtribuat, poteſt ei contingere mori. Non video, cur aliquis non poſſit accipere

Chriſti non eſt ibi ante ſumptioné, ergò, ut dixi, quod ſacerdos diſtribuit, non fuit Corpus Chriſti; ut dicebat Lutherus, ſed merus & purus panis ad cuius ſumptionem ſequitur ſumptio Corporis Chriſti.

Prædicantes ſuos jubent mẽtiri ante communionem.

Dico ſequitur, quia ſumptio per eos eſt cauſa eſſendi Corpus Chriſti ibi, cauſa auté ſaltem natura antecedit effectũ. Hinc nota nullum eſſe Prædicantem qui non velit ſuos pœnitentes communicaturos mentiri antequam communicent; nam quilibet illorum interrogat eum qui communicaturus eſt. Credisné ſub iſto pane, & in iſto pane quem tibi trado, & diſtribuo, eſſe Corpus Chriſti? Reſpondet, Credo. Hîc mentitur, quia per ipſos nondum eſt ibi; ſed ſumptione factâ fit Corpus Chriſti ibi. Dixi ſumptione factâ: quia cum ſumptio per eos ſit cauſa eſſendi corpus Chriſti ibi, ſaltèm natura antecedit ſuum effectum, ut eſt Corpus Chriſti eſſe ibi. Interrogare ergò Prædicans deberet: Credisné Chriſti Corpus futurũ ſub hoc pane, ſi ipſum panem ſumpſeris? Reſpondiſſet, credo; ſed jam hoc eſt contra Lutherum, qui dicit ſacerdoté diſtribuere Corpus Chriſti. Pau-

Paulus Apoſtolus 1. ad Corinth. 11. ait. *Probet autem ſeipſum homo, ut ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat, & bibit indignè, judicium ſibi manducat, & bibit.* Lutherani ſemper indignè ſumunt, ut viſum eſt; quia mentiuntur, reſpondentes Prædicanti.

Deinde, ſi eorum doctrina eſſet vera, non ſolus ſacerdos efficeret Corpus Chriſti non ſolùm verbum Chriſti conſtitueret hoc ſacramentum, non ſolùm Chriſti verbum, faceret diſcrimen, ut non ſit merus panis, & merum vinum, ſed ipſa etiam ſumptio hæc omnia faceret, imò plus dependeret eſſe Corporis Chriſti ad eſſe ibi à ſumptione, quàm ab ipsâ conſecratione; quia illa poſita ponitur Corpus Chriſti ibi, & illa remota, non eſt ibi, ſicque ſuſcipiens qui eſt Laicus plus facit ad eſſe ſacramenti ibi, quàm Prædicans apud eos, vel ſaltem Prædicans ſolus non facit Corpus Chriſti eſſe ibi, ſed maximè ſuſcipiens, nam conſiſtit in uſu per eos & ille qui recipit, eſt ille qui utitur. Prædicans profert verba conſecrationis, antequam diſtribuat, poteſt ei contingere mori. Non video, cur aliquis non poſſit accipere illum

Non ſolus Prædicans facit Corpus Chriſti in Euchariſtiâ eſſe.

illum panem conſecratum, & ſeipſum communicare, ſed per ſumptionem efficitur Corpus Chriſti ibi, ergò non à ſolo Prædicante, nec ſolo Chriſti verbo conſtituitur hoc ſacramentum, ſed & à Laico etiam muliercula ſumente tàm activè quàm paſſivè, nam Laicus in caſu poteſt ſeipſum communicare, & ſic ſacramentum hoc conſtituere, ſi conſiſtat in ſumptione.

Contradictio alia.

« Audi aliam contradictionem in Lu-« thero. In lib. de formulâ miſſæ Tom. 2. « Ien. Lat. fol. 558. finitâ benedictione, ait. « Chorus cantat ſanctus, & ſub cantu Be-« nedictus elevetur panis, & calix, ritu hac-« tenus ſervato, vel propter infirmos, qui « hâc repentinâ huius inſignioris in miſsâ « ritus mutatione, fortè offenderentur. Hæc ille.

Elevatio panis in miſsa ritus inſignis.

Audis elevationem Panis & Calicis, eſſe inſigniorem ritum, inter alios miſſæ ritus. Interrogo Lutherum; Ad quid illorum elevatio, ſi non adſit ibi Corpus & ſanguis, imò totus Chriſtus qui veneretur, & adoretur?

Dicit hoc fieri ritu hactenus ſervato, &c. Verè ita ſemper ſervavit Eccleſia tàm Orientalis, quàm Occidentalis, ut ni-

Digitized by Google

ut nimirùm Chriſtus totus ſub illis ſpeciebus adoraretur, & veneraretur, dùm elevantur; nam conſecratione factâ docuit ſempèr mater Eccleſia ſub illis ſpeciebus eſſe verè Corpus & ſanguinem Chriſti, quæ elevantur, imò ibi eſſe totum Chriſtũ qui veneretur & adoretur.

De adoratione in Euchariſtiâ.

Deinde dicit eſſe inſigniorem ritum inter ritus miſſæ, Quid obſecro poteſt habere inſignius inter alia, ſi ſit tantùm ibi panis elevatio, & non adſit Corpus Chriſti, imò totus Chriſtus?

Lutheri ſuaſio.

Dicit quod non malè orabit quis, ſi » ante communionem dicat illam oratio- » nem, Domine Ieſu Chriſte, &c. ut in miſ- » ſali Romano. Libera me per hoc ſacro » ſanctum Corpus & ſanguinem tuum, ab » omnibus iniquitatibus meis, &c. »

Contradictio.

Hîc eſt mera contradictio. Dicit libera me per hoc ſacroſanctũ Corpus, &c. ergò ſupponit Corpus Chriſti eſſe ibi, nam pronomen, hoc, eſt Demonſtrativum, ergò debet verè ſignificari ibi eſſe, quod demonſtrat, & ita Corpus Chriſti; ſed dicit alibi cum ſuis non eſſe ibi ante ſumptionem, ergò ſibi contradicit.

In Diſputatione contra 32. articulos » Lovanienſ. propoſit. 16. Tom. 1. Ien. Lat. »

Digitized by Google

Quid exhibeatur in Euchariſtia & de adoratione.

« fol. 538, ait. In Euchariſtiâ ſacramento « adorabili & venerabili eſt, & exhibetur, « & ſumitur verè & re ipsâ Corpus & ſan-« guis tàm à dignis quàm ab indignis. Hæc ille.

Arguitur contra Lutherum.

Nota, quod dicit, hoc ſacramentum adorabile,& venerabile. Quæro ab ipſo quando adorandum ſit,& venerandum? ante ſumptionem non, quia ibi ante ſumptionem per eum, & ſequaces eius, non eſt niſi panis,qui non eſt adorabilis, quia pugnat cum primo præcepto ſecundum eum: Et ipſi Lutherani in libro Concordiæ pag. 604. de Cœnâ Domini propoſit. 19. dicunt. Externa viſibilia elementa panis & vini in ſacramento adoranda eſſe damnamus: quando ergò adorabo hoc ſacramentum? ſanè non niſi in tuo ore; quia Corpus Chriſti non eſt ibi nec Chriſtus,ut adorandus ſub illis ſpeciebus,niſi poſt ſumptionem, ergò nec Chriſtus ibi adorandus, niſi poſt ſumptionem, quod videtur abſurdum.

Duo conſideranda in Euchariſtiâ.

Miror & huius hominis doctrinam. Duo enim conſideramus hîc,ſacramentum nimirùm,& rem ſacramenti; ſacramentum ſunt illæ ſpecies,res ſacramenti Corpus & ſanguis Chriſti, ſeu Chriſtus

ipſe,

ipſe, ſpecies per ſe non ſunt adorabiles, ergò nec adorabile ſacramentum.

Objectio. Dices illas ſpecies, ideò ſacramentum dici, & ſacramentum ideò adorandum, quia ſub illis ſpeciebus verè continentur Corpus & ſanguis Chriſti, imò ipſe Chriſtus, qui eſt adorandus.

Reſponſio. Concedo, ſed non ſunt ibi ſub ratione rei ſacramenti, nec ſpecies illæ ante ſumptionem per ſe habent rationem ſacramenti, ergò nihil ibi adorabile, niſi poſt ſumptionem, ſicque in tuo ore, vel ventre ſacramentum adorabile, quod eſt abſurdum.

Quid ſit ſacramentũ. Quod non habeant rationem ſacramenti illæ ſpecies, ante ſumptionem, ſecundum hanc Lutheranam doctrinam patet; Nam ſacramentum eſt ſacræ rei ſignum ex Auguſtino, ſed ante ſumptionem nulla eſt ibi res ſacra, quia non Corpus Chriſti, vel ſanguis Chriſti, ſeu Chriſtus ipſe, ergò ante ſumptionem nihil ibi adorabile; quia non niſi purus panis, & purum vinum, quæ non ſunt adoranda.

Lutheranorum exemplum. Adferunt unum exemplum Lutherani quo ſuum intentum probare intendunt. Nam in lib. Concord. pag. 750. »

ajunt,

« ajunt. Quemadmodum aqua Baptiſmi, « ſi ad Campanas baptizandas, aut ad cu- « randã lepram, adhiberetur, aut adoran- « da proponeretur, nullam haberet ra- « tionem baptiſmatis: Ita nec panis iſte « cõtineret Corpus Chriſti, niſi ſumeretur.

Species habent rationem ſacramenti non aqua bap-

Hoc exemplum nullius eſt momenti: ſiquidem aqua baptiſmi non eſt ſacramentum Baptiſmi, non eſt aliquid quod poſt actionem baptiſmi in aqua habeat rationem ſacramenti, ſicuti ſpecies hîc habent; conſecratione enim factâ, continent & ſignificant Corpus & ſanguinem Chriſti verè eſſe ibi. Sacramentum Baptiſmi conſiſtit in fieri, ut in ablutione aquæ, quæ ſignificat ablutionem animæ à peccatis, quâ ablutione factâ, aqua manet aqua ſicut prius, nec ullam rationem ſacramenti habet. Etſi enim ſacramentum hoc præſupponat actionem quoad fieri, prout & alia novæ legis ſacramenta, nempè conſecrationem, non tamen quoad eſſe ſacramenti permanentis, nam conſecratione factâ illæ ſpecies habent rationem ſacramenti, quia, ut dixi, ſignificant Corpus & ſanguinem Chriſti eſſe ibi, imò totum Chriſtum: quare ſive ſumantur ſive non Corpus & ſan-

ſanguis Chriſti, imò totus Chriſtus eſt ibi, qui verè ſub illis ſpeciebus adoratur, non conſiſtit ergò in fieri hoc ſacramentum, ita ut illud ſit tantùm, dùm fit, & dùm non fit, non ſit, ut alia novæ legis ſacramenta, ſed conſiſtit in facto eſſe.

Sacramentum Euchariſtia conſiſtit in facto eſſe non ſic alia ſacramenta.

Quod dicunt de aquâ ad Campanas baptizandas. Dico Campanas non propriè baptizari; non enim ſunt capaces effectuum Baptiſmi, ſed tantùm metaphoricè; quatenus ſcilicet nomina eis imponuntur, ut fit in Baptiſmo.

Reſtat videre quos fautores & Patronos habeant hi ſectarij.

Neſtoriani anno poſt Chriſtum natum 430. dicebant Euchariſtiam extra uſum non eſſe ſacramentũ. *Ita de eis refert D. Cyrillus Alexandrinus Epiſt. ad Caloſyrium.* » *Hæretici antiqui.*

Martin⁹ Bucerus ſecutus eſt eos, nam » ut ſcribit Cocle⁹ lib. 3. Miſcellan. tract. 8. » anno Domini 1536. 23. Maij Luthero per- » ſuaſit Corpus Domini non eſſe in Eucha- » riſtiâ, niſi dùm ſumitur, & proinde ipſam » ſumptionem propriè eſſe ſacramentum. » Hanc ſententiam excogitavit Bucerus, » ait, ut per eam conciliaret inter ſe Zuin- » glianos & Lutheranos; videbatur enim »

tem-

« temperamentum quoddam, & quaſi me-
« dium inter extremas eorum ſententias.
« Et quamvis concordia non ſucceſſerit,
« tamen hanc ſententiam libentèr arri-
« puerunt tùm Lutherani tùm Zuingliani,
« quia viderunt per eam deſtrui adoratio-
« nem Euchariſtiæ, & alia nonnulla quæ in
« uſu erant apud Catholicos. Itaque
« Philippus Melanchton ex Lutheranis
« tuetur eam in locis communib. de Cœ-
« nâ Domini. Ioannes Brentius in Con-
« feſſ. VVittemb. cap. de Euchariſt. Mat-
« thias Illiricus in Apolog. pro Confeſſ.
« Antuerp. Cap. de Cœnâ Domini. Mar-
« tinus Kemnitius in 2. par. exam. Concilij
« Trid. ſeſſ. 13. cap. 3. & 6. Ex Zuinglianis
« Calvinus lib. 4. Inſt. cap. 18. ſect. 37, &
« 39. Petrus Martyr in lib. contra Gardi-
« nerum obiect. 88. & 132.
« Hos ſecuti ſunt ſectarij noſtri tem-
« poris; quare nõ immeritò debent voca-
« ri Lutherani & Calviniſtæ, vel ſi ma-
« luerint Neſtoriani, ut à Ma-
« joribus.

ARTI-

ARTICVLVS VII.

DE COMMVNIONE ſub utraque ſpecie.

LVtherani in Confeſſione Augu- »
ſtanâ. Laicis datur utraque ſpe- »
cies ſacramenti in Cœnâ Domini, quia »
hic mos habet mandatum Domini »
Matth. 26. *Bibite ex hoc omnes*: ubi mani- »
feſtè præcepit Chriſtus, de poculo ut »
omnes bibant,&c. Subdunt infrà. Tan- »
tùm conſuetudo non ita vetus aliud ha- »
bet. Conſtat autem quod conſuetudo »
contra mandata Dei introducta non ſit »
probanda, ut teſtatur Canon. Diſt. 8. »
cap. veritate cum ſequentibus. Hæc ve- »
rò conſuetudo, non ſolùm contra ſcri- »
pturam, ſed etiam contra Canones, & »
exemplum Eccleſiæ recepta eſt. Quare »
ſi qui maluerunt utraque ſpecie ſacra- »
menti uti, non fuerunt cogendi, ut alitèr »
facerent cum offenſione conſcientiæ. »
Hæc illi. Idem docet Melanchton in »
Apologiâ quam ipſi recipiunt; dicit »
enim ibi utramq; ſpeciem eſſe omnibus »
neceſſariam. »

Hanc doctrinam habent à Luthero »

non

« non ſolùm ex Confeſſione Auguſtanâ
« cujus eſt author, ſed & ex aſſertionibus
« ſuis à Leone X. condemnatis: Aſſertione
« enim 16. hortatur Bohemos, ut in ſuâ
« ſententiâ permaneant firmitèr pro u-
« traque ſpecie, cum pro ſe habeant, ait,
« expreſſum textum Evangelij; unde ſub-
« dit. Conſultum itaq; mihi videtur nunc;
« ut non modò per Concilium, ſed per
« quamcunq; Diocœſim quilibet Epiſco-
« pus, etiam invito Papâ, Chriſtum ſecutus
« in Evangelio, rursùs utramque ſpeciem
« daret Laicis, &c. An ignoramus Deo
« magis quàm hominibus eſſe obedien-
« dum? Chriſtus utramque dat populo
« ſuo, & Vicarius ſuus alteram aufferet?
« Iterùm in lib. de Capt. Bab. Tom. 2.
« Ien. fol. 261. Lat. Cùm hîc Chriſti ver-
« bum & exemplum ſtet firmiſſimè, ubi
« non permittendo, ſed pręcipiendo dicit:
« *Bibite ex eo omnes:* Si enim omnibus bi-
« bendum eſt, & illud non poſſit ſolis Pres-
« byteris dictum intelligi, certè impium
« eſt, Laicos petentes ab eo arceri, etiamſi
« Angelus de Cœlo hoc faceret. Hæc ille.

Calvinus Lutheri Diſcipulus.

« Calvinus ſecutus eſt Lutherum lib. 4.
« Inſt. cap. 17. ſect. 47, 48, 49, & 50. In his
« enim ſectionibus graviter contendit, pro

utraq;

utraque ſpecie, & omnino vult eſſe præ- »
ceptum divinum, ut utraq; detur Laicis, »
aliàs dicit ſacramentum eſſe mutilum. »
Prout & Lutherus docuit locis citatis. »

Porrò, ut quidam Doctor dicit, Lutherus in hac quæſtione, ſicut in alijs, varius admodum & inconſtans fuit, ut omni prorsùs fide ſit apud prudentes indignus. Nam vtrumque aliquoties aſſeruit. Nempè liberũ eſſe, vel vtramque, vel alteram tantùm ſpeciem ſumere, aut miniſtrare. Ita Tom. 7. Germ. VVitt. fol. 17. pag. 2. Et in lib. ad nobilitatem Chriſtianam Germ. ubi ait. Non ſum »
author vt Bohemi ad alteram ſacramen- »
ti ſpeciem cogantur, ſed eo quo volunt »
modo relinquantur, Epiſcopus tantùm »
curet, ne diſcordia ex hoc diverſo com- »
municandi modo oriatur, ſed familiari- »
tèr eos inſtruat, neutrũ eſſe cum errore »
conjunctum; quemadmodum omni er- »
rore vacat quod ſacerdotes alio quàm »
Laici, habitu utantur. Vide & in ſerm. »
de ſacramento & Confraternit. »

Lutheri inconſtantia.

In aſſertionibus ſupracit. art. 16. & in lib. de Capt. Bab. contendit utramque ſpeciem eſſe de præcepto neceſſariam, & hoc ex cap. 26. Matth. Licet concedat

poſſe eos qui in alterâ tantùm communicant, à peccato excuſari, vel ob ignorantiam, vel quia non ſit ipſis copia utriuſque.

Lutheri cõtradictio.

Audi meram contradictionem, non quidem in diverſis libris, nam non ſolùm in diverſis, ſed ſæpè in uno & eodem libro, ita ſibi turpitèr contradicit, ut clariſſimè conſtet non habere ſpiritum divinum, ſed prorsùs malignum. In lib. cit. de Capt. Bab. fol. 261. Tom. 2. Lat.
« Ien. ut vidimus, ait. Chriſtus non per-
« mittendo, ſed præcipiendo dixit, *Bibite ex*
« *eo omnes*. Et iſtud nõ poteſt ſolis Presby-
« teris dictũ eſſe intelligi, ſed omnibus &c.
« fol. verò 262. pag. 2. Tom. cit. & lib. cit.
« ſibi contradicendo, ait. Non quod pec-
« cent in Chriſtum, qui unâ ſpecie utun-
« tur cum Chriſtus non præceperit ulla
« uti, ſed arbitrio cujuslibet reliquit, di-
« cens: *Quotieſcunq; hæc feceritis, in mei me-*
« *moriam facietis*. ſed illi peccant, qui
« hoc arbitrio volentibus uti prohibent
« utramque dari, &c.

Quam rogo hîc eligent partem Lutherani? In vno loco dicit eſſe præceptũ divinum, vt utraque pars detur, & ſumaur, juxta illud Matth. 26. *Bibite ex eo*

omnes,

omnes, & ſtatim, & quidem in eodem libro dicit Chriſtum non præcepiſſe ulla uti. Hoc eſſe de præcepto divino obſervandũ, & non eſſe, eſt mera contradictio.

» Ponderent hæc Lutherani, qui Lutherum vocant ſelectum organum Dei. Et » quidem non diſſimili inconſtantiâ aliquando ſcripſit Melanchton, nam in locis communibus ab eo recognitis, & anno 23 Argentorati æditis in loco de abrogat. legis pag 76. ſcribit. Ita non peccare illum qui utitur alterâ ſacramenti ſpecie, ſicut non peccat is qui libertate Chriſtianâ carnem ſuillam edit, aut ab illâ abſtinet. Hæc ille. In Confeſſione autem Auguſtanâ, cujus eſt ſecundarius author, & in Apologiâ ejuſdem Confeſſ. docet omninò vtramque ſpeciem omnibus eſſe neceſſariam.

Melanchtonis inconſtantia & cõtradictio.

Quod ex Evangelio non habeant ſuam doctrinam, oſtendo.

Matth. 26. *Cœnantibus autem eis, accepit Ieſus panem, & benedixit ac fregit, deditq; Diſcipulis ſuis; & ait: Accipite, & comedite: Hoc eſt Corpus meum. Et accipiens calicem, gratias egit: & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes, &c.* Idem habetur Marci 14. ubi

& ſubditur; *Et biberunt ex illo omnes.* Nota quod ex quo ſacer textus dicit: *Deditq; Diſcipulis ſuis, dicens: Bibite ex hoc omnes, & biberunt ex eo omnes, &c.* ſatis indicat non alijs dixiſſe non alijs præcepiſſe, nempè Laicis, ut omnes ex eo biberent, ſed illis ſolis aſſidentibus menſæ cum eo, qui erant ſacerdotes, & ſucceſſoribus eorum conſtitutis ſacerdotibus. Hoc advertit Gennadius Scholarius Patriarcha Conſtantinop. de ſacrificio in azimo ſect. 6. non dixit date, ſed vos Diſcipuli bibite, & biberunt ex eo omnes. Ex hoc ergò loco non poſſunt adverſarij colligere præceptum de utraque ſpecie pro Laicis, vt prætendunt: nam ſi aliquis princeps menſæ aſſideat, & dicat aſſidentibus cum eo. Bibite ex hoc vino omnes, non continuò intelligitur ſtabularios, coquos, & ſimiles, ex eo debere bibere, quia nec eis dat, & Chriſtum dediſſe Diſcipulis legimus, non alijs.

Nullum eſt præceptum Laicis de utraque ſpecie.

Habemus & alium locum Lucæ 24. *Et factum eſt: dùm recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti ſunt oculi eorum, & cognoverunt eum.*

Hunc locum de communione ſub unâ ſpecie

ſpecie interpretantur D. Ioannes Chryſoſtomus, Homil. 16. operis imperfecti ſuper Matth. D. Auguſtinus lib. 3. cap. 25. de conſenſu Evangeliſt. Iſychius Hieroſolymitanus lib. 2. in Levit. cap. 9.

Sanctorum interpretatio.

Habemus & alium locum Act. 2. *Erant autem perſeverantes in doctrinâ Apoſtolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus.* Rurſus Act. 20. *Vna autem Sabbati cum conveniſſemus ad frangendum panem.*

Hæc loca interpretantur de communione ſub unâ ſpecie, Venerabilis Beda ad cap. 20. Act. Apoſt. Ionas Aurelianenſis lib. 3. de Imaginibus. *In Actibus Apoſtolorum Apoſtoli leguntur omni die in templo, & circa domos docuiſſe, & in panis fractione myſteria Corporis Domini celebraſſe.*

Chriſtiani in Syriâ ubi noſter textus habet Act. 2. *In communione & fractione,* panis Syriacus textus habet: *In fractione Euchariſtiæ.* quod probat Syros ante plures annos hunc locum non de communi pane, ſed de Euchariſtiâ intellexiſſe.

Ioannes Calvinus, *licet adverſarius, tamen Act. 20. eodem modo locum nobiſcum interpretatur.* Quamvis, inquit, interdum » Hebræis panis fractio convivium dome- » ſticum ſignificet, hoc tamen loco de »

Calvini interpretatio.

 ſacrâ

ſacrâ Cœnâ duabus rationibus inductus interpretor. Nam cum ex ſequentibus colligere promptum ſit, non paucam multitudinem hominum illic fuiſſe collectam, Cœnam privata in domo poſſe inſtrui conſentaneum non eſt. Deinde narravit poſtea Lucas Paulum non Cœnæ tempore, ſed poſt mediam demùm noctem panem ſumpſiſſe. Huc accedit quod non veſcendi cauſa cibum dicitur cepiſſe, ſed tantùm ut guſtaret.

Quod ex Patribus & ſcriptoribus orthodoxæ fidei non habeant Adverſarij ſuam doctrinam, oſtendo.

Patres Græci.

Omnes Patres Græci quos citavi art. 6. & ſacra Concilia pro reali præſentiâ Corporis Chriſti extra uſum, ſunt pro hac noſtrâ ſententiâ, & præter illos ſunt iſti.

Ex 1. ſæculo.

D. Ignatius in Epiſt. ad Epheſios. *Obedientes Presbytero & Epiſcopo impravaricabili ſenſu frangentes panem, qui eſt medicamentum immortalitatis, antidotum non moriendi.*

Ex 2. ſæculo.

D. Irenæus Epiſt. ad victorem anno Chri-

Chriſti 180. *Presbyteri illi qui te anteiverunt ætate, tametſi minimè illud ita obſervabant: his tamen Epiſcopis, qui in alijs Eccleſijs idem ſic obſervabant, Euchariſtiam miſerunt, &c.*

Narrat Euſebius lib. 5. hiſt. cap. 24. morem fuiſſe, ut Papa mitteret Euchariſtiam in ſignum pacis & communionis Epiſcopis.

Ex 3. ſæculo.

Origenes anno Chriſti 230. *Volo vos admonere religionis veſtræ exemplis. Noſtis qui divinis myſterijs intereſſe conſueviſtis, quomodo cum ſuſcipitis Corpus Domini, cum omni cautelâ & veneratione ſervatis, ne ex eo parum quid decidat, ne conſecrati muneris aliquid dilabatur, &c.*

Vbique, ut vides, fit mentio tantùm de unâ ſpecie. Nec hoc dicitur per ſynecdochen accipiendo partem pro toto, quod patebit ex ſequentibus.

Ex 4. ſæculo.

Eſt Concilium Nicænum art. 6. cit. vide ibi. Eſt & D. Baſilius Magnus anno Chriſti 370. In Epiſt. ad Cæſaream Patriciam, ubi dicit tempore perſecutionis poſſe quempiam, non præſente ſacerdote, aut miniſtro, propriâ manu communionem ſumere. Omnes in Eremis ſo-

De Communione ſub unâ ſpecie etiam apud Græcos.

litariam vitam agentes, ubi non eſt ſacerdos communionem domi ſervantes, ſeipſos communicare. In Alexandriâ & Ægypto, qui de populo ſunt, ut plurimum habere communionem in domo ſuâ. Idem eſſe virtute ſive unam partem accipiet quiſquam à ſacerdote, ſive plures partes ſimul, &c. Hìc clarè habes de communione ſub unâ ſpecie in Eccleſiâ etiam Græcâ, & non eſſe dictum per ſynecdochen.

Ex 5. ſæculo.

Eſt D. Chryſoſtomus in Epiſt. priore ad Innocentium Papam, vide art. 6. eum.

Ex 6. ſæculo.

Eſt Evagrius lib. 4. cap. 35. cujus verba vide cit. art. 6.

Ex 7. ſæculo.

Conſuetudo de Communione ſub unâ ſpecie in Eccleſiâ Græcâ.

Eſt Ioannes Moſchus año Chriſti 620. in prato ſpirituali cap. 39. *Catholicus cujuſdam hæretici ſervus, ait, in ſeleuciâ, juxta provinciæ conſuetudinem, die ſancto Cœnæ Dominicæ ſumptam communionem involuit in mundiſſimo linteo, & in armario repoſuit, &c.* Narrat ibi miraculum factum.

Nota dicere fuiſſe Provinciæ conſuetudinem ſumere communionem ad domum, & non niſi unam ſpeciem, nam

alia

alia nec aſſervari potuiſſet, & vix portari.

Ex 10. ſæculo.

Eſt Simeon Metaphraſtes anno Chriſti 950. cujus verba vide art. 6.

Ex 16. ſæculo.

Gilbertus Genebraldus lib. de Græcorum ritibus. *Paſchatis feſto poſt auricularem confeſſionem communicant Græci ſub utraq; ſpecie: ad ægrotos tamen panis duntaxat ſpecies defertur.*

Hypathius Ruthenorum Legatus año Chriſti 1595. in ſuæ fidei profeſſione. *Fateor etiam ſub alterâ tantùm ſpecie, totũ atq; integrum Chriſtum, verumq; ſacramentũ ſumi.*

Ex his omnibus habes clariſſimè nullum eſſe præceptũ factũ Laicis de utraq; ſpecie, & totum atq; integrũ Chriſtum, verumq; ſacramentum ſub alterâ tantùm ſpecie ſumi. Quid ultrò ergò Adverſarij quærunt? An non ſatis eſt eos integrum & totum Chriſtum, verumque ſacramentum ſumere? At hæc ſumunt ſub unâ ſpecie, ergò.

Quod ex Patribus & ſcriptoribus Latinis orthodoxæ fidei non habeant ſuam doctrinam.

Omnes Patres & Orthodoxi,quos citavi art. *6.* ſunt pro noſtrâ ſententiâ,ſicuti & ſacra Concilia. Inter alios ſunt iſti.

Ex 2. ſæculo.

D.Alexander I. año Chriſti 109.epiſt. 1. cap. 4. vide ibi.

Ex 3. ſæculo.

Eſt Divus Cyprianus año Chriſti 250. De ſpectaculis. *Demiſſus*, ait, *& adhuc ſecum,ut aſſolet Euchariſtiam.*

Ex 4. ſæculo.

D. Hieronymus Apologiâ ad Pammachium lib. 1. contra Iovinian. cap. *6.* *Scio Romæ hanc eſſe conſuetudinem ; ut fideles ſemper Corpus Chriſti accipiant,&c.*

Ex 5. ſæculo.

Concilium Carthag. 4. cap. 38. *Diaconus præſente Presbytero Euchariſtiam Corporis Chriſti (ſi neceſſitas cogat) juſſus eroget.* Eſt & pro hac noſtrâ ſententiâ in hoc ſæculo Paulinus Presbyter Mediolanenſis in vitâ S. Ambroſij ubi narrat honoratũ Corpus Domini D. Ambroſio adminiſtraſſe, in ultimâ infirmitate ſuâ quod vbi accepit,ait,emiſit ſpiritum.

Ex *6.* ſæculo.

Eſt Concilium Turonenſe 2. cujus dictum vide art. *6.* Eſt & Gregorius Turonenſ.

Digitized by Google

ronenſ. anno Chriſti 580. lib. de vitâ Patrum cap. 3. *Sciens*, ait, *ſanctus Gallus, revelante Domino, ſe poſt triduum migraturum, convocat populum & omnibus confracto pane communionem ſanctâ & piâ voluntate largitur.* Ita & Concilium Matiſconenſe cap. 6. anno Chriſti 588. D. Gregorius Magnus lib. 3. Dialog. cap. 3.

Ex 7. ſæculo.

Eſt Venerabilis Beda, qui in fine 7. ſæculi vixit, & principio 8. cujus verba retuli art. 6.

Ex 8. ſæculo.

Eſt Carolus Magnus, qui in fine ſæculi 8. vixit & principio 9. cujus verba poſui art. 6. Eſt & Vſuardus in Martyrologio.

Ex 9. ſæculo.

Altercatio Synagogæ & Eccleſiæ anno Chriſti 880. *Et cum idem in utraq; ſpecie utatur, ſufficit unam tantùm ſpeciem exhibere multitudini. Et ne fortè periculum fiat calicis, ſolam panis ſpeciem dari non eſt incongruum, &c.*

Nota dicere ſufficere tantùm unam ſpeciem multitudini exhibere quod clarè indicat non eſſe præceptum dari utramque ſpeciem Laicis.

Ex 10. ſæculo.

Eſt

Eſt Burgardus VVormatienſis, cujus verba poſui art. 6.

Ex 11. ſæculo.

Eſt Algerus, cujus verba retuli, & art. 6.

Ex 12. ſæculo.

Rupertus Tuitienſis año Chriſti 1120. de incedio Oppidi Titienſis cap. 5. *Pixidem ligneam, & in eâ Corpus Dominicum habuerat ſecus altare de more repoſitum in feneſtrâ, &c.*

Ex 13. ſæculo.

Hoc Concilium definit pro unâ ſpecie.

Eſt Concilium Lateranenſe, cujus verba retuli articulo 6. Eſt & Alexander Alenſis in 4. parte ſummæ. D. Bonavent. in 4. ſent. diſt. 11. *Fideles,* ait, *accipiunt perfectum ſacramentum ſub unâ ſpecie: quia ad efficaciam recipiunt: ſed quantum ad ſignificantiam, ſufficit quod Eccleſia facit in eorum præſentiam; nec oportet quod ipſi recipiant, propter periculum erroris: quia non crederent ſimplices, ſe in alterâ tantùm ſpecie totum Chriſtum recipere, &c.*

Cur tantùm una ſpecies Laicis detur.

Hæc ſanè ultima verba quadrant Adverſarijs; nam ſi crederent in alterâ tantùm ſpecie totum Chriſtum ſe recipere, & verum ſacramentum, prout deberent, quia, ut ait Apoſtolus Rom. 6.

Chri-

Digitized by Google

Chriſtus reſurgens ex mortuis, jam non moritur, &c. & conſequentèr illud Corpus Chriſti, quod ſumunt ſub ſpecie panis non eſſe exangue,& velut mortuum, ſed vivum, nunquam ita eſſent ſolliciti de utraque ſpecie.

Ex 14. ſæculo.

Eſt Richardus Nortingamus ad caput 11.prioris ad Corinthios,qui aſſignat triplicem cauſam, quare fidelibus non eſt tradendus ſub ſpeciebus vini ſanguis: ſed de hoc infrà.

Ex 15. ſæculo.

Eſt Concilium Conſtantienſe ſeſſ. 13. Eſt & Baſilienſe ſeſſ. 31. ubi dicitur. *Decernit ac declarat ſancta Synodus, quod fideles Laici ſive Clerici communicantes, & non conficientes,non adſtringantur ex præcepto Domini, ad ſuſcipiendum ſub utraq; ſpecie, panis ſcilicet & vini ſacrum ſacramentum Euchariſtiæ,&c.* Subdit infrà rationem: *quia nimirùm ſub qualibet ſpecie, eſt integrè totus Chriſtus.*

Diſinitio ſacri Concilij pro unâ ſpecie.

Ex 16. ſæculo.

Concilium Trident. año Chriſti 1563. finitum ſeſſ. 21. cap. 1. *Sancta Synodus declarat,nullo divino præcepto Laicos,& Clericos non conficientes obligari ad Euchariſtiæ ſacramentum ſub utraq; ſpecie ſumendum, neq; ullo pacto*

Alterius Concilij diſinitio nullum eſſe præceptum pro utraq; ſpecie.

Digitized by Google

pacto ſalvâ fide dubitari poſſe, quin illis alterius ſpeciei communio ad ſalutem ſufficiat.

Lutheranorum mendacium.

« Ex his omnibus citatis apparet quàm « craſsè mentiantur Lutherani in Confeſ- « ſione Auguſtanâ, dùm dicunt hanc con- « ſuetudinem communicandi, nimirùm « ſub unâ ſpecie, non ſolùm eſſe contra « ſcripturam, ſed etiam contra veteres « Canones, & exemplum Eccleſiæ re- « ceptam, & conſuetudinem non ita « veterem, aliud habere : Oſtendi enim à tempore Apoſtolorum in Eccleſiâ tàm Latinâ quàm Græcâ fuiſſe hoc ſervatum in diverſis occaſionibus, & ideò nunquam fuiſſe Laicis præceptum, ut ſub utraq; communicarent ſpecie : Et quidem oſtendi teſtimonijs virorum piorum, verè Doctorum conſtantium ſibi in doctrinâ (excipio Calvinum quem caſu citavi) Zelo Dei ductorum, quorum doctrina eſt approbata à totâ ſanctâ matre Eccleſiâ. Oſtendi & teſtimonijs ſacrorũ Conciliorum maximè Nicæni & Lateranenſis : &, ut uno verbo dicam, teſtimonio totius ſanctæ matris Eccleſiæ quàm qui non audierit ſit tibi, ait Chriſtus, ſicut Ethnicus & Publicanus,

Poſſum modò ipſis Lutheranis dicere

quod Lutherus dicebat & objiciebat Empſero contra quem ſcribebat; Oportet mendacem eſſe memorem &c. quaſi nullus deberet amplius illi fidem adhibere: quia deprehenſus in mendacio: at ipſos clarè deprehendi in mendacio, in ſuâ Confeſſione Auguſtanâ, ergò. Et hoc benè nota, quia doctrinam illius Confeſſionis habent pro veriſſimâ, & pro ſolidiſſimâ, quæ tamen, ut vides, eſt mendacijs plena.

Lutherus contra Empſerum de mendacio.

Sed quod Lutherus dicat mendacem oportere eſſe memorem, quaſi amplius nulla fides doctrinæ ejus debeat adhiberi. Oſtendo ipſum eſſe mendaciſſimum & quidem in hac materiâ. Dicit in diſp. contra Concilium Conſtantienſe, Concilium hoc habere in ſuo Decreto. *Licet Chriſtus inſtituerit, ut omnes communicent ſub utraq; ſpecie, tamen* (hoc non obſtante) *nos volumus, ut omnes communicent ſub unâ.* Ex quibus verbis habemus Concilium »
agnoviſſe & docuiſſe veritatem, quod ſit »
de jure divino ſub utraque ſpecie, licet »
idem Concilium contrarium ſtatuerit. »
Concludit & dicit Concilium damnaſſe »
Chriſti doctrinam, & ipſum Chriſtum »
habuiſſe pro Hæreſiarchâ.

Lutherus mendaciſſimus impoſtor & falſarius.

Men-

Mendacium horrendum, & planè ſathanicum.* Concilium dicit: *Licet Chriſtus inſtituerit poſt Cœnam hoc venerabile ſacramentum; tamen (hoc non obſtante) ſacrorum Canonum authoritas, ac laudabilis & approbata conſuetudo Eccleſiæ ſervavit & ſervat, quod hujuſmodi ſacramentum non debet confici poſt Cœnam, neq; à fidelibus recipi à non jejunis, niſi in caſu infirmitatis, aut alterius neceſſitatis à jure, vel ab Eccleſiâ conceſſo vel admiſſo.* Hæc Concilium. Illa ergò clauſula (*non obſtante*) nō refertur ad utramq; ſpeciem, ſed ad tempus communicandi. Neque dicit ſacrum Concilium eſſe ſervandum Eccleſiæ morem (non obſtante præcepto Chriſti) ſed (non obſtante exemplo Chriſti) quod longè eſt aliud.

Concilij ſacri doctrina vera pro unâ ſpecie & quando hoc ſacramentum ſit conficiendum.

Quoad utramque ſpeciem difinivit non eſſe neceſſarium Laico ſumere; *Cùm firmiſſimè credendum ſit*, ait, *& nullatenus dubitandum, integrum Chriſti Corpus & ſanguinem, tam ſub ſpecie panis quàm ſub ſpecie vini veracitèr contineri. Vnde*, ait, *cum hujuſmodi conſuetudo ab Eccleſiâ & ſanctis Patribus rationabilitèr introducta & diutiſſima obſervata ſit ad evitanda aliqua pericula, & ſcandala, habenda eſt pro lege, quàm non licet reprobare; aut ſine Eccleſiæ authoritate* pro

Integer Chriſtus ſub unâ ſpecie.

Conſuetudo de communione ſub una ſpecie pro Laicis introducta rationabilitèr ab Eccleſiâ.

Digitized by Google

pro libito mutare ; &c. Vide ibi ſeſſ. 13.

Idem mendacium repetit Illyricus in Apolog. Antverp. cap. 14. Kemnitius in 2. par. exam. Concil. Trid. pag. 570. vocat ſceleratam clauſulam : ſed ipſe ſceleratus eſt.

Illyrici mendaciũ.

Secundum Lutheri mendacium habetur in lib. de Capt. Bab. Tom. 2. Ien. Lat. fol. 262. ubi dicit Concilium Beſilienſe ſtatuiſſe contra Concilium Conſt. Licere utramque ſpeciem ſuſcipere, quod multâ diſputatione illìc obtentum eſt.

Lutheri alterũ mendacium.

Hoc eſt merum mendacium. Concilium enim Baſilienſe ſeſſ. 30. idem docuit quod Conſtantienſe, nec unquam declaravit licere Bohemis communionem ſub utraque ſpecie ſumere ſine diſpenſatione Eccleſiæ; Conceſſit quidem eam facultatẽ ſub eâ conditione, ut crederent cõmunionem ſub unâ ſpecie eſſe licitam, & proindè non eſſe contra jus divinum vnam tantùm ſpeciem ſumere ? Ita Æneas Sylvius in hiſt. Bohem. cap. 52.

Quid docuerint Concilia Conſt. & Baſil. de Communione Laicorũ.

Mendacium aliud eſt dicti Illyrici loc. cit. ubi dicit Concilium Trident. convictum fulgore verbi Dei tandem agnoviſſe ſuum errorem, & permiſiſſe communionem ſub utraque ſpecie.

Illyrici aliud mendacium.

Dd Men-

Mendacium hoc eſt, ut ſupra ex eo Concilio oſtendi; imò ſeſſ.21. cit. Can.1. anathematizat eos qui dicunt, fideles omnes de neceſſitate ſalutis debere utramque ſpeciem ſumere.

Adverſarij excommunicati à ſacro Concilio.

Ex his poſſum optimè dicere quod Chriſtus dicebat Scribis & Phariſæis Ioan. 8. Vos ex Patre Diabolo eſtis, quia ſicut non eſt veritas in eo, nec in vobis.

Cur autem Eccleſia præceperit Communionem non dari Laicis ſub utraque ſpecie.

Rationes 4. aſſignabo ex communi. Prima & præcipua ad tollendam hæreſim quæ dicebat integrum Chriſtum non ſumi ſub unâ ſpecie, & Laicos non poſſe ſalvari niſi de calice biberent. Hanc hæreſim præviderat ſancta mater Eccleſia Petrum Dreſdenſem, & Iacobellum Miſnenſem ſeminaturos, prout eos ſeminaſſe referunt Æneas Sylvius hiſt. Bohem. cap. 35. Antonius Bonfinius Decade 3. lib. 3. Ioannes Cochlæus hiſt. Huſs. Prateolus Elenchi Alphab. omnium hæreſ. lib. 14. Erant autem iſti duo infecti lepra VValdenſium, & proindè erant ſacramentarij: Ipſi autem ſacramentarij

I. Quid docuerint hæretici de communione, & qui.

non

non credunt concomitantiam ſanguinis Domini cum Corpore ſub ſpecie panis, & idcircò non credunt integrum Chriſtum ſumi ſeorſim ſub utraque ſpecie, quam hæreſim ut præcaveret, & tolleret ſancta mater Eccleſia, ſtatuit ſufficere Laicis ad ſalutem vnam ſpeciem ſumere: quia ſub unaquaque ſeorſim totus & integer Chriſtus ſumitur, verumq; ſacramentum.

Quid non credant ſacramentarij.

Secunda ratio & cauſa fuit, ut eſſet vniformitas in Eccleſiâ hoc percipiendo ſacramentum, quod eſt pacis & unitatis ſacramentum: Nam ſi in unâ ſpecie detur communio in toto orbe terrarum, poterit eſſe iſdem uſus vbique: ſi autem communio perciperetur ſub utraq; ſpecie, & quidem præcepto divino, non poſſet vllo modo ſervari vniformitas: Nam qui vinum non ferunt, ut abſtemij, cogerentur aut nunquam communicare, aut rariſſimè, aut unam ſpeciem vel inviti accipere; cum interim alij frequentiſſimè comunicarent, quæ certè magna inæqualitas eſſet. Hoc etiam fuiſſet inductivum in deſperationem, propter eos qui non poſſunt ferre vinum, prout ſunt, ut dixi abſtemij, quaſi Deus ali-

II.

Vniformitas ſervanda in communione.

De abſtemijs.

quid neceſſarium ad ſalutem præcepiſſe omnibus, quod tamen ab omnibus ſervari non poſſet: Nam ſi argumentum Lutheri valet Chriſtum præcepiſſe dari omnibus, & utramque ſpeciem eſſe ad ſalutem omnibus neceſſariam, pro quibus ſanguis fuſus eſt, ut dicit, cum & pro abſtemijs ſit fuſus, debebit dari eis, & illi tenebuntur accipere & petere.

De argumento Lutheri.

« Lutherus hoc advertit quare in lib. « cit. de Capt. Bab. dixit præceptum eſſe « ſacerdotib⁹ dare, ſed nō Laicis præceptū « eſſe accipere, ſed eos eſſe liberos vt unâ, « vel duabus utantur, & hoc prout maluerint, ut habetur in Confeſſ. Auguſt., imò « ut neutra utantur.

Sacerdoti datum eſt præceptum, non Laico.

Hoc ſanè lepidū eſſet quod ſacerdotes tenerētur ſub præcepto dare vtrāq; ſpeciē, & nullus teneretur accipere Laicus. Imò ſi eſſet præceptum & fundatum, ut volunt, in illis verbis Matth. 26. *Bibite ex eo omnes*, potius eſſet factum ſumentibus quàm dantibus: Nam non dicit date, ſed accipite & bibite, quod & Gennadius Scholarius Patriarcha Conſtantinop. advertit ſect. 6. de ſacrificio in azimo.

Quid Chriſtus juſſerit.

Ex his aliqui, & rectè colligunt, quod ſi Dominus voluiſſet communionem ſub

utraque

Digitized by Google

utraq; ſpecie eſſe neceſſariam omnibus, non inſtituiſſet hoc ſacramentum in pane & vino, ſed in pane & aquâ, ut eſſet materia facilis & prompta in omni regione: Alioquin poſſent Boreales partes, & aliæ ubi vinum non invenitur, cogitare Chriſtum de ſalute eorum non curaſſe, quando hoc inſtituit ſacramentum, aut ſaltem non ita ſicut alias Provincias, eorum curaſſe.

Quorumdam ex dictis longa deductio.

III.

Vtraq; ſpecies non danda omnibus propter irreverentiam.

Tertia ratio & cauſa, & quidem quæ valdè movit Eccleſiam fuit irreverentia, & prophanatio tanti ſacramenti, quæ vix evitari poſſent in tantâ fidelium multitudine, ſi omnibus daretur utraque ſpecies, nam quandoque ſex, ſeptem millia hominum communicant uno die in unâ Eccleſiâ, & in uno altari, ut ſæpè vidi, inter quos ſunt viri ſenes, mulieres quoq; annoſæ tuſſitantes ad ſolum tactum vini, quod ſi utraque ſpecies dari deberet omnibus de præcepto, ſanè eſſet maximum periculum effuſionis, & ita magna fieret irreverentia erga tantum ſacramentum. Et ubi rogo talis calix inveniretur, qui tantùm de vino caperet, ut pro tot conſecraretur de vino, & circumferretur à Diacono, ut in primitivâ

Eccleſiâ fieri ſolebat? Tunc erat facile, quia pauci fideles, modò verò innumeri; Apud Adverſarios quidem nõ adeò hoc difficile eſſet, quia pauci communicant.

IV. *Non aſſervantur ſpecies vini.*

Quarta ratio eſt, quod non poſſunt aſſervari ſpecies vini ad infirmos communicandos, ſicut ſpecies panis; nec ullibi legimus eas eſſe aſſervatas, ſicut legimus de ſpeciebus panis. Tum quod communicaturus quandoque diſtat per longum milliare, & quidem de nocte poteſt contingere, & eſt proximus morti; ſecundum autem Lutherum in fine lib. de Capt. Babil. hoc ſacramentum eſt morientium. Quis rogo portabit ſine periculo effuſionis? Nec dicendum poſſe ibi celebrare & conſecrare, quia poteſt eſſe hora incompetens, & maximè ſecundùm adverſarios qui negant Miſſas privatas. His poſitis, rationibus legitimis noſtra ſententia eſt probata.

Obijciunt Adverſarij.

I. « Chriſtus, aiunt, in vltimâ Cœnâ Diſci-
« pulis utramque ſpeciem porrexit. In
« Corinthiorum Eccleſiâ utriuſq; ſpeciei
« fuit uſus, & ab eo tempore uſque in ho-
« diernum diem apud Græcos, publicè in
« Eccleſiâ Laicis, non ſolùm ſub panis, ſed

& ſub

& ſub ſpecie vini Eucharistia porrigitur.

Reſpondeo, utique Chriſtum in ultimâ Cœnâ Diſcipulis utramque ſpeciem porrexiſſe: qui duodecim erant & ſacerdotes, quibus in ſacrificio Miſſæ utraque ſpecie utendum eſt, quod de Laicis, & de Sacerdotibus non conficientibus intelligi non poteſt. Et hoc habetur in cap. Comperimus, citato ab Adverſarijs, in Confeſſ. Auguſt. ubi præcipitur Sacerdotibus, ut utraque ſpecie utantur dùm conficiunt, & reprehenduntur aliqui ſacerdotes, ut dicit Gloſſa ibi qui oppoſitum faciebant: non enim eſt ſermo ibi de Laicis, ut volunt ipſi. Habemus & exemplum à Chriſto qui quoſdam ex illis Diſcipulis communicavit ſub vnâ ſpecie, ut ſuprà probavimus ex cap. 24. Lucæ.

Vtraq; ſpecies eſt porrecta à Chriſto Apoſtolis ſacerdotibus, & mandata in ſacrificio Miſſa.

Quod ad Græcæ Eccleſiæ communicandi populum laicum ſub utraque ſpecie morem attinet, fatemur ita apud eos fuiſſe, & adhuc eſſe hanc conſvetudinem, in templis eorum, ubi ſacrificium Corporis & ſanguinis Chriſti peragunt, ut populum laicum ſub utraq; ſpecie communicent. Fatemur & eundem fuiſſe morem aliquando in primitivâ Eccleſiâ apud Latinos aliquos, vt teſtatur D. Cy-

De Græcorum communione.

Mos aliquãdo in Eccleſiâ Latinâ ſicut in Græcâ de communione.

 pria-

Digitized by Google

prianus, & etiam D. Hieronymus citati ab Adverſarijs in Confeſſ. Auguſt. Cum tamen interim Græci & Latini antiquiſſimi, ut viſum eſt ſuprà, infirmos & abſentes ſeu aliquo profecturos ſub unâ ſpecie communicarent: Nec unquam Græci vel Latini in quæſtionem vocarunt, eſſet ne licitum, vel illicitum communicare ſub unâ, vel utraque ſpecie: ſed ſemper quamdiu non erat ab Eccleſiâ definitum arbitrarium judicarunt. At verò nunc, quia ab Eccleſiâ definitum in generalibus Concilijs, peccant illi qui eorum contemptâ authoritate, ut ſunt Lutherus & Calvinus cum ſuis, unâ ſpecie contenti eſſe nolunt.

Quod prius erat arbitrarium eſt definitum.

II. « Obijciunt 2. Chriſtum dixiſſe. *Bibite* « *ex hoc omnes*, Matth. 26. Et Marci 14. *Bi-* « *berunt ex eo omnes.*

Reſpondeo Chriſtum loqui tantùm præſentibus, nempè Apoſtolis, ſeu Sacerdotibus: nam ex quo, dicit ſacer textus, dediſſe Diſcipulis ſuis, ſatis indicat non aurigis, & coquis, ac vetulis domeſticis hoc dixiſſe: Alioquin & dicere poſſemus, dixiſſe laicis & hæc quæ habentur Ioannis 20. *Accipite ſpiritum ſanctum: Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, &c.* quod

nullus

nullus Catholicorum dicet, vel dixit.

Obijciunt 3. Chriſtus dicit. *Hoc faci-* » III.
te in mei commemorationem : & hoc eſt »
præceptum. »

Reſpondeo, hoc pro nobis facere; quia poſt traditionem Corporis hoc dixit, minimè verò poſt traditionem ſanguinis: quare ſi aliquod præceptum contineant illa verba, erit de perceptione Corporis, nō ſanguinis. De hoc infrà.

Obijciunt 4. Chriſtum inſtituiſſe hoc » IV.
ſacramentum ſub utraque ſpecie, ergò »
debere dari ſub utraque ſpecie. »

Reſpondeo negando conſequentiam; probatur conſequentia quia dixit. *Bibite ex eo omnes.* Omnes ſacerdotes, ut erant illi quibus loquebatur concedo, omnes homines etiam laicos comprehendendo, nego.

Obijciunt 5. illud Marci 13. *Quod vo-* » V.
bis dico, omnibus dico; ergò & Laicis dixit: »
Bibite ex hoc omnes. »

Reſpondeo hunc locum non eſſe ad propoſitum; quia ibi non loquitur de ſumptione Euchariſtiæ, ſed de vltimi judicij die, circa quem hortatur omnes ut vigilent; quia, inquit, neſcitis diem neq; horam.

Digitized by Google

VI. « Obijciunt 6. quærendo, ubi ergò inſtituit pro laicis ſub unâ ſpecie.

« Reſpondeo loco cit. Matth. inſtituiſſe, non tamen præcepiſſe ſub utraque dari laicis ſpecie, ſed reliquiſſe diſpoſitioni Eccleſiæ, ut ſub unâ, vel duab⁹, ut magis expediens videret poſſe tradere, & hoc non eſt contra veteres Canones, & exemplum & conſuetudinem in Eccleſiâ receptam, ut Lutherani mentiuntur in Confeſſione Auguſtanâ, ſed juxta hæc omnia, ut probavi. Si enim præceptum fuiſſet divinum de utraque ſpecie, nunquam Eccleſia attentaſſet oppoſitum diffinire, prout fecit in ſacris Concilijs; quare & Calvinum dico craſsè mentitum fuiſſe, dùm libro 4. Inſt. cap. 17. ſect. 49. ait, quadringentis annis poſt mortem Gregorij Magni, qui vixit anno 590. cum jam omnia degeneraſſent, conſuetudinem duraſſe, idque non pro more duntaxat, ſed pro lege inviolabili, habitum fuiſſe. Contrarium enim ſatis clarè oſtendi, tùm exemplo Eccleſiæ Græcæ, tùm Latinæ Eccleſiæ.

VII. *De loco cap. 6. Ioan.* « Obijciunt 7. locum Ioan. 6. *Amen, Amen dico vobis, niſi manducaveritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habe-*

habebitis vitam in vobis. Qui manducat carnem meam, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam. » » »

Lutherus ipſe reſpondet in prælud. lib.de Capt. Babil. Tom. 2. Lat. Ien. fol. 260. pag. 2. in fine, & fol. 261. pag. 1. Primùm ait caput Ioañis 6.in totũ eſt ſeponendum, ut quod nec ſyllaba quidem de ſacramento loquitur,nõ modò,quod ſacramentum, nondùm eſſet inſtitutum, ſed multò magis quod ipſa ſermonis, & ſententiarum conſequentia de fide (ut dixi) incarnati Verbi Chriſtum loqui clarè oſtendunt. Dicit enim: *Verba mea ſpiritus & vita ſunt*, oſtendens ſe de manducatione ſpirituali loqui,quâ qui comedit vivit,&c. Subdit infrà. Sunt ſanè quidam his verbis ad ſacramentum docendum abuſi, ut Decretalis Dudum & alij multi,ſed aliud eſt abuſivè ſcripturas, aliud legitimè intelligere, alioqui cum dicit: *Niſi manducaveritis carnem meam, & biberitis ſanguinem meum, non habebitis vitam.* Omnes infantes,omnes infirmos,omnes abſentes, aut quoquomodo impeditos à ſacramentali manducatione, damnaret, quacunque fide præſtarent, ſi ſacramentalem ibi manduca- »

Reſpondet Lutherus.

« ducationē præciperet. Sit ergò rata hæc « ſententia caput 6. Ioan. nihil ad rem fa- « cere. Vnde & alias ſcripſi, Bohemos non « poſſe pro utraque ſpecie tuenda, huic « loco fidelitèr inniti. Hæc ille.

Lutherani contra Lutherum.

Nota hæc ultima verba; quia ſanè nihil communius apud ſuos Diſcipulos, quàm quod hîc locus pro utraq; ſpecie, uſurpetur àb illis. Dato etiam quod loqueretur de hoc ſacramento adhuc non convincit, quia qui ſumit ſpeciem panis manducat Corpus, & ſanguinem Domini bibit; quia non Corpus mortuum, & exangue ſumit, ſed Corpus vivū, & conſequentèr habens ſanguinem. *Chriſtus reſurgens ex mortuis, jam non moritur*, ait Apoſtolus Rom. 6. Tùm quod per ſumptionem ejus, non niſi vitam æternam, & vivere in æternum prætendimus: at per ſumptionem carnis, hoc conſequimur. *Qui manducat hunc panem, vivet in æternum*, ait Chriſtus.

VIII. « Obijcit 8. Lutherus lib. de Capt. Bab. « Totum ſacramentum ſeu utraque ſpe- « cies in Cœnâ Domini aut datum eſt ſolis « Presbyteris, aut ſimul Laicis; ſi ſolis Pres- « byteris (ut ipſi volunt) jam nullo modo « licet vnam ſpeciem dare Laicis, non enim

temerè

temerè dandum eſt, cui Chriſtus primâ »
inſtitutione non dedit: ſi ſimul & Laicis, »
jam inevitabilitèr ſequitur, Laicis non »
debere negari utramque ſpeciem. Quod »
ſi denegetur dari petentibus, impiè con- »
tra Chriſti factum, exemplum, & inſti- »
tutionem agitur. »

Ego fateor, ait Lutherus, iſtâ me ra- »
tione, mihi invictâ, ſuperatum nec legiſ- »
ſe, nec audiviſſe, nec inveniſſe, quid con- »
tra dicam, cum hîc Chriſti verbum & »
exemplum ſtet, firmiſſimè, ubi non per- »
mittendo, ſed præcipiendo dicit: *Bibite* »
ex eo omnes. ſi enim omnibus bibendum »
eſt, & illud non poſſit ſolis Presbyteris »
intelligi, certè impium eſt, Laicos peten- »
tes ab eo arceri, &c. Hæc ille Tom. 2. »
Ien. Lat. fol. 261. pag. 1. lib. cit. »

Audi contradictionem fol. 262. pag. 2. »
cit. Tom. & lib. Non quod peccent in »
Chriſtum, qui unâ ſpecie utuntur, cum »
Chriſtus non præceperit ulla uti, ſed ar- »
bitrio cujuslibet reliquit. Hæc ille prius »
dicebat, ut vidimus, quod non permit- »
tendo, ſed præcipiendo dicit. *Bibite ex eo* »
omnes, &c. Eſſe præceptum, & non præ- »
ceptũ, eſt mera contradictio. Nec valet »
quod dicit præceptum eſſe ſacerdotibus »

dandi

« dandi, non Laicis ſumendi, imò ſi præce-
« ptum eſt, vt ſupra dixi, eſt factum ſumen-
« ti, quia dicit *Bibite ex eo omnes*; non dixit
« date, & ita Laicis erit factum præceptũ.

Reſpondeo, ſolis Presbyteris eſſe datum in ultimâ Cœnâ ſub utraque ſpecie: quia non niſi Diſcipulis dedit præſentibus, & ſacerdotibus, & in eis ſucceſſoribus eorum.

Quod dicit de toto ſacramento; dico & totum & verè ſacramentum ſumi ſub unâ ſpecie, quoad ſignificatum, & rem ſacramenti; quia totum & integrum Chriſtum ſumit, qui unam ſpeciem ſumit: ſicq; non dividimus ſacramentum quoad rem ſacramenti. Quod enim ſumat ſacerdos conficiens hoc ſacramentum ſub utraque ſpecie, hoc fit non tàm ratione ſacramenti, quàm ratione ſacrificij; quod patet, nam etſi vna eſſet tantùm ſpecies, eſſet verum ſacramentum, quoad ſignificatum quod eſt totus & integer Chriſtus, quod & Lutherus fatetur Tom. 1. Ien. fol. 461. pag. 2. in reſp. ad ſchedulam inhibitoriam. *Placet*, ait, *& illud eſſe eundem Chriſtum, non partialiter, ſed integrum ſub qualibet ſeorſim ſpecie tam panis quam vini.*

Nec

Nec fit contra inſtitutionem Chriſti, ſi detur ſub unâ ſpecie Laicis: Nego enim ſub utraque ſpecie, ut de neceſſitate ſalutis, pro Laicis inſtituiſſe. Habemus exemplum Eccleſiæ omnium ſæculorum ab inſtitutione hujus ſacramenti, poſt reſurrectionem Chriſti. Habemus & ſcripturam ſacram Lucæ 24. Act. 2. & 20. Quod dicit ſi ſolis Presbyteris dedit utramque ſpeciem, nullo modo licebit dare unam Laicis, nego conſequentiam. Probat, quia contra inſtitutionem Chriſti. Nego iterùm conſequentiam. Inſtituit quidem ſub utraque ſpecie, & ſub utraque dedit, ſed ſacerdotibus: at non præcepit dari ſic alijs.

Obijcit 9. Lutherus, ſi vini ſpeciem » IX.
poteſt Eccleſia tollere Laicis, poteſt & »
ſpeciem panis tollere, ergò poterit totũ »
ſacramentũ altaris Laicis tollere, & Chri- »
ſti inſtitutionẽ penitùs in eis evacuare. »

Reſpondeo conſequentiam negando: ſunt enim cauſæ propter quas ſpecies vini poſſunt prohiberi, quas ſupra aſſignavi, & illæ hîc non concurrunt.

Obijcit 10. Quod maximè omnium » X.
urget, penitùsq; concludit, Chriſtus di- »
cit: *Hic eſt ſanguis meus, qui pro vobis & pro* »

multis

« *multis effundetur, in remiſſionem peccatorum.*
« Vides ſanguinẽ dari omnibus, pro quorũ
« peccatis fuſus eſt: ſed nõ ſolùm pro Pres-
« byteris eſt fuſus, ſed & pro Laicis, ergò.

Reſpondeo ſicut ipſemet reſpondebat ad cap. 6. Ioan. ſi hòc valeret, omnes infantes, omnes infirmos, omnes abſentes, aut quoquo modo impeditos à ſacramẽtali bibitione damnarentur, quacunque fide præſtarent, ſi ſacramentalem bibitionem præciperet per illa verba. *Bibite ex eo omnes*, quæ ibidem ad verba citata ſubjungit; ſi enim debeat dari ſanguis Chriſti omnibus pro quibus fuſus eſt, cur infantibus unius diei & unius horæ hujus vitæ non datur? Imò Turcis, Iudæis, & Ethnicis? nam pro his omnibus fuſus eſt. Et multi ſunt abſtemij, qui etiam in ſanitate odorem vini vix ſufferre poſſunt, nequaquam bibere, longè minùs in gravi infirmitate conſtituti, & tamen pro illis fuſus eſt. Hoc ergò quod Lutherum urget nullum eſt.

XI. « Obijcit 11. Dant majus, ait, nempè rem
« ſacramẽti, ergò debent dare, & quod eſt
« min⁹, puta utramq; ſpeciẽ rei ſacramẽti.

Reſpondeo negando conſequentiam cuj⁹ negationis cauſas ſupra 4. aſſignavi.

Ob-

Obijcit 12. Vltimò ſtat invictus Pau- »
lus omnium obſtruens ora 1. ad Corinth. »
11. *Ego accepi à Domino quod & tradidi vobis:* »
non dicit permiſi vobis,&c. *Dicit accepi,* »
& tradidi, ſignificans utramque ſpeciem »
eis tradidiſſe, quod tradidiſſe eſt præce- »
piſſe. Hæc ille cit. lib de Capt. Bab. Tom. »
cit. fol. 261. pag. 2. in fine, & fol. 262. pag. 1. »

Reſpondeo quidem Apoſtolum ibi, non ſolùm ſacerdotibus loqui, ſed & omnibus alijs fidelibus & ordinibus Eccleſiæ ſive qui fuerint Corinthi, ſive alibi. Imò ad omnes futuros fideles illum ſermonem Apoſtoli pertinere concedo; prout & D. Chryſoſt. Homil. 1. in Epiſt. 1. ad Corinth. interpretatur; ſed eſt ibi aliquid quod habet rationem hiſtoriæ, & aliud quod habet rationem præcepti. Dùm dicit. *Ego accepi à Domino quod & & tradidi vobis, quoniam Dominus Ieſus in quâ nocte tradebatur, accepit panem, &c.* Narrat hiſtoriam inſtitutionis, quam dicit non habere ex ſuo cerebro, vel ab homine, ſed à Chriſto Domino: Hæc hiſtoria ad omnes fideles pertinet. Dùm dicit etiam. *Accipite & manducate: Hoc eſt Corpus meum, quod pro vobis tradetur: Hoc facite in meam commemorationem. Similiter*

Duo hic cõſideranda: unum quod habet rationẽ hiſtoriæ, aliud quod habet rationẽ præcepti.

A quo Paulus habeat ſuam doctrinam.

Digitized by Google

& calicem, poſtquam cœnavit, dicens. Hic calix novum Teſtamentum eſt in meò ſanguine, hoc facite quotieſcunq; biberitis in meam commemorationem.

Dico illa verba, Hoc facite, ſpectare ad præcepta conficiendi, & hoc ſpectat velint nolint Adverſarij ad ſolos ſacerdotes. Et etiam illud neceſſe eſt fieri, nempè quotieſcunq; ſumpſerint vel biberint ſacerdotes, debent in Chriſti memoriam facere. Ita & dico de Laicis; nam ſive ſumant tantùm unam ſpeciem, & in memoriam Chriſti facere debent: quod ſi & biberint, ut erat in primitivâ Eccleſiâ, etſi nō ſemper (quod dico propter infirmos) ſimilitèr facere debent.

Illa etiam verba habent rationē præcepti. Probet autem ſeipſum homo, ſive enim ſub unâ ſpecie tantùm ſumat, ſive ſub duabus debet ſe probare: nam ſi indignè ſumat, vel bibat; judicium ſibi manducat, & bibit, vt Apoſtolus ibi dicit.

Tradere nō ſignificat præcipere, ut voluit Lutherus.

Quæ rogo eſſet hæc connexio verborum Pauli, ſi ita diceretur. *Ego tradidi vobis*; ideſt, vt vult Lutherus, mandavi, imperavi; *quoniam Dominus Ieſus in quâ nocte tradebatur, accepit panem, &c.* Et illud 1. ad Corinth. 15. *Tradidi vobis, quoniam Chriſtus*

Chriſtus mortuus eſt. Ideſt ſecundùm Lutheri interpretationem. Præcepi vobis, mandavi, imperavi, quod Chriſtus mortuus eſt, &c. ſanè omnes riderent, ſi hæc dicerem; fatetur ergò ibi in principio Apoſtolus, quod ſicut illam doctrinam de Cœnâ accepit à Domino, quia præſens non fuerat: Ita & illis tradidit eam, poſtea, ut vidimus, præcepta adjungit. Kemnitius alias Lutheranus in 2. par. exam. Concil. Trid. pag. 229. ut à Bellarmino citatur lib. 4. de Euch. cap. 25. non eſt veritus Luthero reſiſtere, ſcripſit enim illud vocabulũ, Tradidi, non ſignificare præcepi: ſequitur tamen Lutherũ, & citat verba Pauli cit. ad quæ reſpondi. Citat & Kemnitius aliquos Patres, ſed non moror; quia conceſſi in primitivâ Eccleſiâ factum fuiſſe, ſed non ſemper, & de neceſſitate ſalutis, nullum Patrem inveniet qui hoc dicat.

Reſiſtit Kemnitius Luthero.

Citantur Patres aliqui ab Adverſarijs.

Objectio.

» Dicunt Gelaſium & Ambroſium reprehendere illos, qui ſacram Euchariſtiam aliter quàm ſub ambabus ſpeciebus ſumebant.

Reſponſio.

Reſpondeo Ambroſium in 1. ad Corinth. cap. 11. & gloſſ. non loqui de communione, ſed de ſacrificij celebratione:

Digitized by Google

affirmat enim illum indignum eſſe hoc munere qui aliter hoc ſacrum operatur, quàm à Chriſto ſit inſtitutum.

Reſpondetur pro Patribus.

Ad Gelaſium, Dico increpaſſe duos Epiſcopos, Majoricum nimirùm, & Ioannem, qui neſcio quâ ſuperſtitione imbuti & oppreſſi, calice frui nolebant, licet ſacerdotali dignitate præditi, & ſacrificiũ miſſæ legitimè peragerẽt. Potuit id vel intempeſtiva devotio appellari, vel aliquam Maníchæorum technam ſapuit.

Quid D. Leo præceperit, & cur.

« Obijciunt nobis ſanctum Leonem in « ſerm. 4. Quadrageſ. Hic (inquiunt) « multum authoritatis etiam habet, ſum- « mus & ſanctiſſimus Pontifex Leo, qui an- « te vndecies centũ annos vixit: ipſe enim « Euchariſtiam ſub utraque ſpecie porrigi « mandavit, idq́; propter hæreticos: Cur « ergò Papiſtæ Papæ dicto non obediunt?

Reſpondetur pro S. Leone.

Reſpondeo hunc ſanctum præcepiſſe ſub utraque ſpecie Euchariſtiam ſumere ad extirpandam hæreſim Manichæorũ, qui vinum à Diabolo creatum eſſe impiè excogitarant, qui tamen cum Catholicis ſacram ſynaxim ſumebant, & ad occultandam hæreſim ſuam ſacris quoq; myſterijs intereſſe nõ gravabantur. Nec hoc mandatum communicandi ſic ad

omnes

Digitized by Google

omnes omnium nationum partes ſe ſe diffundebat, ſed tantùm ad Romanos, & ad alia quædam loca Manichæis furoribus occupata, pertinebat: Neceſſitate ergò quadam pulſus, utriuſque ſpeciei communionem, ſeriò mandare debuit hic Pontifex. Lege illum ſermonem, & clarè omnia habebis. Si plura de hac materiâ deſideres, lege Doctiſſimum Bellarminum lib. 4. de Euchariſt. cap. 25. & ſequent. Lege & fratrem Ioannem Nas. in tractatu brevi de Cœnâ Domini, ubi qvadraginta Adverſariorum objectiones ſolvit. Lege & Diſputationem Gregorij de valentiâ de legitimo uſu Euchariſtiæ.

Reſtat videre quos Patronos & fautores habeant hi ſectarij.

Neſtoriani à Neſtorio qui vixit circa » annum Domini 427. ſub utraque ſpecie » communicabant, & hoc ſacramentum » parvulis & adultis conferunt eò quod » non credant Chriſtum æquè contineri » ſub unâ ſpecie, atq; ſub utraque. *Ita Prateolus de eis Elenchi Alphab. omniũ hæreſ. lib. 12.* » *Hæretici antiqui.*

Lutherani in Confeſſ. Auguſt. de utraque ſpecie videntur eos ſequi. Et quia » diviſio ſacramenti, ajunt, non convenit »

" cum inſtitutione Chriſti, ſolet apud nos
" omitti proceſſio, quæ hactenus fieri ſo-
" lita eſt. Hæc illi.

Libenter ſcirem quid hîc redarguant, nam non ſunt hîc niſi duo, nempè ſacramentum quæ ſunt illæ ſacræ ſpecies, & res ſacramenti, nempè Corpus & ſanguis Chriſti, ſeu totus & integer Chriſtus; at qui ſumit vnam ſpeciem, ſumit integrum Chriſtum; quoad hoc ergò non eſt diviſio: ſi redarguant propter ſpecies, cauſas aſſignavi, cur non detur Laicis ſub utraque ſpecie. Nec eſt ſacramentum mutilatum, aut dimidiatum, ut nobis obijciunt, ſi demus Laicis ſub unâ tantùm ſpecie, nam utraque ſpecies ſunt unum ſacramentum ratione unius ſignificati ſcilicet unius Chriſti ſub eis contenti, ſicut enim tres merſiones quæ olim fiebant in Baptiſmo non erant tria Baptiſmata, ſed vnũ Baptiſma; Ita hîc duę ſpecies non ſunt duo ſacramenta, ſed unũ, ut dixi, ratione unius ſignificati. Eſtq; ita completum convivium ſpirituale hîc, etſi ſub vnâ ſpecie ſumatur, ac ſi ſub duabus; quia qui ſumit Corpus Chriſti, ut cibum ſub ſpeciebus panis, ſumit & ſanguinem ſub ipſis, ut potum, etſi non ſub

pro-

propriâ ſpecie, quia hoc ad ſacerdotes pertinet, prout Chriſtus indicavit Matth. 26. & Lucæ 22; ibi enim dicitur dediſſe Diſcipulis ſuis. Quoad rem ergò ſignificatam tantùm ſumit, qui vnam ſpeciem ſumit, ſicut qui duas; quare nulla eſt hîc diviſio ſacramenti, quoad rem ſignificatam, quod tamen, ut video, ipſi Adverſarij prætendunt. Quoad inſtitutionem Chriſti, quam ſemper inculcant, rationem non video; ſi enim eodem modo, quo Chriſtus ſuis Diſcipulis diſtribuit ſuum Corpus & ſanguinem, Laici ſunt communicandi; cur non eodem modo poſt ſumptam Cœnam, & poſt pedum lotionem fit hujus ſacramenti conſecratio & adminiſtratio? Ipſi reſpondeant, mihi ſanè cum Neſtorianis videntur hi ſentire, quaſi non æquè contineatur Chriſtus ſub unâ ſpecie, ſicut ſub duabus, & non tantùm ſumat, qui unam ſpeciem ſumit, ſicut qui duas, alias non video, cur tàm acritèr contendant pro utraque ſpecie.

Petrus Dreſdenſis & Iacobellus Miſ- »
nenſis anno Chriſti 1410. docuerunt Lai- »
cos non poſſe ſalvari niſi de Calice Do- »
mini biberent, allegantes locum citatum »

Digitized by Google

ſuprà Ioan. 6. *Ita de eis Æneas Sylvius lib. de Orig. Bohem. cap. 35. Bonfinius Decade 3. lib. 3. Cocleus hiſtor. Huſſiticæ anno Domini 1414. Prateolus Elenchi Alphabet. omnium hæreſ. lib. 9.*

Hi ſunt fautores ſectariorum noſtri temporis, qui docuerunt utramque ſpeciem eſſe neceſſariam omnibus neceſſitate ſalutis, & ſine communione calicis neminem poſſe ſalvari.

ARTICVLVS VIII.

DE CONFESSIONE ET ENVMERATIONE peccatorum.

« LVtherani in Confeſſ. Auguſt. art. « 11. de Confeſſione docent, quod « abſolutio privata in Eccleſiâ retinenda « ſit: quamquam in Confeſſione non ſit « neceſſaria omnium delictorum enume- « ratio: eſt enim impoſſibilis, juxta Pſal- « mum, *Delicta quis intelligit.*

« Hanc doctrinam habent à Luthero, « qui eſt author Confeſſionis Auguſt. & in « Aſſert. articulorum à Leone X. condem- « natorum art. 9. Dum volumus, ait, om- « nia purè confiteri nihil aliud facimus, quàm

quàm quod miſericordiæ Dei nihil re- »
linquere volumus ignoſcendum &c. Hæc »
ille, qui & Tom. 1. Ien. Lat. fol. 457. pag. »
2. De confitendi ratione, ait. Sciendum »
quod oporteat hominem deſperare ſeſe »
omnia ſua mortalia peccata confiteri »
unquàm poſſe, &c. Oportet, inquam, »
non omnia confiteri, nec mortalia nec »
venialia, &c. Porrò tantùm abeſt omnia »
mortalia poſſimus noſſe, nedùm confi- »
teri, ut etiam opera noſtra bona, ſi Deus »
per rigorem judicat, & non miſericor- »
diâ ignoſcente, ignoſcat, ſint damnabi- »
lia & mortalia: Ideò ſi omnia mortalia »
ſint confitenda, brevi verbo id fiet, ſi ſe- »
mel dixerimus. En totum quod ſum, »
vivo, ago, loquor, tale eſt, ut mortale ſit »
& damnabile, &c. Quin hoc eſt morta- »
lium mortaliſſimum, non credere ſe eſſe »
damnabili & mortali peccato obnoxium »
coram Deo. Hæc ille. »

Hæc verba ultima ſunt immediatè contra verba Sedeciæ Regis 4. Reg. 20. *Memento Domine, quomodo ambulaverim coram te in veritate, in corde perfecto, & quod placitum eſt coram te fecerim, &c.* Nec Deus eum redarguit de vanâ jactantiâ: imò dicit. *Andivi orationem tuam, & vidi lacry-*

Digitized by Google

mas tuas; & ecce ſanavi te, die tertio aſcendes templum Domini. Et addam diebus tuis quindecim annos, &c. Sunt & contra Apoſtoli verba cap. ult. 2. ad Timoth. *Bonum certamen certavi, curſum conſummavi, fidem ſervavi: in reliquo repoſita eſt mihi corona juſtitiæ, quam reddet mihi Dominus juſtus judex, &c.* Eſtné hoc confidentèr loqui? ſat de hoc.

Lutherani hîc patrem mendacij ſecuti per calumniam Catholicos accuſant; quod homines ad impoſſibilia urgeant: cum tamen nemo unquam in Eccleſiâ docuerit, ad ſalutem eſſe neceſſum occulta, quorum pœnitens recordari non poſſet, ſacerdoti aperire: nam ad impoſſibile nemo tenetur, nec ad incognita poteſt voluntas ferri. Duo igitur Patres ſemper voluerunt in Eccleſiâ, nimirùm ut quiſquis per ſecundam hanc tabulam pericula mortis evadere, ac ad tutum portum pervenire vellet, omne circumſtans peccatum, repelleret, ne ſi aliquid ſtudio, aut voluntariâ negligentiâ reticeat, eius pondere tandem demergatur. Intellexerunt prætereà ijdem fidei noſtræ Duces, eos, quibus à Chriſto Deo poteſtas ſolvendi atque ligandi in Eccleſiâ eſſet tradita, non poſſe hoc judicium

cium exercere, niſi cauſa cujuſq; in corde latens eſſet cognita; Cauſam autem hujuſmodi cognoſci non poſſe, priuſquam is, qui curari vellet ſe medico ad hoc divinitùs conſtituto exhiberet, & conſcientiæ ſuæ nævos aperiret. Hæc Andreas Fabricius ad 11. Art. Confeſſ. Aug. quę omnia clarè demonſtrabuntur.

Quod hanc ſuam doctrinam hi ſectarij non habeant ex ſacrâ ſcripturâ, oſtendo.

Proverbiorum 28. *Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur: qui autem confeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur.*

Eccleſiaſtici 4. *Non confundaris confiteri peccata tua.*

Matth. 3. *Baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata ſua.*

Matth. 16. *Et tibi dabo Claves Regni Cœlorum. Et quodcunq; ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in Cœlis; & quodcunq; ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in Cœlis.* Hîc promittuntur Petro claves Regni Cœlorum ad ſolvendum, & ligandum, prout judicaverit expediens.

Matth. 18. *Amen dico vobis, quæcunque alligaveritis ſuper terram, erunt ligata & in Cœlo:*

Cœlo : & quæcunque ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta & in Cœlo.

Ioannis 20. traduntur hæ claves promiſſæ Petro & alijs Chriſti Diſcipulis, & in eis ſucceſſoribus eorum his verbis: *Accipite*, ait Chriſtus, *ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt, &c.* Illis verbis Lucæ 22. *Hoc facite in meam commemorationem.* tradiderat Chriſtus poteſtatem ſuper Corpus Chriſti reale; Hìc autem Ioan. 20. tradit poteſtatem ſuper Corpus myſticum, quod eſt Eccleſia.

Hunc locum interpretantur omnes Orthodoxi de Confeſſione auriculari & privatâ, quoad enumerationem peccatorum omnium maximè mortaliũ, quorum eſt memoria, nam eadem eſt ratio de uno ac de alio: ita quod ſi teneat unum confiteri & aliud, cum per quodcunque mortale peccatum, graviter offendatur Deus. Vnde Apoſtolus Iacobus cap. 2. *Quicunq; autem totam legem ſervaverit, offendat autem in uno, factus eſt omnium reus. Qui enim dixit non mœchaberis, dixit & non occides. Quodſi non mœchaberis, occides autem, factus eſt transgreſſor legis, &c.* Ergò ſi à Deo habere veniam cupis, & te mœchatum

chatum fuiſſe confitearis ſacerdoti,ſi tu occideris,& hoc cōfitearis, alioquin veniam peccatorum non obtinebis. *Perfecta enim ſunt Dei opera,* Deut.32. Et quem Deus ſanat perfectè ſanat. Iuxta illud Ioan. 7. *Quia totum hominem ſalvum feci in ſabbato:* Auguſtinus lib. de verâ & falsâ pœnit. cap. 9. *Totum enim hominem ſanavit in ſabbato; quia & Corpus ab omni infirmitate, & animam ab omni contagione liberavit: indicans pœnitentem oportere ſimul dolere de omni crimine. Quædam enim impietas infidelitatis eſt, ab illo qui juſtus & juſtitia eſt, dimidiam ſperare veniam. Iam enim ſine verâ pœnitentiâ inveniret gratiam, &c.*

Quod ſuam doctrinam hi ſectarij non habeant ex Patribus & ſcriptoribus orthodoxæ fidei, oſtendo.

Patres Græci.

Ex 1. ſæculo.

Clemens Romanus Epiſt. 1. *Si forte alicuius cor, vel livor, vel infidelitas, vel aliquod malum latentèr irrepſerit, non erubeſcat, qui animæ ſuæ curam gerit confiteri hæc huic, qui præeſt: ut ab ipſo per verbum Dei, & conſilium ſalubre curetur, quod poſſit integrâ fide, & operibus bonis pœnas æterni ignis effugere, &c.*

Nota

Digitized by Google

Nota quod dicit in plurali debere confiteri hæc : quaſi dicat, non unum, ſed omnia peccata mortalia, quorum eſt memoria ſunt confitenda. Ita & D. Dionyſius Areopagita anno Chriſti 100. Epiſt. 8. quæ eſt ad Demophilũ Monachũ.

Ex 2. ſæculo.

D. Irenæus nempè anno Chriſti 180. li. 3. adverſùs hæreſes cap. 4.

Ex 3. ſæculo.

Origenes anno Chriſti 230. Homil. 2. in Pſal. 37. *Vide ergò quid edocet nos ſcriptura divina; quia oportet peccatum non celare intrinſecus. fortaſſis enim ſicut ij qui habent intus incluſam eſcam indigeſtam, aut humoris vel phlegmatis ſtomacho graviter & moleſtè imminentia, ſi vomuerint relevantur: Ita etiam hi, qui peccaverunt, ſi quidem occultant & retinent intra ſe peccatum, intrinſecus urgentur, & propemodum ſuffocantur à phlegmate, vel humore peccati, &c.*

Occulta peccata confitenda.

Audis clarè nos nõ debere occultare, intra nos peccatum aliquod: ſed omnia confitenda, ne ſuffocemur humore peccati.

Ex 4. ſæculo.

D. Athanaſius añο Chriſti 340. ſerm. in illa verba. *Profecti in pagũ, qui ex adverſo eſt invenietis pullũ alligatũ, &c.* poſt aliqua, ait.

Si

Si nondùm ſoluta ſint vincula, tradas te ipſum Diſcipulis Ieſu: Adſunt enim, qui te ſolvant, pro poteſtate eâ, quam à Salvatore acceperunt. Quæcunq; enim ligaveritis, inquit, in terrâ, erunt ligata & in Cœlis: & quæ ſolveritis in terrâ, erunt ſoluta & in Cœlis. Et, ſi quibus remiſeritis peccata, remittentur eis. Ita & D. Baſilius anno Chriſti 370. In quæſt. breviorib⁹ Interrogat. 288. D. Gregorius Nyſſenus año Chriſti 380. in Eccleſiaſten Hom. 3. *Ioan. 20.*

Ex 5. ſæculo.

D. Ioannes Chryſoſtomus qui in fine 4. ſæculi vixit, & principio 5. Homil. 20. in Geneſ. *Si voluerit ad Confeſſionem faſcinorum feſtinare, & medico oſtendere ulcus qui curet, &c. ſoli illi loqui debet, nullo alio conſcio, & omnia dicere cum diligentiâ, &c.* Vide & Hom. 30. in Gen. & lib. 2. de ſacerdotio ubi dicit, ut laborent Chriſtiani, ut ſibi perſuadeant ſacerdotum curationi ſe ſe ſubmittere oportere. *Omnia peccata confitenda.*

Ex 6. ſæculo.

Eſt Iuſtinianus Imperator anno Chriſti 530. Conſt. 141. De his qui luxuriantur contra naturam. Eſt & Ioannes Climacus año Chriſti 580. gradu 23. *nihil ita Dæmones cogitationesq; contra nos roborat, ut eas inconfeſſas in corde nutrire atq; occultare.* *Contra nos peccata inconfeſſa Dæmones roborant.*

Ex

Ex 7. ſæculo.

Georgius Presbyter, qui in fine 6. ſæculi vixit & principio 7. In vitâ Theodori Archimandritæ. *Qui occultas animi cogitationes viro ſancto patefaciebant, opportuna remedia accipiebant: eos verò qui animæ ulcera obtegebant, & occultabant, admonebat, ut reſipiſcerent, & pœnitentiam agerent, &c.* Habes hic occulta eſſe confitenda, & nihil eſſe occultandum.

Ex 8. ſæculo.

Cõfeſſiones audientes ſacerdotes qualitatem peccandi conſiderẽt.

Synodus Trullenſ. anno Chriſti 710. Can. 103. *Oportet eos qui ſolvendi ac ligandi poteſtatem à Deo acceperẽ peccati qualitatem conſiderare, & eius, qui peccavit, ad eam converſationem promptum ſtudium, & ſic morbo convenientem adferre medicinam: ne ſi in utroq; immoderatione utatur, ab eius, qui laborat ſalute excidat.*

Ex 9. ſæculo.

Sunt Nicephorus Chartophylax anno Chriſti 830. de ligandi & ſolvendi poteſtate ad Theodoſium Monachum, ubi citat verba Chriſti Apoſtolo Petro dicta Matth. 16. ſupra cit. Baſilius Imperator anno Chriſti 870. oratione ad Epiſcopos, qui cum Photio ſchiſma fecerant.

Digitized by Google

Ex 10. ſæculo.

Theophylactus qui vixit in fine 9. ſæculi, & principio 10. ad cap. 19. Act. Apoſt. *Oportet*, ait, *quemcunq; fidelem peccata prodere, ac ſe ſe coarguendo illis renuntiare, ne poſtea eadem committat, ut juſtus fiat, prout dictum eſt. Dic tu peccata tua prior, ut juſtificeris.* Et illud: *Iuſtus in primâ cauſa dictione, accuſator eſt ſuipſius.*

Non eſt quod ultra morer hîc, nam ipſimet adverſarij, ut viſum eſt, in art. 1. pag. 43. dixerunt velle admittere Patres quingentorum annorum primorum, velut judices & arbitros omnium quæ inter ipſos ſunt de Religione diſſidiorũ: Cum ergò Patres & Orthodoxos attulerim pro noſtrâ ſententiâ, non ſolùm quingentorum annorum, ſed plurium aliorum, habemus intentum.

Quorum temporum adverſarij, Patres admittant.

Scio quod dicent ita eſſe quoad diſſidia quæ ſunt inter eos, ut inter Calviniſtas & Lutheranos, non quoad ea quæ ſunt inter nos & eos: Sed facilè eſt hoc ſolvere: Nam Lutherani admittunt aliqualiter Confeſſionem auricularem, Calviniſtæ omninò negant; convincuntur ex Patribus citatis 500. ſæculorum priorum, & Lutherani, & Calviniſtæ.

Digitized by Google

Pro coronide pono ſententiam orientalis Eccleſiæ.

Cenſura orientalis Eccleſiæ in Confeſſionem Auguſtanam.

Hieremias Patriarcha Conſtantinop. ad 11. cap. Confeſſ. Auguſt. Vndecimum caput, remiſſionem peccatorum, ei qui confitetur, ab eo, qui ſit œconomus, & miniſter eorum myſteriorum, conferri debere enunciat: illud tamen excipit, ut omnia peccata recenſeantur, aut per ſingulas ſpecies enumerentur non eſſe neceſſarium. Scriptum eſt enim: *Peccata quis intelligit.*

Pſal. 18.

De miniſtro ſacramenti pœnitentiæ.

Cui capiti reſpondentes dicimus. *Primùm quidem hunc ipſum talem œconomum & diſpenſatorem, non alium, quam ſpiritualem medicum, omni ſpirituali doctrinâ, ad eam rem perfectè inſtructum, & informatum eſſe deberè. Deindè eum qui confitetur, tùm demùm perfectam peccatorum ſuorum conſequi curationẽ; ſi peccata omnia, omneſq; eorum partes quantum animus illis ſufficit, & quantum meminiſſe poteſt, cum contrito & humiliato corde recenſuerit, atq; confeſſus fuerit, feceritq; ea omnia, quæ maximè illis peccatis, quæ admiſit, adverſantur: ſcilicet, ut arrogantiam; humilitate*

Contritio, confeſſio, & ſatisfactio neceſſaria ſunt in ſacramento pœnitentiæ.

cor-

corrigat: turpis lucri ſtudium; eius quod injuſtè quæſivit, reſtitutione, ac propriæ ſubſtantiæ ampliùs in pauperes erogatione; in alijsq; eodem modo, juxta Canones nobis præſcriptos, ac à ſanctis Patribus traditos. Quæ quidem omnia gratìs, & propter Deum, non autem propter aliquam lucri & quæſtus ſpem & expectationem, adminiſtrari debent, &c. Subdit infrà, ex D. Baſilio. *Omne delictũ apud eum qui præſidet referre oportet; malitia namq; ſilentio tecta, occultus ac ſub cute latens morbus eſt, &c.*

Sacramenta gratìs danda.

Malitia tecta, morbus latens.

Hic habes Lutheranam doctrinam condemnatam quoad enumerationem peccatorum, quam negant eſſe neceſſariam. Habes & qui & quales illi eſſe debeant qui confeſſiones audiunt.

Quod ex Orthodoxis Latinis non habeant ſuam doctrinam, oſtendo.

Ex 2. ſæculo.

Tertullianus anno Chriſti 200. lib. de Pœnit. cap. 8. *Tantùm relevat confeſſio delictorum, quantum diſſimulatio exagerat.*

Contumacia eſt diſſimulatio peccati in confeſſione.

Nota benè illa verba, quantum diſſimulatio exageret delictorum, nam confiteri unum, & non alterum eſt diſſimulare, & hoc eſt, ait, contumaciæ.

Ex 3. ſæculo.

D. Cyprianus anno Chriſti 250. lib. de lapſis. *Confiteantur ſinguli quæſo vos fratres, delictum ſuum, dùm adhuc qui deliquit, in ſæculo eſt, dùm admitti, eius confeſſio poteſt, dùm ſatisfactio & remiſſio facta per ſacerdotes apud Deum grata eſt, &c.* Vide & lib. 3. Epiſt. 4. Ita & D. Ambroſius lib. 2. de Pœnit. cap. 10.

Remiſſio peccatorum fit per ſacerdotes.

Audis hìc ſatisfactionem, audis & remiſſionem peccatorum fieri per ſacerdotes, contra adverſarios ſatisfactionem eſſe gratam Deo.

D. Hieronymus anno Chriſti 380. ad cap. 16. Matth. *Sacerdos pro officio ſuo, cum peccatorum audivit varietates, ſcit quis ligandus, quis ſolvendus.* Ad cap. 10. Eccleſiaſtes. *Si tacuerit qui percuſſus eſt, & non egerit pœnitentiam, nec vulnus ſuum fratri, ac magiſtro voluerit confiteri, magiſter qui linguam habet ad curandum, facilè ei prodeſſe non poterit, &c.*

Varietates peccatorum confitenda.

Ex 4. ſæculo.

D. Auguſtinus anno Chriſti 400. lib. 2. de viſit. infirm. cap. 5. *Non te pudeat coram uno dicere, quod te non puduit forſitan coram multis, & cum multis facere. Nam humanum eſt peccare, Chriſtianum eſt à peccato deſiſtere, diabolicum eſt perſeverare. Ergò quæ*

In peccato perſeverare diabolicũ; Chriſtianum à peccato deſiſtere.

mentem

mentem graviùs exacerbant facinora Dei Angelo (ideſt ſacerdoti) manifeſta : nihil obſcurum dicens : culpam nullis ambagibus involvens, nullis circumitionibus quod verum eſt operiens. Deſignanda etiam ſunt in quibus peccaſti loca, ſi recordaris, & tempora, cum quibus peccaſti perſcnis, non nomina ipſarum, etiam ut à peccato deſiſtant ſecretò corrigenda familiaritas, in quâ peccaſti labilis ætas, quo gradu Eccleſiæ jam inſerviebas, utrum ſemel, vel ex conſuetudine, utrum neceſſitate, an ex voluntate cecidiſti. His enim omnibus ſua inſtant judicia, &c. Hæc autem omnia ſi taceantur, vel dicta callidè pallientur animam jugulant : ſi denudentur cum pœnitentiâ evaneſcunt, &c.

Non ſolùm peccata, ſed & peccatorũ circumſtantia ſunt confitenda.

Peccata callidè palliata jugulant animã.

Hîc habes non ſolùm omnia peccata mortalia eſſe confitenda; ſed & circumſtantias peccatorum.

Item lib. 50. Homiliarum, Homil. 49. cap.3. *Nemo ſibi dicat occultè ago, apud Deum ago : novit Deus qui mihi ignoſcit, quia in corde ago : Ergò ſine causâ dictum eſt. Quæ ſolveritis in terrâ, ſoluta erunt in cœlo? ergò ſine causâ ſunt claves datæ Eccleſiæ DEI? fruſtramus Evangelium DEI, fruſtramus verba Chriſti? promittimus vobis quod ille negat?*

Nõ ſoli Deo confitendũ, ſed & ſacerdoti.

Matth. 18.

Ioan. 20.

Notent hîc Adverſarij maximè Calviniſtæ qui in totum negant Confeſſionẽ

Digitized by Google

Calviniſtæ negant Evangeliũ Chriſti, & eius verba.

auricularem ex Calvino lib. 3. Inſt. cap. 4. ſect. 19. fol. 155. pag. 1. Nam ipſi promittunt ꝙ Chriſtus negat, & fruſtrant Evangeliũ. & verba Chriſti. Vide ipſum D. Auguſt. & lib. de verâ & falſ. pœn. c. 9. Tom. 4.

D. Chryſoſtomus in Gen. Homil. 20. dicit, *quod ſi quis voluerit remedia peccatorum ſuorum accipere, debere omnia cum diligentiâ in confeſſione aperire, & tunc facilè peccata ſua emendabit.*

Ex 5. ſæculo.

Secretè cõfitendum ſacerdoti & ſingula peccata.

D. Leo I. Epiſt. 80. anno Chriſti 450. *Ne de ſingulorum peccatorum genere libellis ſcripta profeſſio publicè recitetur; cum reatus conſcientiarum ſufficiat ſolis ſacerdotibus judicare confeſſione ſecretâ, &c.* Et epiſt. 91. *Hanc præpoſitis Eccleſiæ tradidit poteſtatem, ut & confitentibus actionem pœnitentiæ darent, & eoſdem ſalubri ſatisfactione purgatos ad communionem ſacramentorum per januam reconciliationis admitterent.*

De ſatisfactione contra adverſarios.

Hic habes ſingula peccata confitenda, etſi non publicè, ſed ſacerdotibus; habes & ſatisfactionem ſalubrem quam adverſarij negant eſſe tertiam partem ſacramenti pœnitentiæ.

Ex 6. ſæculo.

D. Gregorius Magnus anno Chriſti

500.

590. Hom. 26. ſuper Evang *Omnis peccator dùm culpam ſuam intra conſcientiam abſcondit, introrsùm latet, in ſuis penetralibus occultatur : ſed mortuus venit foras, cum peccator nequitias ſuas ſponte confitetur, &c.* Vide ibi & hom. 40. Valdè enim urget confeſſionem omnium peccatorum. *Spontè confitendum interiora peccata.*

Ex 7. ſæculo.

Venerabilis Beda qui vixit in fine 7. ſæculi & principio 8. ad caput 5. Iacobi. *Porrò gravioris lepræ immunditiam juxta legem ſacerdoti pandamus, atq; ad eius arbitriũ, qualiter & quando tempore juſſerit purificari curemus.* *Obediendũ ſacerdoti in Confeſſione.* Ita & Theodorus Cantuarienſis anno Chriſti 660. in pœnitentiali, ubi arguit eos qui ſolummodò Deo confitenda eſſe peccata dicunt ; vult enim & Deo & ſacerdoti confitendum : Deo juxta illud Davidis. *Delictum meum cognitum ſibi feci, &c.* *Pſal. 31.* Sacerdoti juxta illud Iacobi. *Confiteamur alterutrum peccata veſtra, &c.* *Iacobi 5.* *Deus namq; ſalutis & ſanitatis author & largitor plerumq; hanc præbet ſuæ potentiæ medicinam inviſibili adminiſtratione, plerumq; medicorum operatione.*

Ex 8. ſæculo.

Carolus Magnus anno Chriſti 780. lib. 7. cap. 294. *Quærendum eſt ſacerdoti,*

Digitized by Google

Sacerdos adhibeat diligentiam confeſſiones audiendo.

cum accipit cujuslibet fidelis confeſſionem peccatorum, qualitèr primò peccatum perpetratum, aut ſi poſtea iteratum, aut frequentèr actum ſit, ſi ſpontè, ſi coactè, ſi per ebrietatem, aut per quodlibet ingenium factum ſit, & cum viderit, unde radix proceſſit, tunc congruam adhibeat medicinam.

Ex 9. ſæculo.

Sunt Concilium 3. Turonenſe anno Chriſti 813. cap. 22. Concilium Rhenenſe cap. 12. & Concilium Cabilon. 2. cap. 32. vbi dicitur. *Sed & hoc emendatione egere perſpeximus, quod quidam dùm confitĕtur peccata ſua ſacerdotibus, non plenè id faciunt, &c.* Redarguit tales qui ſic unum peccatum, & non alterum confitentur, & vult omninò confitenda omnia mortalia, quorum eſt memoria. Sunt & Concilium Moguntinum ſub Rabano Epiſcopo anno Chriſti 840. cap. 26. Concilium VVormat. cap. 25. anno Chriſti 858. *Pœnitentibus ſecundùm differentiam peccatorum ſacerdotis arbitrio pœnitentiæ decernuntur.*

Ex 10. ſæculo.

Notgerus Laodienſis año Chriſti 980. in vitâ ſancti Romacli cap. 11. *Veram peccatorum confeſſionem faciatis Deo, & Prælatis veſtris, &c. Stultorum enim præpoſterus*

pudor

pudor eſt, dùm celant ulcera, illis majores ſubminiſtrant vires.

Celare vlcera eſt vires peccato majores ſubminiſtrare.

Ex 11. ſæculo.

Petrus Damianus ſerm. 2. de S. Andreâ anno Chriſti 1050. *Confeſſio peccatorum pure facienda eſt: quia non eſt pars peccatorum dicenda: & altera reticenda; neq; levia confitenda, & gravia diffitenda, &c.*

Ex 12. ſæculo.

D. Bernardus anno Chriſti 1130. De interiori domo cap. 37. *Nulla eſt tàm gravis culpa, quæ non habeat veniam per puram confeſſionem. Vitia igitur cordis tui, & pravas cogitationes illicò manifeſta. Peccatum enim proditum citò curatur: crimen verò tacendo ampliatur, &c.* Vide eum & in meditationibus cap. 9. ubi vult neceſſe eſſe confiteri Deo & ſacerdoti, ex cap. 5. Iacobi. Ex his habes crimina in adverſarijs ſemper ampliari, qui crimina in Confeſſione volunt taceri.

Omnis culpa diluitur, quæ purè in confeſſione aperitur.

Ex 13. ſæculo.

Concilium Lateranenſe anno Chriſti 1215. ſub Innocent. 3. cap. 21. *Omnes utriuſq; ſexus omnia peccata ſua confiteantur fideliter ſaltèm ſemel in anno proprio ſacerdoti, vel alieno, prius tamen à proprio ſacerdote impetrata venia.* Vide hunc Pontificem & ſerm.

Sacri Concilij diffinitio, quæ ad ſingula peccata confitenda.

ſerm. 2. de martyribus, ubi vult & circumſtantias peccatorum debere confiteri, ut Auguſtinus dixit.

Nota benè quod illud quod jam ab omnibus Orthodoxis erat prædicatũ, hîc eſſe diffinitũ cõtra adverſarios. Sunt innumeri DD. pro hoc ſæculo, quorũ dicta vide apud Iodocum Coccium in Theſ. Cathol. Tom. 2. lib. 7. de pœnit. art. 3.

Ex 14. ſæculo.

Sacerdoti non ſoli Deo confitenda peccata.

Lib. de Paradiſo.

Eſt Ioanes Duns Scotus Minorita, qui vixit in fine 13. ſæculi, & principio 14. qui in 4. ſent. diſt. 17. quæſt. 8. vult neceſſarium eſſe ad ſalutem peccatori, ut omnia ſua peccata confiteatur ſacerdoti. Vnde in argumento ad oppoſitum refert authoritatem D. Ambroſij. *Non poteſt quiſquam juſtificari à peccato, niſi ante fuerit peccatum confeſſus.* Refert & authoritatem D. Auguſt. in lib. de verâ & falsâ pœnit. ubi vult non ſoli Deo eſſe confitendum peccata; ſed & ſacerdoti; Verba Auguſtini ſupra retuli.

Ex 15. ſæculo.

Definitio 2. ſacri alterius Concilij de integritate Confeſſionis.

Concilium Florentinum anno Chriſti 1439. in doctrinâ de ſacramentis *Ad oris confeſſionẽ pertinet, ut peccator omnia peccata, quorum memoriam habet, ſuo ſacerdoti confiteatur integralitèr. Miniſter huius ſacra-*

menti

menti eſt ſacerdos, habens authoritatem abſolvendi, vel ordinariam, vel ex commiſſione ſuperioris. Ex 16. ſæculo.

Concilium Trident. ſeſſ. 14. can. 6. *Si quis negaverit Confeſſionem ſacramentalem, vel inſtitutam, vel ad ſalutem neceſſariam jure divino: aut dixerit modum ſecretè confitendi ſacerdoti ſoli, quem Eccleſia Catholica ab initio ſempèr obſervavit, & obſervat, alienum eſſe ab inſtitutione & mandato Chriſti, inventum eſſe humanum, anathema ſit.* *Difinitio 3. alterius Concilij.*

Per hunc Canonem condemnatur Calvinus, qui lib. 3. Inſt. cap. 4. ſect. 19. damnat Confeſſionem auricularem, & ut peſtilentem, & noxiam Eccleſiæ reijcit, & omninò ſublatam è medio cupit. *Calvinus de Confeſſione.*

Nota benè quod Concilium dicit, Eccleſiam Catholicam ab initio ſemper obſervaſſe, quod & probavimus, & hoc eſt ſignum Apoſtolicam eſſe ordinationem, imò Chriſti, etiam ſecundùm adverſarios, vt ſuprà viſum eſt.

Can. 7. ſic habetur. *Si quis dixerit, in ſacramento pœnitentiæ ad remiſſionem peccatorum, neceſſarium non eſſe jure divino confiteri omnia & ſingula peccata mortalia, quorum memoria habeatur, anathema ſit.*

Habes ex tribus Concilijs generalibus doctri-

Digitized by Google

doctrinam Adverſariorum condemnatam, de Confeſſione auriculari, & enumeratione omnium peccatorum mortalium; Imò, ut uno verbo dicam, à totâ ſanctâ matre Eccleſiâ; *Quam qui non audierit*, ait Chriſtus, *ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus.*

Matth. 18.

Doctrina Lutheri.

Lutherus de Confeſſione.

Quod magis miror eſt Lutheri doctrina in minori Catechiſmo in lib. Cōcord. pag. 378. & 379. ubi Lutherus ait, & ſibi contradicit in Confeſſione Auguſt.

« Quid eſt Confeſſio?

Confeſſio duo comprehendit.

« Reſponſio. Confeſſio duo comprehendit, vnum eſt peccata confiteri; Alterum eſt abſolutionem ſive remiſſioné à Confeſſario, ſive præcone Evangelij accipere, tanquam ab ipſo Deo, & non dubitare, ſed firmitèr credere peccata per illam remiſſionem coram Deo in Cœlo eſſe remiſſa.

« Quæ peccata ſunt confitenda?

De modo examinandi conſcientiam.

« Reſponſio. Hîc vnuſquiſq; examinet vitæ ſuæ ſtatum ſecundùm Decalogum, an Pater, Mater, filius, filia, Herus, Hera, ſervus ſis, an contumax, an infidelis, negligens fueris, an aliquem læſeris dictis, factis, an furtum commiſeris, an injuria,

juria, ignavia, & ſegnitie damnum alicui »
intuleris. »

Brevis forma Confeſſionis pro Rudioribus.

In hunc modum debes alloqui miniſtrum verbi.

Reverende & dilecte Domine, rogo » te, ut Confeſſionem meam audias, & mi- » hi proropter DEUM remiſſionem an- » nuncies. »

Miſer ego peccator confiteor coram » Deo me omnium peccatorum reum eſ- » ſe, imprimis confiteor coram te, me qui- » dem ſervum, ancillam &c. eſſe, ſed infi- » delitèr ſervire Domino meo; non enim » feci, non facio, quæ mihi injungit, irrita- » vi, & ad maledicendum commovi Domi- » num, vel Dominam meam, multa neglexi, » & damno cauſam præbui, impatiens fui, » obſtrepui, &c. Ideò doleo, gratiam im- » ploro, emendationem promitto. »

Modus confitendi pro ſimplicibus.

Herus aut Hera ſic dicant.

Imprimis confiteor coram te, me non » diligentem fuiſſe in fideli educatione & » inſtructione liberorum meorum & fa- » miliæ ad gloriam Dei; blaſphemavi, no- » mine Dei abuſus ſum, malum exemplum » prava loquens & faciens præbui, vicinos »

Modus confitendi pro majoribus.

læſi,

« læſi, multis obtrectavi, pondera & menſuras violavi, decepi proximum vendendo merces, &c. Et ſi quid aliud contra præcepta in cujuſq; occaſione occurrit.

Nota diligentèr illa Lutheri verba. *Unuſquiſque examinet vita ſua ſtatum juxta Decalogum.* Ad quid rogo examinare vitæ ſuæ ſtatum juxta Decalogum, niſi ut cōfiteantur peccata, & qvidem diſtinctè, quæ commiſit contra Decalogum; imò dicit debere confiteri: Et quidem poſt enumerationem aliquorum in Confeſſione juxta Decalogum, ſubdit. *Et ſi quid contra pracepta Dei aliud in cujuſcunque vocatione occurrit, &c. oportere confiteri.* Quaſi diceret, non omnia peccata quæ ſunt confitenda enumeravi, ſed tantùm pauca: Ex his tamen facilè colliges quæ ſint & alia confitenda. Ex quo tibi dico; *Et ſi quid contra pracepta Dei aliud, in cujuscunq; vocatione occurrit:* Certum eſt enim diverſa peccata à diverſis perſonis diverſorum ſtatuum committi, quæ & confitenda ſunt; Nam quis ignorat alia peccata committi à mercatoribus, alia à cauſarum actoribus, alia ab Aulicis, alia à Superioribus, & Prælatis & in dignitatibus conſtitutis, ab his quæ à ſimplicibus

Nota hic qua ſint confitenda ſecundùm Lutherum.

bus

bus & rudibus committuntur? Rectè ergò addidit illa verba. Et ſi quid aliud contra præcepta Dei in cujuſcunq; vocatione eſſe confitendum.

Sed quis Lutheranorum hoc facit? imò contrarium docent in Confeſſ. Auguſtanâ in eodem libro Concordiæ, ut vidimus, ubi dicunt non eſſe neceſſariam, omninm delictorum enumerationem; In Catechiſmo autem, quem & pro Biblijs habent, & à cujus doctrinâ, ne ſyllaba quidem eſt recedendũ, ut aiunt, contrarium docent, ergò ſibi contradicunt, & jurant ſuper doctrinam ſibi contradictoriam; jurando prout faciunt ſuper doctrinam libri Concordiæ.

Lutherani ſibi contradicunt & jurant ſuper doctrinam falſam.

Hoc totum habēt à Luthero, cujus eſt proprium ſibi contradicere: Author eſt enim & Confeſſionis Auguſtanæ, ubi dicit non eſſe neceſſariam peccatorum omnium enumerationem, & etiam Catechiſmi, ubi dicit eſſe neceſſariam. Ex quibus patet hanc doctrinam non eſſe à Deo, cum ſit contradictoria, & miror quod jurent ſuper eam.

Lutheri cōtradictio.

Ad illud quod obijciunt ex Pſal. 18. *Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me Domine*; ergò impoſſibile

Objectio.

eſſe

eſſe omnia pecccata enumerare.

Reſponſio 1. Reſpondeo, quæ intelligis & quorum habes memoriam confitere, quorum nō habes memoriam, de illis dic ab occultis meis munda me Domine.

Reſponſio 2. Alij reſpondent duplicia eſſe peccata: Quædam ſunt quæ quis committit, & illa dicuntur propria: alia ſunt quæ alij committunt ex negligentiâ Principis, vel malo exemplo Principis, quæ tamen Principi imputantur, ut ſi quis Princeps malum exemplum præbeat alijs, quo multi peccare poſſunt, vel occaſionem peccandi aſſumere, etſi neſciat quot exemplo ſuo peccabunt, ei tamen peccata imputantur. Ad propoſitum, quia David Rex fuerat & ſuo adulterio multis malum dederat exemplum; Ideò neſciens quot malo ſuo exemplo perijſſent, vel peccaſſent, dicit Delicta quis intelligit; ideſt quis malè agens, poterit cognoſcere quot perierint ſuo malo exemplo? Quaſi dicat nullus: Ideò ſubdit, ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce ſervo tuo. Ex his habes doctrinam Lutheranorum eſſe ab omnibus Orthodoxis omnium ſæculorum à Chriſto paſſo condemnatam.

Reſtat

Digitized by Google

Reſtat videre quos Patronos & fautores habeant.

Audeani hæretici anno Chriſti 370. » peccatorum quidem Confeſsionem fa- » cere jubebant, & abſolutionem largie- » bantur, ſed nullam injungebant pœni- » tentibus mulctam, gravia peccata cela- » bant, & ſolùm pauca quædam & levia » fatebantur. *Ita Theodoretus lib.4. hæret.fa-* » *bul. de eis.* » *Hæretici veteres.*

Lutherani prorsùs eos imitantur, & » ratione confeſsionis, & ratione mulctæ, » nam nullam imponunt mulctam. »

Armeni anno Chriſti 620. dixerunt » generalem confeſsionem abſque ſpecia- » li ſufficere ad remiſsionem peccatorũ, » nec oportere ſpecialitèr confiteri. *Ita* » *de eis Guido Carmelitanus.* »

Hos ſequuntur communiter ſectarij noſtri temporis ut vidimus & hi ſunt fautores Lutheranorum maximè.

Quos fautores Calviniſtæ habeant.

Hi prorſus reijciunt Confeſsionem » auricularẽ ex Calvino lib. 3. Inſt. cap. 4. » Sect.19.& in defenſ.2.contra VVeſtphalũ. »

Novatiani hæretici anno Chriſti 250. »

« oris Confeſsionem & ſacerdotis ſacra-
« mentalem abſolutionem pœnitus ſuſtu-
« lerunt. *Colligitur hoc ex D. Cypriano lib. 4.*
« *epiſt. 2. D. Hieronymo, D. Ambroſio, & aliis*
« *ubi agunt de eorum hæreſibus*, nam volunt hi
« hęretici Deum ſolum habere poteſtatem
« remittendi peccata, & nullam tribuiſſe
« miniſtris Eccleſiæ.

« Iacobitæ dixerunt anno Chriſti 600.
« non eſſe neceſſarium confiteri ſacerdo-
« ti, ſed ſufficere ſoli Deo peccata ſua con-
« fiteri. *Ita Guido de Iacobitis cap. 2. ubi ponit*
« *hanc hæreſim pro 2. eorum.* Ita & docuerunt
« novi Manichæi. *Vt Nicolaus Emericus par.*
« *1. quæſt. 3.* refert de eis.

« Albigenſes anno Chriſti 1200. aſſerunt
« peccata non eſſe confitenda. Ita D. An-
« toninus par. 4. tit. xi. de eis, cap. 7.
« §. 5.

« VValdenſes ſeu potius Pighardi anno
« Chriſti 1400. dixerunt Confeſsionem
« auricularem nugacem eſſe: Sufficere
« ſua quemque Deo in cubiculo confiteri
« peccata. *Æneas Sylvius hyſt. Bohem. cap. 39.*

« Lutherus contra Latomum ſecutus eſt
« eos nam ibi, ait, nego in totum confeſ-
« ſionem eſſe exigendam.

« In Poſtilla ad Dominicam Reminiſce-

re; nolo

Digitized by Google

re; nolo confiteri ob id ſolum, quia Pa- »
pa præcepit & fieri vult. Qui habet for- » *Lutheri cõtradictio.*
tem & firmam fidem, quod dimiſſa ſunt »
ſibi peccata ſua, is poteſt hanc confeſ- »
ſionem omittere, & ſibi ſoli confiteri. »
Hæc ille. »

Oppoſitum docuit in Catechiſmo mi- »
nori, ut vidimus: unde & in lib. de capt. »
Bab. Tom. 2. Ien. lat. fol. 286. pag 2. di- »
cit eam non ſolum utilem, imò neceſſa- »
riam. Videsne contradictiones. *A mendace quid verum dicetur?* ait Eccleſiaſticus. *Eccleſ. 34.*
Hi ſunt fautores ſectariorũ noſtri temporis.

ARTICVLVS IX.

DE PARTIBVS SACRAMENTI POENITENTIÆ.

LVtherani in Confeſsione auguſta- »
na art. 12. de pœnitentia. Conſtat »
autem pœnitentia propriè his duabus »
partibus: altera eſt contritio ſeu terro- » *Duæ partes ſacramenti pœnitentiæ tantùm apud Lutheranos.*
res incuſsi conſcientiæ agnito peccato; »
altera fides quæ concipitur ex Evangelio »
ſeu abſolutione & credit propter Chri- »

« ſtum remitti peccata & conſolatur con-
« ſcientiam, & ex terroribus liberat, &c.
« Reijciuntur iſti qui non docent remiſ-
« ſionem peccatorum per fidem contin-
« gere, ſed jubent nos mereri gratiam per
« ſatisfactiones noſtras. Hæc illi qui om-
« ninò negant ſatisfactionem eſſe tertiam
« partem ſacramenti pœnitentiæ, & aſſe-
« runt ſolam fidem nos juſtificare, & ſola
« fide nos mereri gratiam & remiſsionem
« peccatorum; Nam etſi ponant contri-
« tionem eſſe partem pœnitentiæ, negant
« tamen ad juſtificationem eſſe ſimplicitèr
« neceſſariam.

Satisfactionem reyci.

« Hanc doctrinam habent à Luthero
« qui in articulis condemnatis à Leone X.
« art. V. ait Tres eſſe partes pœnitentiæ,
« Contritionem, Confeſsionem, & ſatis-
« factionem, non eſt fundatum in ſacra
« ſcriptura nec in antiquis ſanctis Docto-
« ribus. Hæc ille qui & art. XI. ait: Nullo
« modo confidas te abſolvi propter tuam
« contritionem, ſed propter verbum Chri-
« ſti: *Quodcunq; ſolveris.* Hîc inquàm con-
« fide, ſi ſacerdotis obtinueris abſolutio-
« nem, & crede fortitèr te eſſe abſolutum,
« & abſolutus verè eris, quidquid ſit de tua
« contritione. Et art. XII. ſi per impoſsi-
bile

Lutheranorum magiſter.

bile confeſſus non eſſet contritus, aut ſacerdos non ſeriò ſed joco abſolveret, ſi tamen credat ſeſe abſolutum veriſsimè eſt abſolutus. » » » » »

Sola fides non abſolutione obtinemus remiſsionem peccatorum

In catechiſmo minori in lib. Concordiæ pag. 380. ſic habet. Interroget confitentem nùm meam remiſsionem eſſe credis Dei remiſsionem? Affirmanti & credenti porrò dicat: fiat tibi ſicut credis. Et ego ex mandato Domini noſtri Iesu Chriſti remitto tibi omnia peccata tua in nomine Patris & filij & Spiritus ſancti amen, vade in pace. Hæc ille.

Vides nullam facere mentionem de ſatisfactione; imò in explicatione articuli I. inter hos articulos condemnatos, dicit, quod non ſacramentum, ſed fides ſacramenti juſtificat.

Nota illa verba ſi per impoſsibile confeſſus. Dixi, ait, per impoſsibile; quia ſatis ſupra dictum eſt, fidem ſine contritione eſſe non poſſe, cum gratia non infundatur, niſi cum magna concuſsione animæ.

Nota inquam hanc doctrinam, quia eſt contra totam doctrinam ejus & Lutheranorum, qui volunt nos juſtificari juſtitia Chriſti imputativè, non gratia

Lutherus ſibi & ſuis contradicit.

ſeu juſtitia infuſa cujus contrarium hic docet. Lege articulum IV. & V. Confeſs. Auguſtanæ, nam ibi dicunt nos juſtificari, eſt credere nos iñ gratiam recipi, & peccata remitti propter Chriſtum &c. Itaque & ſibi & ſuis contradicit.

Calvinus Lutheri diſcipulus.

« Calvinus ſecutus eſt Lutherum lib. 3. « Inſtit. cap. 4. & 25. ſicut enim Lutherus « omnia bona opera reijcit, ut conferen- « tia aliquid ad juſtificationem & ſalutem, « & dicit in articulis citatis condemnatis « art. 7. optimam pœnitentiam eſſe novam « vitam; Ita & ipſe: Dicit namq; nos ni- « hil mereri, operibus bonis, nos non ſa- « tisfacere DEO. Lacrymis noſtris, jeju- « nijs, oblationibus, & officijs charitatis, « ſed ſola fide, & gratis nos recipere remiſ- « ſionem peccatorum, nullo intercedente « meritò operum noſtrorum, quibus pec- « catorū noxa compenſetur, & mendacia « eſſe dicere non ſufficere pœnitenti à « præteritis malis abſtinere, & mores in « melius commutare, niſi de ijs quæ facta « ſunt DEO ſatisfaciamus, lacrymis jeju- « nijs oblationibus & charitatis officijs, & « ita prorſus cum Luthero ſentit, & negat « ſatisfactionem eſſe tertiam partem ſa- « cramenti pœnitentiæ. Ex his & alijs di-

ctis

ctis ſupra colligo apud Calviniſtas nullam eſſe confeſsionem, nullam contritionem, nullam eſſe ſatisfactionem, & conſequenter nullā apud eos eſſe veram pœnitentiam, nullamve ſalutem. *Apud Calviniſtas nulla contritio, nulla confeſsio, nulla ſatisfactio.*

Quod hanc doctrinam non habeant ex ſacra ſcriptura tùm veteris Teſtamenti tùm novi oſtendo.

Tobiæ 4. *Eleemoſyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras.* Et cap. 12. *Eleemoſyna à morte liberat, & ipſa eſt quæ peccata purgat & facit invenire miſericordiam, & vitam æternam.* *De Virtute eleemoſynæ Authoritates Veteris Teſtamenti.*

Ieremiæ 18. *Si pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo, quod locutus ſum adverſus eam: agam & ego pœnitentiam ſuper malum, quod cogitavi ut facerem illi.*

Ezechielis 18. *Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis, quæ operatus eſt, & cuſtodierit præcepta mea, & fecerit judicium & juſtitiam: vita vivet, & non morietur. Omnium iniquitatum eius, quas operatus eſt non recordabor: in juſtitia ſua quam operatus eſt, vivet.*

Nota hic contra adverſarios de omnibus peccatis, non de uno aut altero peccato agendam eſſe pœnitentiam. *Tria notabilia contra Adverſarios.*

Nota & omnia præcepra divina eſſe cuſtodienda non unum, aut alterum: Nam ut bene dicit Iacobus Apoſtolus cap. 2. *Qui offendit in uno, factus eſt omnium reus.* Nota & pœnitentem vivere non in ſola juſtitia Chriſti, ſed & in ſua propria, fundata tamen in Chriſti juſtitia.

Iuſtus & in ſua vivit juſtitia.

Danielis 4. *Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas miſericordiis pauperum: forſitan ignoſcet* (Deus) *delictis tuis.*

Peccata eleemosynis redimũtur.

Vt tandem ſcias, in quo completè conſiſtat pœnitentia vera, jam dictis præſuppoſitis, legendum erit, quod habetur Ioelis 2. *Nunc ergo dicit Dominus: Convertimini ad me in toto corde veſtro in jejunio & in fletu & in planctu. Et ſcindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra, & convertimini ad Dominum DEVM veſtrum: quia benignus & miſericors eſt, patiens & multa miſericordia, & præſtabilis ſuper malitia, &c.* Habes ſimile Ionæ 3. nam quia prædicaverunt jejunium, & veſtiti ſunt ſaccis à majore uſque ad minorem: miſertus eſt Deus ſuper malitia quam locutus fuerat, ut faceret eis & non fecit.

Quibus conſtet vera pœnitentia.

Hæc ſunt clarè contra adverſarios qui hæc omnia opera reijciunt, & negant compenſanda eſſe delicta operibus bonis

Sacra ſcriptura contradicunt Adverſarij

nis & illis ſatisfaciendum eſſe Deo.

Ex novo Teſtamento habemus illud Matth. 3. *Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ.* Idem habetur & Lucæ 3. ubi & ſubditur. *Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Et interrogabant eum turbæ dicentes: Quid ergo faciemus? Reſpondens autem dicebat illis. Qui habet tuas tunicas, det non habenti: & qui habet eſcas ſimiliter faciat, &c.* De jejunio oratione & etiam de ipſa eleemoſyna habes clarè Matth. 6. pro quibus Chriſtus à Patre Cœleſti promittit mercedem, operantibus ea.

Authoritates novi Teſtamenti.

Luc. 11. *Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis.*

Apoſtolus 1. ad Corinth. 11. *Caſtigo Corpus meum, & in ſervitutem redigo, ne forte cum aliis prædicaverim, ipſe reprobus efficiar.*

Apoſtolus cur timere reprobationem.

Ecce habes Apoſtolum timere reprobationem, ſi non caſtiget corpus ſuum jejunijs, vigilijs, flagellis orationibus mentis & corporis, &c. prout locis citatis habetur. Et ſanè ſimplices fuiſſent ſancti Dei omnes illi qui graviſsimas egerunt pœnitentias pro delictis ab eis commiſſis, etiam in deſertis, ut de multis ſanctis legimus, ſi ijs non

Cur ſancti, peccatores prius, tam graves egerint pœnitentias.

ſatisfaciam⁹ Deo, & per bona talia opera, non ſint compenſanda delicta, ac per ea non mereamur cum gratia Dei ſeu auxilio divino remiſsionem peccatorũ, prout ipſi Adverſarij volunt, dicentes nos ſola fide juſtificari & ſalvari: Imo dicunt fieri Chriſto injuriam, ſi quis per ea putet ſe peccatorum remiſsionem conſequi tam quoad culpam quam quoad pœnam. Ex quo ſequitur ſanctam Mariam Magdalenam, ſanctam Mariam Ægyptiacam, & omnes alios ſanctos qui graviſsimas pœnitentias egerunt ob delicta ab eis commiſſa ſpe veniæ, magnam Chriſto feciſſe injuriam: quod nemo ſanè mentis, & niſi hæreticus dicet, cum totum contrarium, ut vidimus, habeamus in ſacra ſcriptura.

Non niſi hæreticus negat ſatisfaciendũ eſſe Deo bonis operibus.

Quod ex Patribus & ſcriptoribus orthodoxæ fidei non habeant ſuam doctrinam hi ſectarij, oſtendo.

Græci.

Ex 1. ſæculo.

D. Clemens Rom. anno Chriſti 80. Conſt. Apoſt. cap. 48. poſt multa de diverſis peccatis & pœnis, quæ pro ipſis infliguntur. *Siquidem lex*, ait, *non omne delictum*

lictum eodem ſupplicio puniebat: alios quidem morte puniebat, vel cruce affigendo, vel lapidando, &c. Ergò vos quoq; (alloquitur ſacerdotes) *diverſa delicta, diverſis pœnis plectite, ne quâ injuriâ accidat, quæ iram Dei provocet, &c.* Mentionem facit de elemoſynis, de jejunijs quæ pœnitentibus imponenda ſunt.

Ex 2. ſæculo.

Eſt D. Iuſtinus Martyr anno Chriſti 160. Dialogo cum Triphone. Hic dicit illos decipere ſemetipſos, & ſibi ſimiles qui dicunt, quod etſi peccatores ſint, nō imputaturum illis eſſe Dominum peccatum, ut modò Deum agnoſcant. *Huius rei teſtimonium unum habemus Davidis, cuius peccatum, tùm demùm remiſſum eſt cum ita ploravit, & lamentatus eſt, ſicut ſcriptum eſt de eo. Quod ſi tanto viro non eſt dimiſſa noxa priùs quàm pœnitentiam egerit, & tantoperè fleverit, ait, qui res tantas fecerat Magnus Rex, unctus & Propheta, quam tandem impuri iſti, & nullius momenti comploratiq; adeò homines niſi lamentati fuerint, planxerint & pœnitentiam egerint, ſpem habere poſſunt Deum non imputaturum illis iri Dominum peccatum?*

De Pœnitentia Davidis ſimilitudo.

Pœnitentia neceſſaria.

Hæc doctrina evertit totam doctrinam Adverſariorum, qui omnem reijciunt pœnitentiam, dicentes, optima pœni-

Adverſarij ſine ſpe ſalutis.

Digitized by Google

penitentia nova vitâ népè ceſſare à peccatis, non curando de præteritis plangere: quare nullam ſpem ſalutis habere poſſunt. Ex 3. ſæculo.

D. Gregorius Neocæſar. anno Chriſti 260. De ijs qui Barbarorum incurſione idolothytâ comederunt, & alia peccata commiſerunt Can. 11. *Fletus ſeu luctus eſt extra portam oratorij; ubi peccatorem ſtantem oportet fideles ingredientes orare, ut pro ſe precentur, &c.* Ibi multa dicit de pœnitentiâ peragendâ ab illis, antequam admittantur ad participationē ſacramentorum. Ex 4. ſæculo.

Decretum ſacri Concilij.

Concilium Nicænum 1. anno Chriſti 325. De his qui tempore perſecutionis Licinij defecerunt Can. 11. ait. *Quicunq; ergò germanè, & verè pœnitentia ducuntur, tres annos inter auditores exigent ut fideles, & ſeptē annis proſternentur ſupplices, &c.* Vide & Can. 12. ubi agit de lachrymis & bonis operibus quæ debent exercere. Ita & Concilium Laodicenſe Can. 2. anno Chriſti 360. D. Baſilius Magnus anno Chriſti 370. Hom. 3. quæ eſt in dictum illud Moyſi: *Attende tibi ipſi, &c. Attende tibi ipſi, pro delicti proportione. Magnum eſt & grave peccatum. Multa opus habes confeſſione,*

lachry-

Digitized by Google

lachrymis amarulentis, peracri contentione vigiliarum, indivulſo, & continenti jejunio.

Quibus opus habeat peccator, ut peccata deleantur.

Ex 5. ſæculo.

D. Chryſoſtomus qui floruit in fine 4. ſæculi & principio 5. Hom. 24. in Matth. Audi Paulum dicentem. *Si nos ipſos judicaremus, non utiq; judicaremur* 1. Corint. 11. *Et quonam modo inquies à me ipſo rationes vivendi, & ſupplicium exigam? largos lachrymarum effunde fluvios, laboribus ac vigilijs teipsū affige, peccata per ſingulas ſpecies recole, &c.* Hæc doctrina eſt directè contra Lutherum, qui in articulis condemnatis à Leone X. art. 6. docet talem contritionem facere hominem hypocritam imò magis peccatorem.

Doctrina D. Chryſoſtomi contra Lutherum.

Ex 6. ſæculo.

Iuſtinianus Imperator Conſt. 141. ad Conſtantinopolitanos de his qui luxuriantur contra naturam, anno Chriſti 530. *Qui hoc morbo contabuerunt, illi non ſolùm de cætero peccare deſinant, ſed etiam ritè agant pœnitentiam, & coram Deo procidant, & morbum Beatiſſimo Patriarchæ renuntient rationemq; curationis percipiant, ut* (prout ſcriptū eſt) *fructus producant pœnitentiæ, &c.*

Doctrina & decretum Imperatoris contra doctrinā adverſariorū.

Hic iterum Adverſariorum doctrina condemnatur, qui volunt ſufficere ad

veram

veram pœnitentiam deſinere peccare, omnem denegantes ſatisfactionem pro prætéritis peccatis.

Ex 7. ſæculo.

Eſt Sophronius Hieroſolymit. anno Chriſti 630. In vitâ Mariæ Ægyptiacæ.

Ex 8. ſæculo.

Pro qualitate delicti pœnitentia iniungẽda.

Eſt Concilium Conſtantinop. in Trullo habitum anno Chriſti 710. Can. 102. ubi dicit eos qui habent poteſtatem à Deo ligandi & ſolvendi debere conſiderare qualitatem delicti, & proportionaliter injungendam eſſe pœnitentiam, & quia varius eſt morbus, & multiplex debet eſſe medicina.

Ex 9. ſæculo.

Eſt Methodius Patriarcha Conſtantinop. Libro de ijs qui abnegarunt per diverſos modos & ætates. Anaſtaſius Nicænus anno Chriſti 860. quæſt. 76.

Ex 10. ſæculo.

Simeon Metaphraſtes & uno verbo tota orientalis Eccleſia. Dicta horum cit. vide apud Iodocum Coccium Tom. 2. Theſauri Cathol. lib. 7. de pœnit. art. 4. Hoc totum eſſe verum ultimò oſtendo ex iſtis duobus Patriarchis.

Ex 15. ſæculo.

Genna-

Digitized by Google

Gennadius Scholarius anno Chriſti 1450. in defenſ.5. capitũ Concil.Florent. De Purgatorio cap. 6. *Non ſola confeſſio & pœnitentia ſufficit, ut peccatorem in Regna Cœlorum perducat: ſed neceſſe eſt antea ſatisfacere de peccatis, opere ſimul, & omiſſione commiſſis. Pœnitentia namq; , fervidaq́; confeſſio, occaſio eſt inveniendæ ſalutis viam.*

Non ſufficit ſola confeſſio, ad ſalutem.

Ex 16. ſæculo.

Cenſura orientalis Eccleſiæ in Confeſſionem Auguſtanam.

Duodecimum caput Confeſſionis veſtræ docet: eos qui poſt Baptiſmum in peccata prolabuntur, remiſſionem peccatorum conſequi, ubi converſionem & pœnitentiam ſuam ad Deum contrito corde & ſanâ fide teſtati fuerint. »

Nos quoq; in hac parte vobis reſpondendum illud dicimus; hac quidem à vobis verè dici. Ipſe enim præcepit Dominus dimittere peccata non ſepties, ſed ſeptuageſies ſepties, certo & definito utens numero ad incertum & indefinitum deſignandum.

Quod autem Canonicas ſatisfactiones, peccatorumq́; expiationes penitùs reijcitis; de eo ita ſtatuimus. Siquidem ſatisfactiones iſtæ tanquam quædam curationes, & remedia morbo-

Satisfactiones cur faciendæ pro peccatis cõtra adverſarios, Græca Eccleſia.

Digitized by Google

rum à ſpiritualibus viris adhibentur, nullâ habitâ ratione quæſtus, aut privatæ utilitatis, contra ſuperbos, avaros, guloſos, ac contra alios omnes, qui ſe varijs contaminaverunt flagitijs, tùm hac ipſa remedia eſſe, plurimumq́ valere, & magnam utilitatem adferre dicimus: uti quidem ante nos ſancti & Deo pleni Patres, eos, qui convertuntur, quiq́ reſipiſcunt, Canonicè expiari præcipiunt, &c. Subdit infrà. *Neq́ tamen quemquam abſolvimus niſi primò juſtas pœnas & caſtigationes, illi pro peccatis admiſſis injungamus: idq́ plurimas ob cauſas.*

Primùm, ut per ſpontè & voluntate ſuſceptas afflictiones ab ijs pœnis quæ illis ipſis invitis aliquando ſubeundæ eſſent, liberentur. Nulla enim res eſt, quæ Deum nobis magis placatum, & propicium reddat; quàm ſpontè & liberè ſuſcepta diſciplina, atq́ correctio. Vnde & Gregorius dicit: *Lachrymarum miſericordiam & pietatem mercedem eſſe.*

Satisfactio, ob multas cauſas facienda.

Deinde, ut hac ipsâ voluntate ſuſceptâ afflictio fontem & radicem omnis peccati ardentem ſcilicet voluptatis cupiditatem, ex carne noſtrâ evellat ac planè extirpet. Contrarijs enim morbis contraria adhibenda remedia eſſe novimus, &c. Longè plura dicit ibi quæ vide. Ibi enim probat ſua maximè ex cap. 25. Matth. verſ. 16. *Venite benedicti Patris*

Digitized by Google

tris mei, poſſidete Regnum vobis paratum à conſtitutione mundi, &c.

Ex his vides totam doctrinam Adverſariorum tàm Lutheranorũ quàm Calviniſtarum eſſe condemnatam quæ contra ſatisfactionem, ut tertiam partem ſacramenti pœnitentiæ eſt.

Quod ex Patribus & ſcriptoribus orthodoxæ fidei Latinis ſuam doctrinam non habeant, oſtendo.

Latini.

Ex 2. ſæculo.

Tertullianus lib. de pœnit. cap. 5, 6, 7, 8, & 9. de hac ſatisfactione facienda Deo, multa dicit: unde cap. 10. ait. *Intolerandum eſt pudori Domino offenſo ſatisfacere, ſaluti prodacta reformari.* Quomodo autem ſit pro peccato Deo ſatisfaciendum, dicit cap. 9. cit. quod jejunijs, ſacco, & cinere lachrymis mœroribus die noctuque, &c.

Quibus Deo ſit ſatisfaciendum.

Ex 3. ſæculo.

Sunt Calliſtus Papa anno Chriſti 218. Epiſt. 2. Fabianus Papa Epiſt. 1. anno Chriſti 237; ſed maximè D. Cyprianus añoChriſti 250. De opere & eleemoſynâ. *Remedia propitiando Deo ipſius Dei verbis da-*

Digitized by Google

ta ſunt: quid deberent facere peccantes magiſteria divina docuerunt: operationibus juſtis Deo ſatisfieri, miſericordiæ meritis peccata purgari, &c. Vide in lib. de lapſis eum, ubi dicit nos lachrymis, orationibus, vigilijs, in cilicio & cineribus tranſigere noctes debere, & bonis operibus incumbere, quibus peccata purgantur: eleemoſynis frequentèr inſiſtere, quibus animæ frequentèr à morte liberantur.

Operationibus juſtis ſatisfacimus DEO contra Adverſarios.

Ex 4. ſæculo.

Sunt Concilium Elibertinum anno Chriſti 315. Cap. 5. & 7. Conciliũ Arelatenſe 2. cap. 10. anno Chriſti 328. De his qui prævaricati ſunt in perſecutione. *Si voluntariè fidem negaverint, hoc de eis Nicæna Synodus 1. ſtatuit, ut quinq; annos inter Catechumenos exigant, &c.*

D. Ambroſius anno Chriſti 370. Epiſt. 82. ad Eccleſiam Verſellenſem. *Quæ nobis ſalus eſſe poteſt niſi jejunio eluerimus peccata noſtra?* Vide & lib. 2. de Heliâ & jejunio cap. 20. & lib. 1. de pœni. cap. 2. vbi ait. *Maiora crimina, maioribus abluuntur fletibus.* Ita & cap. 16. & ad virginem lapſam cap. 8. Vide & D. Hieronymum anno Chriſti 390. ad caput 1. Ioëlis.

Peccata jejunio eluuntur.

Ex 5. ſæculo.

D, Augu-

D. Auguſtinus, qui in fine 4. ſæculi vixit, & principio 5. Hom. 5. inter 50. Homil. cap. 2. *Non enim ſufficit mores in melius commutare, & à factis malis recedere, niſi etiam de his quæ facta ſunt, ſatisfiat Deo per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis ſacrificium cooperantibus eleemoſynis. Beati enim miſericordes; quoniam ipſorum miſerebitur Deus. Non enim dictum eſt, ut tantùm abſtineatis à peccatis, ſed & de præteritis*, inquit, *deprecare Dominum, ut tibi dimittantur.*

Vera pœnitentia quæ & quibus Deo ſatisfaciamus.

Matth. 5.

Eccl. 21.

Hæc doctrina eſt directè contra Adverſarios qui dicunt, optima pœnitentia, nova vita, nos non ſatisfacere Deo operibus bonis, ut lachrymis, jejunijs, & officijs charitatis. Vide & Conciliũ Arauſ. 1. anno Chriſti 440. cap. 3.

Ex 6. ſæculo.

D. Gregorius Magnus anno Chriſti 590. ad cap. 15. lib. 1. Regum. *Quid prodeſt confiteri flagitia, ſi confeſſionis vocem non ſequitur afflictio pœnitentiæ, &c.* Vide & lib. 9. moral. cap. 17. ubi ait. *Delinquenti Dominus nequaquam parcit, quia delictum ſine ultione non deſerit, &c.* adfert exemplum de Davide.

Confeſſio ſine ſatisfactione nihil prodeſt.

2. Reg. 12.

Ex 7. ſæculo.

Hh 2 Con-

Concilium Cabilon. 1. anno Chriſti 658. cap. 8. *De pœnitentiâ verò peccatorum, quæ eſt medela animæ, utilem omnibus hominibus eſſe cenſemus; ut pœnitentibus à ſacerdotibus (factâ confeſſione) indicatur pœnitentia, univerſitas ſacerdotum noſcitur conſentire.*

Pœnitentia medela animæ.

Ex 8. ſæculo.

Carolus Magnus año Chriſti 752. lib. 7. legum cap. 12. *Satisfactio pœnitentiæ non eſt tàm temporis longitudine, quàm cordis compunctione penſanda.*

Ex 9. ſæculo.

Sacri Canones de ſatisfactione.

Concilium 2. Cabilon. anno Chriſti 813. cap. 25. *Si quis publicè peccat, publicâ mulctetur pœnitentia, & ſecundum ordinem Canonum pro merito ſuo excommunicetur, & reconcilietur.* Vide & Concilium Mogontinum anno Chriſti 888. cap. 16.

Tria conſideranda in pœnitentia.

Altercatio Synagogæ & Eccleſiæ. *Deniq; iſta tria conſideranda. Pœnitentiam, fructũ, & dignam. Quæ ſunt iſta tria. Dolor præteriti, cuſtodia futuri, ſatisfactio delicti.*

Ex 10. ſæculo.

Qui dignè pœnitentiâ agant.

Smaragdus anno Chriſti 970. In Diademate Monach. cap. 14. *Ille pœnitentiam dignè agit qui reatum ſuum ſatisfactione legitimâ plangit, & tantò indè plorando profundiùs quantò in peccando extitit proclivior.*

Ex

Ex 11. ſæculo.

D. Anſelmus Cantuarienſis anno Chriſti 1080. ad cap. 3. Matth. *Pœnitere eſt ante acta deflere, & deflenda non committere.* Vide ibi nam dicit quod jejunijs & eleemoſynis ſatisfacimus DEO contra adverſarios.

Quid ſit pœnitere.

Ex 12. ſæculo.

D. Bernardus anno Chriſti 1130. De gradibus humilit. *Qui veracitèr pœnitet Laborem pœnitentiæ non abhorret, ſed quidquid ſibi pro culpa, quam odit iniungitur tacita conſcientia patientèr amplectitur.*

Pœnitentia à ſacerdote injuncta acceptanda.

Ex 13. ſæculo.

Concilium Lateran. cap. 21, *Omnis utriuſque ſexus fidelis, poſtquam ad annos diſcretionis venerit omnia peccata ſua confiteatur fideliter ſaltem ſemel in anno proprio ſacerdoti, & injunctam ſibi pœnitentiam propriis viribus ſtudeat adimplere, &c.*

Hic duo cōtra adverſarios habes, nempè omnia peccata eſſe confitenda quorum ſcilicet eſt memoria, & pro eis ſatisfaciendum.

Ex 14. ſæculo.

Durandus à S. Portiano anno Chriſti 1310. Lib. 4. ſent. Diſt. 15. quæſt. 5. *Satisfactio quam debet homo facere DEO debet*

Satisfactio per quid fiat & quot partes habeat.

ſieri per opera pœnalia, &c. Tres aßignantur partes ſatisfactionis, ſcilicet, jejunium eleemoſyna & oratio &c.

Ex 15. ſæculo.

Laurentius Iuſtinianus anno Chriſti 1430. De perfectionis gradibus cap. 3. *Parùm homini confitenti delicta ſua utile eſſet, ſe peccatorem acclamare, ſi abſque omni mœrore id faceret, ſi ulteriùs non peccandi propoſitum non haberet, ſi injunctam ſibi ſatisfactionē negligeret adimplere, &c.*

Tria à pœnitente facienda.

Ex 16. ſæculo.

Concilium Trid. ſeſſ. 14. Can. 12. año Chriſti 1563. finitum. *Si quis dixerit totam pœnam ſimul cum Culpâ remitti ſemper à Deo ſatisfactionemq; pœnitentium non eſſe aliam quàm fidem, quâ apprehendunt Chriſtum pro eis ſatisfeciſſe, anathema ſit.* Vide & Can. 13. & Can. 14. ubi anathematizat eos qui dicunt ſatisfactiones quibus pœnitentes per Chriſtum ſatisfaciunt Deo, non eſſe cultum Dei, ſed traditiones humanas.

Anathematizātur hic adverſarij.

Satisfactio cultus divini.

Ex his habes Adverſariorum doctrinam non eſſe evangelicam de ſatisfactione, nec orthodoxam: quare eos non poſſe dici Evangelicos, vel veros orthodoxos.

Digitized by Google

Reſtat videre quos fautores & Patronos habeant.

Audeani anno Chriſti 380. nullam in- » *Hæretici*
jungebant pœnitentibus mulctam. *Theo-* » *veteres.*
doretus hæreticarum fabularum lib. 4. »

Pighardi anno Chriſti 1400. pœniten- »
tiam à ſacerdotibus injunctam pro pec- »
catis fucum & tectorium hypocritarum »
eſſe dicunt. *Ioannes Schechta Epiſt. ad Eraſmũ.* »

Lutherus hos omnes imitatus eſt; »
Nam ſerm. de pœnit. dicit poſt peccata »
etiam graviſſima ſatisfactionem nullam »
à nobis faciendam eſſe, ne ſatisfactioni »
Chriſti derogemus. Idem docuit Me- »
lanchton, in Apologiâ in lib. Concord. »
& in diſput. de pœnitentiæ partibus. Idẽ »
Calvinus locis in principio citatis.

Hi ſunt fautores Lutheranorum, & Calviniſtarum.

ARTICVLVS X.

DE EFFECTV SACRAMENTORVM.

LVtherani in Confeſſ. Auguſt. de vſu »
ſacramentorum art. 13. ſic habent. »
Damnant illos (nempè Eccleſiæ eorum) »

qui docént quod ſacramenta ex opere operato juſtificent.

Lutherani negant ſacramenta conferre gratiam.

« Per hoc breviter negant ſacramenta « conferre gratiam: quia totum fidei at- « tribuunt: ſacramenta enim ſecundum « eos, non ſunt niſi ſigna quædam exterio- « ra, & teſtimonia voluntatis Dei erga nos « ad excitandam & confirmandam fidem « in his qui utuntur ſacramentis & notæ « profeſſionis inter homines. Vide in lib. « Concordiæ pag. 13.

A Luthero habet ſuam doctrinam Lutherani.

« Hanc doctrinam habent à Lutheto: « Nam præter hoc quod eſt primarius « author Confeſſionis Auguſt. In articulis « condemnatis à Leone X. art. 1. prout ha- « betur Tom. 2. Ien. Lat. fol. 295. pag. 1. ſic habet. *Hæretica eſt, ſed uſitata ſententia, ſacramenta novæ legis conferre gratiam illis qui « non ponunt obicem.* Hæc ille, qui in expli- « catione ejuſdem articuli loc. cit. pag. 2. « ait. Non ſacramentum, ſed fides ſacra- « menti juſtificat. Et lib. de Capt. Bab. « Tom. cit. fol. 272. pag. 2. Baptiſmus ne- « minem juſtificat, nec ulli prodeſt, ſed fi- « des in verbum promiſſionis, cui additur « Baptiſmus. Hæc enim juſtificat, & implet « id quod Baptiſmus ſignificat. Hæc ille, « qui parùm ſupra dicit quod tota effi-

Fides ſacramenti juſtificat, non ſacramentum, apud adverſarios.

cacia ſacramentorum eſt ipſa fides, non operatio.

Calvinus ſecutus eſt eum lib. 4. Inſt. cap. 14. ſect. 17. fol. mihi 322. pag. 2. ſequuntur Calviniſtæ Calvinum. *Diſcipulus Lutheri Calvinus.*

Quod hanc doctrinam non habeant ex ſacrâ ſcripturâ, oſtendo.

De quinque ſacramentis, quæ ipſi negant eſſe ſacramenta, jam probatum eſt articulo 3. gratiam conferre. De Baptiſmo ergò & ſacramento Euchariſtiæ hoc probandum eſt: quod ſi Lutherus eſſet conſtans in ſuis dictis, non eſſet diſputandum; nam in lib. de capt. Bab. Tom. 2. Ien. Lat. fol. 285. pag. 2. ait. *Propriè tamen ea ſacramenta vocari viſum eſt, quæ annexis ſignis promiſſa ſunt. Cætera quia ſignis alligata non ſunt, nuda promiſſa ſunt. Quo fit, ut ſi rigidè loqui volumus, tantùm duo ſunt in Eccleſiâ Dei ſacramenta, Baptiſmus & panis, cum in his ſolis, & inſtitutum divinitùs ſignum & promiſſionem remiſſionis peccatorum videamus.* Hæc ille. *Lutherus inconſtantiſſimus in ſua doctrinâ.*

His verbis videtur concedere hæc duo ſacramenta conferre gratiam: ſed quia inconſtantiſſimus eſt in ſuis dictis; idcircò nobis erit probandum.

Vaticinium de Baptiſmo.

Ezechiel Propheta cap. 36. in ſpiritu prophetico & in perſonâ Dei loquens de noſtro Baptiſmo, ait. *Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris.*

Matth. 3. *Ego autem baptizo vos in aquâ in pœnitentiam: Qui autem poſt me venturus eſt, fortior me eſt, ipſe baptizabit vos in ſpiritu ſancto & igne, &c.* Idem habetur Luc. 3. & Ioan. 1.

Differentia inter Baptiſmũ Chriſti & baptiſmum Ioannis.

Vides D. Ioannem ponere differentiam inter baptiſmum, quem adminiſtrabat, & baptiſmum Chriſti: quia nimirùm Baptiſmus Chriſti ex opere operato conferebat gratiam, non baptiſmus Ioannis, ſed tantùm ex opere operantis. Quod clariſſimè Petrus Apoſtolus docet Act. 2. his verbis. *Baptizetur unuſquiſque veſtrûm in nomine Ieſu Chriſti in remiſſionem peccatorum, & accipietis donum ſpiritus ſancti.*

Donum ſpiritus ſancti charitas, ſeu gratia, quæ in Baptiſmo infunditur cum fide & ſpe.

Quid eſt, rogo, iſtud donum ſpiritus ſancti niſi charitas, ſeu gratia? Nam Rom. 5. dicitur. *Charitas diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.* Imò & fides & ſpes in ſuſceptione Baptiſmi ſimul cum gratiâ infunduntur, prout diffinitũ eſt in Concilio Trid. ſeſſ. 6. cap. 7. Adhuc Paulus 1. ad Corinth.

rinth. 6. clarè hæc docet; Nam ibi ait. *Et hæc quidem fuiſtis:* (nempè fornicarij Idolis ſerviẽtes, adulteri, fures, avari, &c. enumerat ibi multa peccata) *ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed juſtificati eſtis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in ſpiritu Dei noſtri, &c.*

Abluimur à peccatis in Baptiſmo.

Quod ſi quæras quando & per quid abluti ſunt? Reſpondet Apoſtolus Epheſ. 5. *Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea: ut illam ſanctificaret, mundans eam lavacro aquæ in verbo vitæ.*

Ad Tit. 3. *Salvos nos fecit per lavacrum regenarationis & renovationis ſpiritus ſancti.*

Rom. 6. adhuc fusè hæc omnia docet Apoſtolus. *Conſepulti ſumus cum illo per baptiſmum in mortem; ut quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam Patris; ita & nos in novitate vitæ ambulemus, &c.* In fine verò cap. ſic habet. *Nunc verò liberati à peccato, ſervi autem facti Deo, habetis fructum veſtrum in ſanctificationem, finem verò vitam æternam, &c.* Et ad Gal. 3. *Quicunq; baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.* Quid eſt nos Chriſtũ induere, niſi nos Chriſti gratiam recipere? & hoc fit in Baptiſmo & per Baptiſmum, ut viſum eſt. Hoc totum confirmat Apoſtolus Petrus in

1. cap.

Digitized by Google

Baptiſma ſalvos nos facit.

1. cap. 3. *Salvos facit Baptiſma, non carnis depoſitio ſordium, ſed conſcientiæ bonæ interrogatio in Deum per reſurrectionem Ieſu Chriſti.*

Hæc omnia poſſum retorquere in Lutherum, nam in explicatione 1. articuli inter articulos condemnatos à Leone X. ubi probare intendit nos fide ſolâ juſtificari non ſacramentis accipit illud Abacuc 2. & Rom. 1. *Iuſtus ex ſuâ fide vivit.* Nõ dicit: Iuſtus ex ſacramentis vivit, &c.

Ego retorqueo hæc in ipſum; ſcriptura ſacra nunquam dicit quod juſtus ex ſola fide vivit, ſed bene quod ex baptiſmo, nam per baptiſmũ abluimur à peccatis, ſanctificamur, juſtificamur, & vitam conſequimur æternam, ut vidimus. Dicit Paulus ſalvos facit Baptiſma, non dicit fides; ſecundum Lutherum inferam, ergo fides non facit ſalvos. Quod minimè valet, & fides ſalvat & juſtificat; at non ſola, ſed cum ſacramento; Iuxta illud Marci ult: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſalvus erit: Qui verò non crediderit, condemnabitur.* Ac ſi diceret, Etiamſi quis baptizetur, ſi tamen non crediderit (loquendo de adultis nãm de illis loquitur ut patet ibi) condemnabitur, utrumque, ut dixi, requiritur: Vnde falsò nobis

Non ſola fides, ſed & ſacramentum juſtificat, & ſalvat.

bis imponunt Adverſarij quod dicamus nos juſtificari per baptiſmum, ſine bono motù cordis, vel doceamus nos non requiri fidem in uſu ſacramentorum, quâ credamus nobis remitti peccata per Chriſtum. Dicimus utrumque requiri in adultis Lege Concilium Trid. Seſs. 6. cap. 5,6,7,8,& 9. Lutherus ipſemet advertit nam in lib. adverſus armatum Cocleum ponit X. modos ſalvandi & juſtificandi, inter quos annumerat ſacramẽtum, illos poſui in 2. articulo, vide ibi pag. 134. non approbo tamen modum loquendi illius, nam noſtra ſacramenta, non ſolùm ſignificativa ſunt gratiæ, ſed & cauſativa & contentiva ſunt gratiæ quam ſignificant. Ita Concil. Trid. Seſs. 7. can. 6. de ſacramentis in genere, & prius Concilium Florent. ſub Eugenio 4.

Adverſariorum falſitas contra Catholicos.

Lutherus ſibi contradicendo ponit 10. modos juſtificandi, & ſalvandi.

Qud hi ſectarij ſuam doctrinam non habeant ex Patribus & ſcriptoribus Orthodoxa fidei, oſtendo.

Græci.

Ex 1. ſæculo.

D. Clemens Romanus anno Chriſti 80. Epiſt. 4. dicit ſine baptiſmo impoſſibile eſſe nos ſalvari. Sic enim nobis, ait,

cum

Pœnitentia medela animæ.

Concilium Cabilon. 1. anno Chriſti 658. cap. 8. *De pœnitentiâ verò peccatorum, quæ eſt medela animæ, utilem omnibus hominibus eſſe cenſemus; ut pœnitentibus à ſacerdotibus (factâ confeſſione) indicatur pœnitentia, univerſitas ſacerdotum noſcitur conſentire.*

Ex 8. ſæculo.

Carolus Magnus año Chriſti 752. lib. 7. legum cap. 12. *Satisfactio pœnitentiæ non eſt tàm temporis longitudine, quàm cordis compunctione penſanda.*

Ex 9. ſæculo.

Sacri Canones de ſatisfactione.

Concilium 2. Cabilon. anno Chriſti 813. cap. 25. *Si quis publicè peccat, publica mulctetur pœnitentia, & ſecundum ordinem Canonum pro merito ſuo excommunicetur, & reconcilietur.* Vide & Concilium Mogontinum anno Chriſti 888. cap. 16.

Tria conſideranda in pœnitentia.

Altercatio Synagogæ & Eccleſiæ. *Deniq; iſta tria conſideranda. Pœnitentiam, fructũ, & dignam. Quæ ſunt iſta tria. Dolor præteriti, cuſtodia futuri, ſatisfactio delicti.*

Ex 10. ſæculo.

Qui dignè pœnitentiã agant.

Smaragdus anno Chriſti 970. In Diademate Monach. cap. 14. *Ille pœnitentiam dignè agit qui reatum ſinum ſatisfactione legitimâ plangit, & tantò indè plorando profundiùs quantò in peccando extitit proclivior.*

Ex

Ex 11. ſæculo.

D. Anſelmus Cantuarienſis anno Chriſti 1080. ad cap. 3. Matth. *Pœnitere eſt ante acta deflere, & deflenda non committere.* Vide ibi nam dicit quod jejunijs & eleemoſynis ſatisfacimus DEO contra adverſarios.

Quid ſit pœnitere.

Ex 12. ſæculo.

D. Bernardus anno Chriſti 1130. De gradibus humilit. *Qui veracitèr pœnitet Laborem pœnitentiæ non abhorret, ſed quidquid ſibi pro culpa, quam odit iniungitur tacita conſcientia patientèr amplectitur.*

Pœnitentia à ſacerdote injuncta acceptanda.

Ex 13. ſæculo.

Concilium Lateran. cap. 21, *Omnis utriuſque ſexus fidelis, poſtquam ad annos diſcretionis venerit omnia peccata ſua confiteatur fideliter ſaltem ſemel in anno proprio ſacerdoti, & injunctam ſibi pœnitentiam propriis viribus ſtudeat adimplere, &c.*

Hic duo cõtra adverſarios habes, nempè omnia peccata eſſe confitenda quorum ſcilicet eſt memoria, & pro eis ſatisfaciendum.

Ex 14. ſæculo.

Durandus à S. Portiano anno Chriſti 1310. Lib. 4. ſent. Diſt. 15. quæſt. 5. *Satisfactio quam debet homo facere* DEO *debet*

Satisfactio per quid fiat & quot partes habeat.

 fieri

fieri per opera pœnalia, &c. Tres aſſignantur partes ſatisfactionis, ſcilicet, jejunium eleemoſyna & oratio &c.

Ex 15. ſæculo.

Laurentius Iuſtinianus anno Chriſti 1430. De perfectionis gradibus cap. 3. *Parùm homini confitenti delicta ſua utile eſſet, ſe peccatorem acclamare, ſi abſque omni mœrore id faceret, ſi ulteriùs non peccandi propoſitum non haberet, ſi injunctam ſibi ſatisfactionẽ negligeret adimplere, &c.*

Tria à pœnitente facienda.

Ex 16. ſæculo.

Concilium Trid. ſeſſ. 14. Can. 12. año Chriſti 1563. finitum. *Si quis dixerit totam pœnam ſimul cum Culpâ remitti ſemper à Deo ſatisfactionemq́ pœnitentium non eſſe aliam quàm fidem, quâ apprehendunt Chriſtum pro eis ſatisfeciſſe, anathema ſit.* Vide & Can. 13. & Can. 14. ubi anathematizat eos qui dicunt ſatisfactiones quibus pœnitentes per Chriſtum ſatisfaciunt Deo, non eſſe cultum Dei, ſed traditiones humanas.

Anathematizatur hic adverſarij.

Satisfactio cultus divini.

Ex his habes Adverſariorum doctrinam non eſſe evangelicam de ſatisfactione, nec orthodoxam: quare eos non poſſe dici Evangelicos, vel veros orthodoxos.

Reſtat

Digitized by Google

Reſtat videre quos fautores & Patronos habeant.

Audeani anno Chriſti 380. nullam in- » *Hæretici* jungebant pœnitentibus mulctam. *Theo-* » *veteres.* *doretus hæreticarum fabularum lib. 4.* »

Pighardi anno Chriſti 1400. pœniten- » tiam à ſacerdotibus injunctam pro pec- » catis fucum & tectorium hypocritarum » eſſe dicunt. *Ioannes Schechta Epiſt. ad Eraſmũ.* »

Lutherus hos omnes imitatus eſt; » Nam ſerm. de pœnit. dicit poſt peccata » etiam graviſſima ſatisfactionem nullam » à nobis faciendam eſſe, ne ſatisfactioni » Chriſti derogemus. Idem docuit Me- » lanchton, in Apologiâ in lib. Concord. » & in diſput. de pœnitentiæ partibus. Idẽ » Calvinus locis in principio citatis.

Hi ſunt fautores Lutheranorum, & Calviniſtarum.

ARTICVLVS X.

DE EFFECTV SACRAMENTORVM.

LVtherani in Confeſſ. Auguſt. de vſu » ſacramentorum art. 13. ſic habent. » Damnant illos (nempè Eccleſiæ eorum) »

Digitized by Google

qui docént quod ſacramenta ex opere operato juſtificent.

Lutherani negant ſacramenta conferre gratiam.

« Per hoc brevitèr negant ſacramenta « conferre gratiam: quia totum fidei at- « tribuunt: ſacramenta enim ſecundum « eos, non ſunt niſi ſigna quædam exterio- « ra, & teſtimonia voluntatis Dei erga nos « ad excitandam & confirmandam fidem « in his qui utuntur ſacramentis & notæ « profeſſionis inter homines. Vide in lib. « Concordiæ pag. 13.

A Luthero habet ſuam doctrinam Lutherani.

« Hanc doctrinam habent à Lutheto: « Nam præter hoc quod eſt primarius « author Confeſſionis Auguſt. In articulis « condemnatis à Leone X. art. 1. prout ha- « betur Tom. 2. Ien. Lat. fol. 295. pag. 1. ſic habet. *Hæretica eſt, ſed uſitata ſententia, ſacramenta novæ legis conferre gratiam illis qui* « *non ponunt obicem.* Hæc ille, qui in expli- « catione ejuſdem articuli loc. cit. pag. 2. « ait. Non ſacramentum, ſed fides ſacra- « menti juſtificat. Et lib. de Capt. Bab. « Tom. cit. fol. 272. pag. 2. Baptiſmus ne- « minem juſtificat, nec ulli prodeſt, ſed fi- « des in verbum promiſſionis, cui additur « Baptiſmus. Hæc enim juſtificat, & implet « id quod Baptiſmus ſignificat. Hæc ille, « qui parùm ſupra dicit quod tota effi-

Fides ſacramenti juſtificat, non ſacramentum, apud adverſarios.

caçia

Digitized by Google

cacia ſacramentorum eſt ipſa fides, non operatio.

Calvinus ſecutus eſt eum lib. 4. Inſt. cap. 14. ſect. 17. fol. mihi 322. pag. 2. ſequuntur Calviniſtæ Calvinum. *Diſcipulus Lutheri Calvinus.*

Quod hanc doctrinam non habeant ex ſacrâ ſcripturâ, oſtendo.

De quinque ſacramentis, quæ ipſi negant eſſe ſacramenta, jam probatum eſt articulo 3. gratiam conferre. De Baptiſmo ergò & ſacramento Euchariſtiæ hoc probandum eſt: quod ſi Lutherus eſſet conſtans in ſuis dictis, non eſſet diſputandum; nam in lib. de capt. Bab. Tom. 2. Ien. Lat. fol. 285. pag. 2. ait. *Propriè* » *tamen ea ſacramenta vocari viſum eſt, quæ* » *annexis ſignis promiſſa ſunt. Cætera quia ſignis* » *alligata non ſunt, nuda promiſſa ſunt. Quo* » *fit, ut ſi rigidè loqui volumus, tantùm duo* » *ſunt in Eccleſiâ Dei ſacramenta, Baptiſmus &* » *panis, cum in his ſolis, & inſtitutum divinitùs* » *ſignum & promiſſionem remiſſionis peccatorum* » *videamus.* Hæc ille. » *Lutherus inconſtantiſſimus in ſua doctrinâ.*

His verbis videtur concedere hæc duo ſacramenta conferre gratiam: ſed quia inconſtantiſſimus eſt in ſuis dictis; idcircò nobis erit probandum.

Digitized by Google

Vaticinium de Baptiſmo.

Ezechiel Propheta cap. 36. in ſpiritu prophetico & in perſonâ Dei loquens de noſtro Baptiſmo, ait. *Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris.*

Matth. 3. *Ego autem baptizo vos in aquâ in pœnitentiam: Qui autem poſt me venturus eſt, fortior me eſt, ipſe baptizabit vos in ſpiritu ſancto & igne, &c.* Idem habetur Luc. 3. & Ioan. 1.

Differentia inter Baptiſmũ Chriſti & baptiſmum Ioannis.

Vides D. Ioannem ponere differentiam inter baptiſmum, quem adminiſtrabat, & baptiſmum Chriſti: quia nimirùm Baptiſmus Chriſti ex opere operato conferebat gratiam, non baptiſmus Ioannis, ſed tantùm ex opere operantis. Quod clariſſimè Petrus Apoſtolus docet Act. 2. his verbis. *Baptizetur unuſquiſque veſtrûm in nomine Ieſu Chriſti in remiſſionem peccatorum, & accipietis donum ſpiritus ſancti.*

Donum ſpiritus ſancti charitas, ſeu gratia, quæ in Baptiſmo infunditur cum fide & ſpe.

Quid eſt, rogo, iſtud donum ſpiritus ſancti niſi charitas, ſeu gratia? Nam Rom. 5. dicitur. *Charitas diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.* Imò & fides & ſpes in ſuſceptione Baptiſmi ſimul cum gratiâ infunduntur, prout diffinitũ eſt in Concilio Trid. ſeſſ. 6. cap. 7. Adhuc Paulus 1. ad Co-

rinth.

rinth. 6. clarè hæc docet; Nam ibi ait. *Et hæc quidem fuiſtis:* (nempè fornicarij Idolis ſerviẽtes, adulteri, fures, avari, &c. enumerat ibi multa peccata) *ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed juſtificati eſtis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in ſpiritu Dei noſtri, &c.*

Abluimur à peccatis in Baptiſmo.

Quod ſi quæras quando & per quid abluti ſunt? Reſpondet Apoſtolus Epheſ. 5. *Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea: ut illam ſanctificaret, mundans eam lavacro aquæ in verbo vitæ.*

Ad Tit. 3. *Salvos nos fecit per lavacrum regenarationis & renovationis ſpiritus ſancti.*

Rom. 6. adhuc fusè hæc omnia docet Apoſtolus. *Conſepulti ſumus cum illo per baptiſmum in mortem; ut quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam Patris; ita & nos in novitate vitæ ambulemus, &c.* In fine verò cap. ſic habet. *Nunc verò liberati à peccato, ſervi autem facti Deo, habetis fructum veſtrum in ſanctificationem, finem verò vitam æternam, &c.* Et ad Gal. 3. *Quicunq; baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.* Quid eſt nos Chriſtũ induere, niſi nos Chriſti gratiam recipere? & hoc fit in Baptiſmo & per Baptiſmum, ut viſum eſt. Hoc totum confirmat Apoſtolus Petrus in

1. cap.

Digitized by Google

bis imponunt Adverſarij quod dicamus nos juſtificari per baptiſmum, ſine bono motu cordis, vel doceamus nos non requiri fidem in uſu ſacramentorum, qua credamus nobis remitti peccata per Chriſtum. Dicimus utrumque requiri in adultis Lege Concilium Trid. Seſs. 6. cap. 5,6,7,8,& 9. Lutherus ipſemet advertit nam in lib. adverſus armatum Cocleum ponit X. modos ſalvandi & juſtificandi, inter quos annumerat ſacramētum, illos poſui in 2. articulo, vide ibi pag. 134. non approbo tamen modum loquendi illius, nam noſtra ſacramenta, non ſolùm ſignificativa ſunt gratiæ, ſed & cauſativa & contentiva ſunt gratiæ quam ſignificant. Ita Concil. Trid. Seſs. 7. can. 6. de ſacramentis in genere, & prius Concilium Florent. ſub Eugenio 4.

Adverſariorum falſitas contra Catholicos.

Lutherus ſibi contradicendo ponit 10. modos juſtificandi, & ſalvandi.

Qud hi ſectarij ſuam doctrinam non habeant ex Patribus & ſcriptoribus Orthodoxæ fidei, oſtendo.

Græci.

Ex 1. ſæculo.

D. Clemens Romanus anno Chriſti 80. Epiſt. 4. dicit ſine baptiſmo impoſſibile eſſe nos ſalvari. Sic enim nobis, ait,

cum

cum ſacramento verus Propheta teſtatus eſt dicens; Ioan. 3. *Niſi quis renatus fuerit, ex aqua viva non introibit in Regnum Cœlorum.* Et ideo accelerate. Dicit inſuper quod per iſtas aquas eripimur de ſupplicijs futuris, quod per Baptiſmum animæ noſtræ DEO conſecrantur, quod per ipſas regeneramur, & DEO renaſcimur quod ſolæ hæ aquæ poſsint vim futuri ignis extinguere, quod ſalutem conferant, &c. Hæc ſanè omnia indicant per Baptiſmum gratiam conferri, & ſunt conformia dictis Apoſtoli citatis, nam ſine gratia non regeneramur, & DEO renaſcimur, non eripimur à ſupplicijs futuris, & ſalutem ac regnum æternum conſequimur. Ita & D. Dionyſius Areopag. anno Chriſti 100. Eccleſ. Hierarch. cap. 3.

Sine Baptiſmo nullus ſalvatur.

Baptiſmus mu[illegible]s habet effectus.

Ex 2. ſæculo.

D. Iuſtinus Martyr anno Chriſti 150. Oratione ad Antoninum Pium. *In nomine cunctarum rerum Parentis, & Servatoris noſtri IESV Chriſti & Spiritus ſancti in aqua tùm lavantur: Chriſtus enim ipſe dixit: Niſi regenerati fueritis ex aqua & ſpiritu, non introibitis in Regnum Cœlorum, &c.* Vide ibi plura, nam dicit quod in hac aqua conſequi-

Digitized by Google

ſequimur remiſſionem peccatorum antea commiſſorum, quod lavamur in hac aqua, quod regeneramur per hanc aquam, quod hoc lavacrum vocatur illuminatio, quòd eorum qui hæc diſcunt, mentes illuminentur, &c. Mentes ſanè non illuminantur, niſi fide, ſpe & charitate, ac alijs Spiritus ſancti donis. Vide D. Irenæum lib. 3. adverſus hæreſes anno Chriſti 180.

Baptiſmus cur lavacrum dicatur.

Ex 3. ſæculo.

D. Chryſoſtomus qui vixit in fine 3. ſæculi & principio 4. Hom. ad Neophytos. *Hac de cauſa etiam infantulos baptizamus ut non ſint coinquinati peccato, ut iis addatur ſanctitas, juſtitia, adoptio, hæreditas, fraternitas Chriſti, ut eius membra ſint omnes, ut ſpiritus habitatio fiat, &c.* enarrat ibi multas elargitiones & effectus Baptiſmi. Vide ibi. Certum autem eſt ibi loqui de juſtitia juſtificante; quia ea juſti ſumus ut dicit ibi.

Non ſolùm peccata in Baptiſmo delentur, ſed & juſtitia, ſanctitas, adoptio, & hæreditas & Chriſti fraternas conferuntur.

Ex 4. ſæculo.

Concilium Nicænum anno Chriſti 325. lib. 3. de ſancto Baptiſmate. *Baptiſma non oculis corporis conſiderandum eſt, ſed mentis oculis. Aquam vides conſidera virtutem in aquis abſconditam. In ſancto enim ſpiritu &*

tu & igne, baptizari nos docet Evangelium. In fide enim baptizantis; & fide baptizati per ſacram invocationem plenas ſanctificatione ſpiritus, & ignis divini aquas conſidera. Ipſe enim dicit baptizabit ſpiritu & igne Matth. 3. *Deſcendit igitur qui baptizatur reus peccatorum, & obnoxius ſervituti corruptionis: & aſcendit liberatus ab hac ſervitute & peccato factus filius DEI, & hæres eius gratiæ, cohæres autem Chriſti indutus ipſum Chriſtum ſicut ſcriptum eſt ad Gal. 3. Quicunque in Chriſtum baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis, &c.*

Per Baptiſmum hæredes gratiæ, & cohæredes Chriſti efficimur.

Habes hîc clarè in Baptiſmo & per Baptiſmum nobis conferri gratiam ſanctificantem. Et hæc omnia clara; nam non fit tranſitus à contradictorio in cõtradictorium ſine mutatione aliqua ad formam abſolutam, vel reſpectivam, ſed in baptiſmo & per baptiſmum de non filijs DEI, efficimur filij DEI, de non hæredibus gratiæ efficimur hæredes gratiæ, De filijs iræ & perditionis, filij æterni Regni & cohæredes Chriſti, ergò.

Vide pro hoc ſæculo & D. Athanaſium anno Chriſti 340. quæſt. 134. D. Baſilium magnum 370. Exhort. ad Baptiſ. D. Gregor. Nanzianz. anno Chriſti 380. orat. 40. quæ eſt in ſanctum Baptiſ.

Con-

Digitized by Google

Concilium generale Conſtantinop. 1. Credimus unum Baptiſma in remiſſionem peccatorum. Idem habetur in Symbolo Concilij Nicæni 1. Remiſſio autem peccatorũ, non fit ſine infuſione gratiæ.

Fides vera declaratur de Baptiſmo in duobus ſacris Concilijs primis.

Ex 5. ſæculo.

Cyrillus Alexandrinus anno Chriſti 430. In Apolog. ad Imperat. Theodoſium. *Iuſtificamur per ſanctum Baptiſma, &c.* Et de recta fide ad Theodoſium. *Præterea illuſtrem illam ſacri Baptiſmatis gratiam, quæq; ipſi cohæret, vivificationem, & DEI participationem per ſanctificationem in ſpiritu per Ieſum Chriſtum nobis obtingere, inficiari non poſſumus, &c.* citat. verba Matth. 3. *Ipſe vos baptizabit in ſpiritu & igne.*

Gratiam Baptiſmo infunditur contra Adverſarios.

Nota illa verba gratia quæ illi cohæret. Eſt enim hoc contra adverſariorum doctrinam directè quia volunt non juſtitia inhærente nos juſtificari, ſed Chriſti juſtitia imputativè ſolùm.

Ex 6. ſæculo.

Eſt Andreas Cæſarienſis ad caput 22. Apocalypſis, cum Anaſtaſio Synaites anno Chriſti 580.

Ex 8. ſæculo.

Ioannes Damaſ. anno Chriſti 730. lib. 2. Orthod. fidei cap. 9. Ibi enim dicit,

Digitized by Google

Aqua Baptiſmi eluit ſpurcitiam animæ.

quod hoc elementum aquæ non ſolum vim habet ut corporum ſpurcitiam eluat, ſed etiam animorum: *ſi quidem Spiritus ſancti gratia acceſſerit.*

Ex 9. ſæculo.

Inviſibilis animæ regeneratio fit in Baptiſmo.

Theophylactus ad cap. 3. Ioannis hic vixit in fine 9. ſæculi & principio 10. *Aqua enim ſi viſibiliter accipiatur, ad corporis pertinet purificationem: ſpiritus vero inviſibiliter concurrens ad inviſibilis animæ regenerationem pertinet, &c.*

Breviter tota orientalis Eccleſia nobiſcum ſentit, ut ex 10. ſæculo Simeon Metaphraſtes vitæ ſancti Sylveſtri cap. 1. Ex 11. Oecumenius anno Chriſti 1050. ad Caput 6. ad Rom. Ex 12. Michael Glyeas anno Chriſti 1120. Parte 2. annalium. Ex 13. Nicephorus Callixtus anno Chriſti 1300. lib. 3. hiſt: eccleſ: cap. 37. Ex 14. Manuel Paleologus anno Chriſti 1400. In præceptis æducationis Regiæ cap. 7: Quorum dicta vide apud Iodocum Coccium Tom. 2. Theſauri Catholici lib. 5. de Baptiſmo art. 4.

Cenſura Orientalis Eccleſiæ in Confeſſionem Auguſtanam.

Hieremias Conſtantinop. Patriarcha Re-

Reſponſo 1. ad cap. 7. dictæ Confeſs. *Baptiſma regenerat ſpiritu: quia primam quæ ſub innocentiæ ſtatu, generationem amiſimus, & in iniquitatibus concepti ſumus, &c. quibus malis lavacrum divinum ſubvenit, ea expurgans &c.* plura vide in fine art. 3. ubi poſui Cenſuram ejus contra adverſarios de numero ſacramentorum. Vide iterum in reſponſo 2. ad cap. 13. dictæ Confeſs. de ſacramentis.

Baptiſma regenerat ſpiritu.

Ex his colligo duabus vicibus Lutheranos ſuam Confeſsionem Auguſtanam ad Patriarcham ipſum miſiſſe ex quo reſpondet duabus vicibus ad eos, ut illos recipiat in gremio ſuæ Eccleſiæ ne eorum Eccleſia maneret acephala, ſeu ſine capite; quod minimè fecit; quare Eorum Eccleſia manſit acephala, nec eſt Eccleſia, niſi nomine, & apud eos; quia nec eam pro Eccleſia habent Calviniſtæ, ſunt enim in multis ſibi contrarij, unde Lutherus Calviniſtas quos vocat ſacramentarios, dicit eſſe hæreticos, Calviniſtæ idem dicunt de Lutheranis.

Lutherani à Patriarchâ rejecti, eorum doctrina condemnata.

Adverſarij viciſsim vocant ſe hæreticos.

Quod ſuam doctrinam non habeant hi Sectarij ex Patribus & ſcriptoribus Orthodoxæ fidei Latinis, oſtendo.

Latini.

Ex 1. ſæculo.

Martialis anno Chriſti 100. Epiſt. ad Tholoſ. cap. 1. *Iam ſanctificati & mundati eſtis aqua regenerationis.*

Ex 2. ſæculo.

Caro in baptiſmo abluitur, ſed anima ſanctificatur.

Tertullianus anno Chriſti 200. De Reſurrect: carnis cap. 8. *Caro abluitur, ut anima ſanctificetur.* Et de Baptiſ. cap. 4. *Omnes aquæ de priſtina originis prærogativa ſacramentum ſanctificationis conſequuntur, invocato DEO. Supervenit enim ſtatim ſpiritus de cœlis & aquis ſupereſt, ſanctificans eas de ſemetipſo, & ita ſanctificatæ, vim ſanctificandi combibunt &c.* cap. 13. citat verba D. Ioannis cap. 3. *niſi quis renatus fuerit,* &c. *Obſtrinxit fidem,* ait *ad Baptiſmi neceſſitatem.*

Sine baptiſmo nullus ſalvari poteſt contra Calviniſtas.

Hæc ſunt, prout & alia à Græcis dicta, cõtra Calvinũ qui lib: 4. Inſt: cap. 16. ſect. 26. & ſequentibus prætendit ſalvari poſſe infantes, abſq; Baptiſmo: vnde in defenſ. 2. contra VVeſtphalum contendit infantes ex parentibus fidelibus genitos ſanctos eſſe & Eccleſiæ membra cenſeri debere, etiam antequam baptizentur. Vide & Bezam diſcipulum ejus de cœna Domini cap. 36.

Ex 3. ſæculo.

D. Cy-

D. Cyprianus lib 4. Epiſt: 7. vel 76. *Hoc deniq; & rebus ipſis experiemur, ut neceſſitate urgente in ægritudine baptizati, & gratiam conſecuti, careant immundo ſpiritu quo antea movebantur.* Vide & de ablut: pedum ipſum, ubi ait poſt multa. *Hinc egredientia quatuor Evangelij flumina per univerſum mundum ſecum regenerationis evehunt lavacrum; & de abdito & ſecretiſſimo Spiritus ſancti munere, hujus gratiæ liquor emanat, ſic lavans quos parentalis labes infecerat, ut nec actualis, nec originalis macula aliqua ſui poſt ablutionem illam veſtigia derelinquant.*

Quatuor Evangelia docent baptiſmũ eſſe regenerationis lavacrum, tàm quoad originalẽ culpam, quàm quoad omnem actualem.

Habes hic gratiam in Baptiſmo conferri, & omnia peccata deleri & non ſolùm tegi, ut volunt adverſarij, edocti à Luthero, & Calvino. Dicit enim nec veſtigia peccatorum derelinqui poſt ablutionem iſtam: at Lutherus toto libro fermè adversùs rationem Latomianam contendit peccatum in baptizato remanere, ſed non imputari; Hujus contrarium ubique vides.

Ex 4. ſæculo.

D. Ambroſius anno Chriſti 370. lib: 2. de pœnit: cap: 2. *Impoſſibile videbatur, ut peccatum ablueret aqua: ſed quod impoſſibile erat, fecit Deus eſſe poſſibile, qui tantam nobis*

Quod naturaliter erat impoſſibile, Deus fecit poſſibile.

donavit gratiam,&c. Vide eum & ſerm:31. ubi dicit quod gratia in Baptiſmo infunditur, quæ reſtinguit ardorem, vivificat animas, delicta reſtinguit, infernum aperit, & reſerat Cœlum,&c.

Baptiſmus ſacramentum irreiterabile.

Optatus milevitanus anno Chriſti 370. contra Parmenianum lib.5. *Baptiſmà Chriſtianorum Trinitate confectum confert gratiã: ſi repetatur facit vitæ jacturam,* multa de hac gratia baptiſmali & alijs effectibus Baptiſmi habet D. Hieronymus lib. 1. ad Ruffinum cap. 7. contra Luciferianos cap. 3. & Epiſt. 83. contra Oceanum cap. 2. Ex 5. ſæculo.

D. Auguſtinus, qui vixit in fine 4. ſæculi & principio 5: lib: 1. contra duas Epiſt: pelag: cap: 13. *Dicimus baptiſma dare omnium indulgentiam peccatorum, & auferre crimina non radere, nec ut omnium peccatorum radices in mala carne teneantur, quaſi raſorum in capite capillorum, unde creſcant iterum reſecanda peccata.* Vide & lib: 3.cap.3. Et ad Bonifacium Epiſt. 23. *Aqua* ait *exhibens forinſecus ſacramentum gratiæ, & ſpiritus operans intrinſecus beneficium gratiæ, ſolvens vinculum culpæ.*

Peccata in Baptiſmo totaliter eradicantur contra adverſarios.

Hæc ſunt iterùm contra Lutherum & ſuos qui volunt poſt baptiſmum pecca-

tum

tum in peccatore remanere verè & ſolum tegi non eradicari.

Concilium 2. Arauſicanum anno Chriſti 440. cap. 25. *Hoc etiam ſecundum fidem catholicam credimus quod accepta per Baptiſmum gratia omnis baptiZati, Chriſto auxiliante & cooperante quæ ad noſtram ſalutem pertinent poßint & debeant, ſi voluerint fideliter laborare adimplere.* *Catholica fides docet conferri gratiam in Baptiſmo.*

Ex 6. ſæculo.

D. Gregorius Magnus anno Chriſti 590. lib. 9. Epiſt. 39. *In Evangelio Dominus dicit. Qui lotus eſt non indiget, niſi ut pedes lavet, ſed eſt mundus totus, &c. Si igitur peccata in baptiſmate funditus minimè dimittuntur, quomodo is qui lotus eſt, mundus eſt totus? Totus enim mundus dici non poteſt, cui de peccato aliquid remanſit. Sed nemo reſiſtit voci veritatis, quæ ait: Qui lotus eſt mundus eſt totus. nihil ergo ei de peccati ſui contagione remanet, quem totum fatetur mundum ipſe, qui redemit.* *Ioann. 13.* *Reſiſtunt adverſarij voci veritatis Chriſti IESV.* *Ioan. 13.*

Notent hæc adverſarij peccatum funditus in Baptiſmo dimitti.

Ex 7. ſæculo.

Concilium Toletanum 4. ãno Chriſti 640. cap. 5. dicit quod hoc ſacramẽto Eccleſiæ anima abluitur, & p̃ hoc quaſi per

Iordanem ad terram cœleſtis repromiſſionis ingreditur.

Ex 8. ſæculo.

Sine omni pœna homo totus abluitur interius in baptiſmo.

Venerabilis Beda qui vixit & in 7. & 8. ſæculo lib. queſtionũ quæſt. 15. *In baptiſmate ſine omni pœna, ſola & plena gratia aqua generationis totum hominem ablui precepit, ut in omni parte ſua totus interior homo ab omni peccato ſuo, tam originali quam actuali, & inſuper in novum ſplendorem virtutum reformari gratis, & candidari videatur.*

Nota nos non candidari, niſi aliquo poſitivo, quod aliud eſſe non poteſt, niſi gratia: ſicut enim corpus non fit candidum, niſi aliquo poſitivo: Ita nec anima.

Ex 9. ſæculo.

In Baptiſmo accipimus Spiritum ſanctum.

Altercatio Synagogæ & Eccleſiæ anno Chriſti 880. cap. 22. *In Baptiſmate Spiritum ſanctum quiſque peccatorum ſordibus ablutus, accipit, & à DEO Patre profiteri filius adoptionis gratia incipit, & tunc ſibi regni Cœlorum januam aperiri, & civem ſe cœleſtis Patriæ conſortem intelligit.*

Quid ſit accipere Spiritum ſanctum.

Quid ſit Spiritum ſanctum accipere hîc nihil aliud intelligere poſſumus, niſi nos ſuſcipere gratiam, & alia dona Spiritus ſancti, ſed maximè gratiam qua juſti de injuſtis efficimur, & de filijs perditio-

nis,

nis, filij Dei & æterni Regni, ut ſæpe viſum eſt.

Ex 10. ſæculo.

Smaragdus Abbas anno Chriſti 950. ad caput 3. Ioannis. *Qui ex aqua & ſpiritu regeneratur, inviſibiliter mutatur in novum hominem, & de carnali efficitur ſpiritualis: qui ideo rectè non ſolùm ſpiritualis: ſed etiam ſpiritus vocatur: quia ſicut ſubſtantia ſpiritus inviſibilis eſt noſtris aſpectibus; ita is qui per gratiam DEI renovatur inviſibiliter fit ſpiritualis, & DEI filius.* *In baptiſmo homo in novum hominem mutatur.*

Ex 11. ſæculo.

D. Anſelmus anno Chriſti 1080. ad cap. 10. ad Heb. *Omnia peccata delentur in Baptiſmo, tàm interiora quàm exteriora. Quia ergo per baptiſmum facti ſumus à peccato liberi & reſtaurata eſt nobis libertas arbitrij, & gratia Dei data eſt, nullam habemus excuſationem.* *In Baptiſmo libertas arbitrij reſtituitur.*

Nota quod dicit nobis eſſe reſtitutam libertatem arbitrij, nimirùm ut poſſimus bene agere, ſi velimus, cum gratia Dei, quam & ibi recipimus, & hoc in ordine ad ſalutem noſtram, quod prius præſtare non poteramus viribus noſtris.

Ex 12. ſæculo.

Anno Chriſti 1110. lib. 2. in Exodum cap. 34. eſt Rupertus Tuitienſis, hic dicit

quod æqualis remiſſio peccatorum datur in Baptiſmo. Eſt & D. Bernardus anno Chriſti 1130. ſerm. 1. de Cœnâ Dom.

Ex 13. ſæculo.

D. Thomas in ſummâ contra Gentiles lib. 4. cap. 59. D. Bonaventura parte 3. Centilogij ſect. 48.

Ex 14. ſæculo.

Concilium Viennenſe anno Chriſti 1305. In Clementinis cap. 1. de ſummâ Trinit. *Tam adultis, quàm parvulis in baptiſmo informans gratia, & virtutes cōferuntur.* Horum omnium dicta & longè plurimorum Orthodoxorum, vide Tom. 2. Theſauri Iodoci Coccij lib. 4. de baptiſmo art. 4.

Ex 15. ſæculo.

Concilium Florentinum cui Græci interfuerunt, & ſubſcripſerunt in Decreto unionis, ut habetur Tom. 3. Concil. general. pag. mihi 505. hæc habentur verba. *Nova legis ſeptem ſunt ſacramenta, videlicet Baptiſmus, Confirmatio, Euchariſtia, Pœnitentia, Extrema unctio, Ordo, & Matrimonium. Qua multum differunt à ſacramentis antiqua legis. Illa enim non cauſabant gratiam, ſed eam ſolam per paſſionem Chriſti dandam eſſe figurabant: Hac verò noſtra & continent*

Differentia inter ſacramenta nova legis & veteris ex ſacro Concilio.

tinent gratiam, & ipſam dignè ſuſcipientibus conferunt. Hæc ſacrum Concilium.

Per hoc ſacrum Concilium Lutheri doctrina condemnatur, qui in lib. de capt. Bab. cap. de Baptiſ. Tom. 2. Lat. Ien. fol. 272. negat noſtra ſacramenta differri à ſacramentis legis veteris, per hoc quod noſtra conferant gratiam: Illa verò non, totum enim tribuit fidei, non ſacramento. Secutus eſt eum Calvinus lib. 4. Inſt. cap. 14. ſect. 23. quare & condemnatur & ipſius doctrina in hoc ſacro Concilio. *Adverſariorũ doctrina condemnatur.*

Ex 16. ſæculo.

Concilium Trident. ſeſſ. 7. de ſacramentis in genere Can. 6. *Si quis dixerit ſacramenta novæ legis non continere gratiam quam ſignificant, aut gratiam non ponentibus obicem non conferre, quaſi ſigna tantùm externa ſint acceptæ per fidem gratiæ, vel juſtitiæ, & notæ quædam profeſſionis, quibus apud homines diſcernuntur fideles ab infidelibus, anathema ſit.* *Omnia ſacramenta novæ legis conferunt gratiam.*

Hæc ſacri Concilij diffinitio eſt generalis concernens omnia ſacramenta, ſicut diffinitio ſacri Concilij Florentini. De Baptiſmo in ſpecie habetur in eadem ſeſſ. 1. Can. 1. *Si quis dixerit Baptiſmum Ioannis habuiſſe eandem vim cum Baptiſmo Chriſti, anathema ſit.* Ipſemet D. Ioannes, ut vidi- *Baptiſmus Ioannis & Chriſti non habuerunt eandẽ vim.*

vidim⁹,poſuit differentiã inter baptiſmũ, quem conferebat,& baptiſmum Chriſti.

Ex his habes doctrinam Adverſariorum condemnatam eſſe,dùm volunt nos juſtificari juſtitia Chriſti imputativè tantùm, & nõ juſtitia formalitèr inhærentè, contradicunt enim Luthero, qui ut vidimus in explicat. art. 12. inter articulos condemnatos,dicit gratiam nõ infundi, niſi cum magnâ concuſſione animæ,&c. Audis gratiam infundi per eum. Ad quid? ſanè non niſi,ut per ipſam juſtificemur; ſed ipſemet ſibi contradicit,quia ſic docuit illos in Conf. Auguſt. cuius eſt author art.4. & 5. & in plnrib⁹ alijs locis.

Lutherani Luthero cõtradicunt.

Lutherus ſibi contradicit.

« Quàm mendaces autem ſint Luthe-
« rani, facilè eſt videre ex his quæ habent
« in libro Concordiæ pag.203. De numero
« ſacramentorum. Hic damnamus, in-
« quiunt, totum populum ſcholaſticorum
« Doctorum, qui docent quod ſacramen-
« ta non ponenti obicem conferant gra-
« tiam ex opere operato, ſine bono motu
« utentis. Hæc ſimpliciter opinio Iudaica
« eſt ſentire quod per cæremoniam, ſine
« bono motu cordis : hoc eſt ſine fide
« conferatur gratia. Et tamen hæc impia
« & pernicioſa opinio magnâ authoritate

Lutherani condemnãt totum populum ſcholaſticorum.

doce-

docetur in toto Regno Pontificio. Hæc »
illi.

Mendaces, ut dixi, atque impii homines. Nullus in Papatu hoc docet vel docuit unquam: Dicimus quidem ſacramenta conferre gratiam ex opere operato, ſed non dicimus hoc fieri ſine bono motu utentis, hoc eſt ſine fide, loquendo de adultis; ſequimur enim Auguſtinum, qui tractatu 80. in Ioanne, ait. *Quæ eſt iſta tanta virtus aquæ, ut corpus tangat, & cor abluat, niſi faciente verbo? Non quia dicitur, ſed quia creditur. Nam in ipſo verbo aliud eſt ſonus tranſiens, aliud virtus manens, &c. mundatio nequaquam fluxo & labili tribueretur elemento, niſi adderetur in verbo. Hoc verbum fidei tantùm valet in Eccleſiâ Dei, ut per ipſum credentem, offerentem, benedicentem, tingentem tantillum mundet infantem.* Hæc Auguſtinus.

Lutherani mendaces & impij.

Auguſtini & Catholicorū doctrina.

Ex his audis an in Papatu doceamus ſacramenta conferre gratiam ſine bono motu utentis, lege Concil. Trident. ut ſupra dixi ſeſſ. 6. cap. 5, 6, 7, 8, & 9. ſatis de hoc dixi in 2. articulo.

Audi Lutheri contradictionem in explicatione primi articuli inter articulos condemnatos à Leone X. Ipſe facit Sco-

Lutheri mendaciū & contradictio.

Scotum authorē hujus ſententiæ, quod ſacramenta conferant gratiam non ponenti obicem: In libro autem adversùs Armatum Coclæum Tom. 2. Ien. Lat. fol. 569. pag. 2. hæc habet. Quod ſi qui ſunt ex Patribus qui ſenſerunt ſacramentum juſtificare, eſto etiam Auguſtinus, ut Cocleus contendit, nihil moror hominum ſunt dicta, &c.

Modò dico ſi Auguſtini ſit ſententia, ergò Scotus nō eſt author huius ſententiæ. Lepida res, ſunt dicta hominum. Et quis eſt Lutherus, fortè Angelus? ex Apoſtatis concedo, ex cœleſtibus nego. Scotus nō natus eſt niſi 13. ſæculo, Auguſtinus in 4. ſed vt dixi Auguſtinus non dicit ſacramentum conferre gratiam adultis ſine fide, imò dicit quod ſi fides non adeſſet non juſtificaret, & hoc omnes docent Catholici. Ex quo vides quomodo miſeram plebem decipiunt, perſuadentes ei novam, falſam, & inauditam doctrinam apud nos doceri.

Lutherani Prædicantes deceptores.

Quid ſit ſacramēta ex opere operato conferre gratiam.

Quid ſit autem ſacramentum conferre gratiam ex opere operato. Dico in omni ſacramento duo eſſe conſideranda opus Chriſti, & opus hominis, ut in Baptiſmo Chriſtus eſt qui baptizat, Ioañis 1.

Sacer-

Sacerdotes miniſtri eius ſunt, 1. ad Corinth. 3. Quidquid ergò in ſacramento fit, quantum ſcilicet opus in ſe eſt, quod dicitur operatum opus, Chriſti ſeu Dei eſt: quia ipſe eſt qui baptizat, ipſe qui remittit peccata, &c. & ita omnia ſacramenta quoad opus operatum ſunt Dei opera, viva & virtuoſa, quæ ſolus Deus facit. Cæterùm quia fides & pœnitentia in ſacramento requiruntur, ut habemus Act. 2. dicimus hominis opera: Licet enim à Deo donentur ſacramenta, ſine tamen conſenſu & voluntate noſtrâ ac fide, loquendo de adultis, non ſunt efficacia. Hæc eſt omnium Catholicorum ſententia.

Opus operatum eſt opus operantis in ſacramento.

Quandoquidem ergò ipſi Adverſarij nihil habeant ex ſacrâ ſcripturâ: nihil ex orthodoxis ſcriptoribus.

Reſtat videre quos habeant fautores & Patronos.

Manichæi anno Chriſti 270. dicebant » Baptiſmũ in aquâ nihil cuiquam ſalutis » adferre. *Ita de eis Auguſtinus hæreſi 46.* »

Hæretici Veteres.

Lutherus idem planè videtur docere. » Nam in lib. de Captiv. Bab. cap. de Bap- » tiſmo, dicit Baptiſmum neminem juſtifi- »

care.

« care, nulli prodeſſe, ſed fidem in verbum
« promiſſionis, cui additur Baptiſmus, nos
« juſtificare, & adimplere id quod bapti-
« ſmus ſignificat. Idem habet in explica-
« tione 1. articuli inter articulos à Leone
« X. condemnatos, ut viſum eſt.

« Armeni anno Chriſti 600. dicebant
« ſacramenta novæ legis non conferre
« gratiam. *Guido Calmelita de eis errore 16.*

« Petrus Ioannes anno Chriſti 1230.
« negabat in Baptiſmo gratiam, & vir-
« tutes Theologicas infundi. *Ita Guido de erroribus huius Petri Ioannis. Iodocus Coccius in Theſauro Cathol. Tom. 2. lib. 5. de Baptiſ. art. 4.*

« Docuit cum eis Philippus Melanchton
« in locis communibus editis anno 1522.
« cap. de ſignis. *Ita Iodocus citatato loco.*

« Hi ſunt fautores Adverſariorum.
« Calvinus & hos ſequutus eſt, ut vidimus,
« quem ſequuntur Calviniſtæ. Ex quibus
« vides, an poſſint dici Evangelici. Quales
« enim fuerunt hi quos ſuos Maiores vo-
« cant, tales ſunt & ipſi.

De Sacramento Euchariſtiæ.

Nihil eſt quod hic dicam: quia in libro Concordiæ de numero & uſu ſacramentorum pag. 200. admittunt ipſi Luthera-

therani eſſe ſacramentum, & habere annexam promiſſionem gratiæ, & remiſſionem peccatorum: quod prius Lutherus docuerat in lib. de Capt. Babil. Tom. 2. Ien. Lat. fol. 285. pag. 2. In hoc tamen quod dicunt non continere illam gratiam, non conferre eam, ſacramentum neminē juſtificare, ſed fidem ſacramenti in verbum promiſſionis, hoc condemnatum eſt à totâ Eccleſiâ tàm Orientali quàm Occidentali in duobus Concilijs generalibus, Florentino nimirùm & Tridentino, & poſteà à Hieremiâ Patriarchâ Conſtantinop. Eccleſiæ condemnando in hoc doctrinam Confeſſionis Auguſtanæ, quam condemnationem vide in fine articuli 3.

ARTICVLVS XI.

DE ORDINE ECCLESIASTICO.

Hîc ſequor ordinem Confeſſionis Auguſtanæ. In eâ art. 14. Lutherani ſic habent. » De ordine Eccleſiaſtico docent, quod nemo debeat in Eccleſiâ publicè docere, aut ſacramenta adminiſtrare, niſi ritè vocatus. Hæc ibi.

Digitized by Google

Vocatio miniſtrorum apud Adverſarios.

« A quo autem ritè vocari debeant & « poſſint miniſtri ſacramentorum in Ec- « cleſiâ eorum, docent in lib. Concordiæ « pag. 204. ubi multa blaterant contra ſæ- « vitiam & crudelitatem Epiſcoporum « Romanæ Eccleſiæ, quam (ut aiunt) ex- « erceant erga ſacerdotes eorum inno- « centes: Tandem concludunt ad Politi- « cos temporales, ſeu Magiſtratum ſæcu- « larem ſpectare Miniſtros Eccleſiæ elige- « re, qui verbum Dei doceant, & ſacra- « menta adminiſtrent.

« Hanc doctrinam acceperunt à Luthe- « ro in articulis Smalcaldicis de initiatio- « ne & ordine & vocatione art. 10. quos « articulos in libro Concordiæ inſerue- « runt, & pro veris & orthodoxis recipiunt. « Acceperunt & ex lib. eius De inſtituen- « dis Miniſtris Eccleſiæ ad Clariſſimum ſe- « natum Pragenſem Bohemiæ, prout ha- « betur Tom. 2. Ien. Lat. ubi fol. 545. pag. 2. « ponuntur hæc verba.

Dehortatio à ſuſcipiendis Ordinibus Papiſticis.

Apud Adverſarios omnes Chriſtiani ſacerdotes.

« Ratio Lutheri maxima eſt, quam po- « nit Tom. 2. Ien. Lat. fol. 548. pag. 2. Sacer- « dos enim, ait, in novo præſertim teſta- « mento, non fit, ſed naſcitur, non ordina- « tur, ſed creatur. Naſcitur verò non car-

nis,

nis,ſed ſpiritus nativitate,nempè ex aquâ »
& ſpiritu in lavacro regenerationis. »
Suntq; prorsùs omnes Chriſtiani ſacer- »
dotes, & omnes ſacerdotes ſunt Chri- »
ſtiani,&c. Subdit infrà. Aſſeritur enim »
hoc abſque verbo Dei,non niſi ex dictis »
hominum, vel antiquitate uſus, vel mul- »
titudine opinantium, quorum quodvis »
pro articulo fidei ſtatuere, ſacrilegium »
& abominatio eſt,&c. Hæc ille qui fol. »
549. ait: ſed pergamus & idem ex offi- »
cijs ſacerdotalibus (quæ vocant) pro- »
bemus omnes Chriſtianos ex æquo eſſe »
ſacerdotes,&c. »

Septem ponit officia ſacerdotis. Quo- » *Officia ſacerdotis 7.*
rum primum & ſummum omnium, ait, »
in quo pendent omnia alia, eſt docere » *I.*
verbum Dei,& hoc eſt commune omni- »
bus Chriſtianis. »

Secundum officium eſt baptizare,vſu » *II.*
tamen & ipſi communi fecerunt, etiam »
mulierculas in neceſſitate,adeò, ut penè »
ſacerdotale officium non videatur: ſed »
velint nolint, hoc ipſo illorum ſenſu ob- »
ſtrictos tenem' eſſe omnes & ſolos Chri- »
ſtianos etiam mulieres, abſque raſura,& »
charactere Epiſcopali ſacerdotes. »

Tertium officium eſt conſecrare ſeu » *III.*

Digitized by Google

« miniſtrare ſacrum panem & vinum. Hîc
« verò triumphant ac regnant raſorum
« ordines, hanc poteſtatem neque angelis,
« neq; Matri Virgini concedunt. ſed miſ-
« ſis illorum inſanijs, dicimus, & hoc offi-
« cium eſſe commune, perindè atque ſa-
« cerdotium. Idque non noſtra ſed Chri-
« ſti authoritate dicentis in Cœna noviſ-
« ſima. *Hoc facite in meam commemorationem.*
« Quo verbo etiam raſi Papiſtæ volunt ſa-
« cerdotes factos & potentiam cõſecran-
« di collatam.

Lutheri mendaciũ. Nota hæc verba de facto non fuiſſe dicta mulieribus; quia nulla interfuit Cœnæ ultimæ Domini, nec quidem mater eius, ſed Apoſtolis Diſcipulis eius, ut patet Lucæ 22. Matth. 26. & Marci 14. & ſive ſumant, ſive conſecrent, in memoriam eius facere debent, etiam quicunq; ſumentes, etſi non conſecrantes hoc facere debent.

IV. « Quartum officium eſt ſolvere & liga-
« re peccata, &c. nos omnes qui Chriſtia-
« ni ſumus habemus commune hoc offi-
« cium clavium, &c. Ita fol. 550. pag. 2.
« fol. 551. pag. 1. ceſſent ergò hominum
« mendacia, claves ſunt totius Eccleſiæ &
« cujuslibet membri eius tàm jure quàm

uſu

uſu & omnibus modis, &c. Hoc idem » habet in explicatione articuli 13. inter » articulos condemnatos à Leone X. Tom. » 2. lat. Ien. fol. 303. pag. 1. ubi dicit quod » abſente ſacerdote, etiam puer aut mu- » lier & quilibet Chriſtianus abſolvere » poteſt. Matth. 18. clarè patet, ubi Chri- » ſtus omnibus Chriſtianis ait. *Quodcunq; » ſolveritis ſuper terram, ſolutum erit & in Cœlo.*

Mulieres & pueri abſolvere poſſunt à peccatis apud Lutheranos.

Nota mentiri hîc hæc verba Chriſtum omnibus Chriſtianis dixiſſe, ſolis enim diſcipulis quos alloquebatur dixit, ut patet in textu. Nec contulit tunc claves, ſed Ioannis 20. vbi loquens ſuis Diſcipulis & ſolis, & in eis ſucceſſoribus eorum ait. *Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, &c.*

Lutheri mendaciũ in ſacrâ ſcripturâ.

V. *Sacrificium laudis omnibus commune.*

Quintum officium eſt ſacrificare, &c. » ſed hoc intelligit de ſacrificio laudis & » gratiarum actionis, & hoc eſt commune » omnibus: Negat enim in novo Teſta- » mento dari ſacrificium externum, & » Chriſtum incruentè offerri in miſsâ. »

VI.

Sextum officium eſt orare pro alijs, » & hoc eſt cõmune omnibus Chriſtianis. »

VII.

Septimum officium & ultimum eſt » judicare & decernere de dogmatib⁹, &c. » Et hoc vult eſſe cõmune omnibus Chri- »

Digitized by Google

Lutheri doctrina de iudice ſcripturarum & dogmatum.

« ſtianis, etiam mulierculis. Imò quod plus
« eſt fol. 552. pag. 2. lib. cit. de inſtituen-
« dis miniſtris Eccleſiæ. Quiſquis ratio-
« nem ſuæ ſalutis habens pro ſe, certus ſit
« quid credat, & ſequatur, ac Iudex liber-
« rimus ſit omnium, qui docent eum, intus
« à Deo ſolo doctus Ioan. 6. Neque enim
« alterius doctrina vera vel falſa damna-
« beris aut ſalvus eris, ſed tuâ ſolius fide.
« Doceat ergò quiſquis quod docet, tibi
« videndum eſt, tuo ſummo periculo aut
« commodo, quid credas. Hæc ille vide
« & fol. 552. pag. 1.

Ad Epheſ. 4.

Luthero Apoſtolus opponitur.

Pro hoc ultimò ſolum illi oppono Paulum, qui dicit Chriſtũ poſuiſſe Evangeliſtas, Prophetas, Doctores atq; Paſtores in Eccleſiâ, ne ſimus veluti parvuli fluctuantes & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitiâ hominum ad circumventionem erroris, &c. Quod fruſtra factum fuiſſet ſi quilibet potuiſſet de doctrinâ judicare, & decernere : cu-

Lutheri inconſtantia & contradictiones.

« jus contrarium & ipſe docuit in decla-
« mat. popul. ſuper 3. præceptum Decalo-
« gi, vbi dicit oportere ſequi authoritatem
« Eccleſiæ, eam non poſſe errare, quemli-
« bet poſſe errare in ſuâ devotione, ſtul-
« tum eſſe qui confidit in corde ſuo, Pro-

verb.

verb. 28. Et lib. de Capt. Bab. de ſacram. »
Ordinis, ait. Hoc ſanè habet Eccleſia, »
quod poteſt diſcernere verbum Dei à »
verbis hominum, ſicut Auguſtinus con- »
fitetur ſe credidiſſe Evangelio motum »
authoritate Eccleſiæ, quæ hoc eſſe Evan- »
gelium prædicabat, &c. Infrà dicit cer- »
tiſſimum eſſe ſenſum Eccleſiæ illuſtrante »
ſpiritu, etſi demonſtrari non poſſit, in ju- »
dicandis & approbandis doctrinis, &c. »
Videsné quales comittat contradictio- »
nes; quare non Chriſti eſt eius doctrina, »
ſed alicuius ſpiritus maligni, nam ſi cer- »
tiſſimus Eccleſiæ ſenſus, ſi illuſtrata ſpi- »
ritu ſancto, cur non ſequitur eam? »

Eccleſia certiſſimus ſenſus, quia illuſtrata ſpiritu ſancto, ita Lutherus.

Quod hanc doctrinam non habeant ex Evangelio Adverſarij vel ex ſcripturâ ſacrâ, quare nec poſſint dici Evangelici, oſtendo.

Ioannis 20. *Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos. Hæc cum dixiſſet, inſufflavit & dicit eis: Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt.*

Nota benè hæc verba cum illis quæ habet cap. 15. ejuſdem Evangel. *Non vos me elegiſtis: ſed ego elegi vos, & poſui vos*

Digitized by Google

Chriſtus elegit Diſcipulos, & eos mittit dans nobis per hoc exemplũ ſpectare ad Epiſcopos, & non ad Magiſtratum conſtituere miniſtros myſteriorũ Dei, & quē Apoſtoli ſunt imitati in conſtituendo tales miniſtros, & mittendo eos.

Act. 2. 13. & 14.

ut eatis, & fructum afferatis, &c. Rurſùm Marci ult. *Euntes in mundum univerſum, prædicate Evangelium omni creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſalvus erit, &c. Illi autem profecti prædicaverunt ubique, &c.* Cur rogo Chriſtus non matrem propriam tàm ſanctam, non vnam Magdalenam vel aliquam ex ſanctiſſimis mulieribus miſit ad prædicandũ verbum Dei, ſi omnes Chriſtiani ſunt ſacerdotes, ſi omnia officia ſacerdotis competant etiam mulieribus, inter quæ præcipuum ſecundùm Lutherum eſt prædicare verbum Dei? Legimus & de ordinatione & electione D. Stephani Protomartyris act. 2. & de ordinatione & miſſione Sauli & Barnabæ ad prædicandum verbum Dei, habemus & Apoſtolos per ſingulas Eccleſias Presbyteros conſtituiſſe vbicunq; prædicabant: De nullâ autem muliere quantumvis ſanctâ legimus eſſe vel fuiſſe conſtitutam ab eis. Legimus & de his quos Chriſtus poſuit in Eccleſiâ ad diverſa munia & officia in Eccleſiâ peragenda. Vnde Apoſtolus loquens de Chriſto. *Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Evangeliſtas, alios autem Paſtores & Doctores ad con-*

1. *ad Corinth.* 12.

Ad Epheſ. 4.

Digitized by Google

conſummationem ſanctorum in opus miniſterij in ædificationem Corporis Chriſti, &c. Habemus quod Paulus ordinaverit Timotheũ in Epiſcopum, quem vult, & alios Presbyteros ordinare. Quales autem eſſe debeant qui ordinandi ſunt in Epiſcopos & Diaconos, ſcribit ipſe Apoſtolus in cit. 1. epiſt. ad Timoth. cap. 3. Vnde & cap. 5. ait de Presbyteris loquens. *Qui benè præſunt Presbyteri duplici honore habeantur, maximè qui laborant in verbo & doctrinâ.* Et ad Titum 1. *Huius rei gratiâ reliqui te cretæ, ut ea quæ deſunt corrigas, & conſtituas per Civitates Presbyteros, ſicut ego diſpoſui tibi, &c.* Vide & 1. Petri 5.

Paulus ordinat Timotheum, 2. ad Tim. 1. Timotheus alios ordinat, 1. ad Tim. 5.

De honore duplici habendo erga Presbyteros.

Ex his omnibus teſtimonijs exemplũ habes nullam fuiſſe mulierem ordinatam in ſacerdotem vel Epiſcopum quantumvis ſanctam. Ex toto etiam veteri Teſtamento habemus exemplum in contrarium. Quin ipſe Apoſtolus 1. ad Corinth. 14. ait. *Mulieres in Eccleſijs taceant, non enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe, ſicut & lex dicit* Gen. 3. *ſi quid autem volunt diſcere domi viros ſuos interrogent. Turpe eſt enim mulieri loqui in Eccleſiâ, &c.*

Mulieres in Eccleſiâ taceant.

Quales rogo ſacerdotes (prout Lutherus etiam vult eas eſſe) quibus nec

Digitized by Google

loqui permittit Apoſtolus in Eccleſiâ Dei? Quomodo prædicabunt verbum Dei, quod eſt præcipuũ officium ſacerdotis ſecundũ eum? Et quomodo adminiſtrabunt ſacramenta Eccleſiæ in Eccleſiâ, ſi nõ permittatur eis loqui? ſine verbis non fit concio vel conſecratio, teſte Luthero. Audi iterum eundem Apoſtolum 1. ad Corinth. 2. *Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubjectione. Docere autem, mulieri non permitto, neq; dominari in virum, ſed in ſilentio eſſe.* Per hoc clarè indicat mulieres etiam Chriſtianas non eſſe ſacerdotes; quia eas officio ſuo non poſſet perpetuò privare. Ipſemet Lutherus de illis loquens Tom. 2. Ien. lat. fol. 571. pag. 1. ait.

Mulieres Viro ſubjecta, & nõ ſacerdotes.

« *Colum decent mulieres,*
« *Et colus decet mulieres.*

Hoc longè aliud eſt quàm evangelizare & conſecrare, &c. Nicolaus Sanderus lib. 6 de clave David. cap. 1. latè & doctiſſimè probat penitùs adverſari juri naturæ, ut fœmina viris in rebus Eccleſiaſticis præficiatur, cum debeat eſſe ſubjecta.

Quod hanc ſuam doctrinam non habeant ex Patribus & ſcriptoribus orthodoxæ fidei, oſtendo.

Græ-

Digitized by Google

Græci.

Ex 1. ſæculo.

D. Clemens Rom. Pontif. anno Chriſti 80. qui Canones Apoſt. collegit Cā. 1. *Epiſcopus ordinetur à duobus vel tribus Epiſcopis. Presbyter verò ab uno Epiſcopo. Diaconus item & alij eodem modo.*

Conſtitut apoſtolicarum lib. 3. cap. 10. *Neque laico permittimus facere opus aliquod Sacerdotale, ut ſacrificium, aut baptiſmum, aut impoſitionem manus, aut benedictionem ſive parvam, ſive magnam. Nemo enim ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Domino. Hujuſmodi namq; gratia per impoſitionem manuum Epiſcopi datur, &c.* Vide & cap. 11. undè & lib. 2. cap. 27. ait: *Quicunq; Laicus ſine Sacerdote aliquid operatur, inaniter operatur: & ut Ozias, quia fecit, cum non eſſet Sacerdos ipſe quæ ad Sacerdotes pertinebant propter crimen violatæ Legis lepra affectus eſt; ſic nullus Laicus impunè feret, &c. qui honorem ſibi uſurpabit, &c.* Vide & D. Dionyſium Areopag. anno Chriſti 100. Eccleſ. Hier. cap. 5.

Officia ſacerdotum negantur laicis.

Hebr. 5.

Laici puniendi uſurpantes officium ſacerdotum.

Ex 2. ſæculo.

D. Irenæus anno Chriſti 180. lib. 4. adverſus hæres. cap. 43. *Quapropter eis, qui in Eccleſia ſunt presbyteris obaudire oportet, his qui ſucceſſionem habent ab Apoſtolis, qui cum*

Epiſcopatus ſucceſſione chariſmâ veritatis certum ſecundum placitum Patris acceperunt. Reliquos verò, qui abſiſtunt à principali ſucceſſione, & quocunq; loco colliguntur, ſuſpectos habere, vel quaſi hæreticos, & malæ ſententiæ, vel quaſi ſcindentes & elatos, &c.

Ex his clarè habes quales ſint adverſarij qui abſiſtunt à principali ſucceſſiōne Apoſtolorum; oſtendant ſi poſſint ſuam ſucceſſionem in Epiſcopatibus ab Apoſtolis.

Ex 3. ſæculo.

Nō quilibet eligendus in ſacerdotem, ſed qui doctior & ſanctior fuerit.

1. ad Tim. 3.

Origenes Hom. 6. ſuper Levit. *Requiritur in ordinando Sacerdote, & præſentia populi, ut ſciant omnes & certi ſint, quia qui præſtantior eſt ex omni populo, qui doctior, qui ſanctior, qui in omni virtute eminentior ille eligitur ad Sacerdotium, & hoc adſtante populo, &c. Hoc eſt autem quod & Apoſtolus præcepit in ordinatione Sacerdotis dicens. Oportet autem illum teſtimonium habere bonum ab his, qui foris ſunt.*

Ex 4. ſæculo.

Epiſcopus à quibus debet ordinari, & à quo.

Sacra Synodus Nicæna anno Chriſti 325. Can. 4. *Epiſcopum oportet ab omnibus qui ſunt in provincia eius ordinari, ſi fieri poteſt. Si verò hoc difficile fuerit, vel aliqua urgente neceſſitate, vel itineris longitudine, certè*

tres

tres Epiſcopi debent eſſe in unum congregati, ita ut etiam cæterorum, qui abſentes ſunt conſenſum teneant, & ita faciant ordinationem. Poteſtas ſanè, vel confirmatio pertinebit per ſingulas provincias ad Metropolitanum Epiſcopum. Vide & can. 8. & can. 9.

Ex hoc ſacro Concilio cui interfuerunt 318. Patres habes non ad Magiſtratum, ſed ad metropolitanum ſpectare ordinare. Vnde & Can. 17. *Si quis auſus fuerit aliquem, qui ad alterum pertinet ordinare in ſua Eccleſia, quùm non habeat conſenſum Epiſcopi ipſius à quo receſſit clericus, irrita erit hujuſmodi ordinatio.*

Pœna Epiſcoporum ordinantiū nō ſuos ſubditos.

Ex hoc Canone habes omnem ordinationem & vocationem Miniſtrorum apud adverſarios eſſe irritam tùm quod nullum habent metropolitanum, tùm quod non ſpectat ad Magiſtratum ordinare. Vide & Can. Arab. 60. Vide & D. Baſilium magnum anno Chriſti 370. ad cap. 3. Iſaiæ.

Apud adverſarios nulla legitima ordinatio.

Ex 5. ſæculo.

Cyrillus Alexand. anno Chriſti 430. De recta in DEVM fide ad Reginas Com. 2. *Qui in Sacerdotum ordinem aſciti ſunt, eam ſortiti ſunt provinciam, ut Chriſti omnium Servatoris myſteria ediſſerant, populoq; proponant.*

Ex

Ex 6. ſæculo.

Quinam ſint ordinandi & in quâ ætate.

Iuſtinianus Imperator anno Chriſti 530. novel. 123. cap. 25. *Presbyterum minorem viginti quinque annorum fieri non permittimus.* Novel. 137. cap. 1. *Illud quoque nihilominus quibuſdam peccandi occaſio fuit quod abſq; examinatione & recta fidei & honeſtatis Vitæ teſtimonio ordinantur Epiſcopi, presbyteri, Diaconi & cæteri clerici, &c. planè ordinationes Sacerdotum cum omni diligentia & rigore fieri oportere docet nos, & qui inter ſanctos cenſetur Theologus Gregorius &c.*

Ex 7. ſæculo.

Officium ſacerdotis.

Maximus anno Chriſti 640. ad Caput 3. de Cœleſti Hier. D. Dionyſ. *Non decet aliquem in ſacro gradu conſtitutum maius aliquid ſuo ordine facere: presbyteri debent docere, & munus offerre, non autem ordinare: Diaconi debent docere, nō tamē baptizare, &c.*

Diaconi officium.

Ex his habes non omnes Sacerdotes factos eſſe per baptiſmum ad offerendum & prædicandum.

Ex 8. ſæculo.

Ætas olim in ordinandis ſacerdotibus requiſita.

Concilium Trullenſe anno Chriſti 710. Can. 14. *Sanctorum divinorumq; Patrum noſtrorum Canon in his quoq; valeat ut presbyter ante trigeſimum ætatis annum, non ordinetur, etiamſi ſit homo valde dignus, ſed reſer-*

Digitized by Google

reſervetur. Dominus enim Ieſus Chriſtus trigeſimo anno baptizatus eſt, & cœpit docere. Vide & ſynodum nicænam 2. anno Chriſti 790. can. 14.

Ex 9. ſæculo.

Eſt Nicephorus Philoſophus anno Chriſti 820. oratione funebri in Antonium Patriarcham ubi ſcribit quomodo fuerit initiat⁹ presbyterij Chriſmate. Ex 10. eſt Simeon Metaphraſtes anno Chriſti 950. in vita abramij. Ex 11. eſt Oecumenius anno Chriſti 1080. In 2. ad Timoth. cap. 1. *Per impoſitionem manuum mearum. Simul enim ut Paulus illi manus impoſuit ordinans ipſum Epiſcopum, donum quoque ſuper eum ſupervenit, ad ſignorum operationem, ad doctrinam, & ad præſidendum Eccleſiæ.*

Sacerdotes Chriſmate initiantur.

Ex 12. ſæculo.

Eſt Theodorus Balſamon anno Chriſti 1180. in Can. 36. Apoſtolorum.

Ex 13. ſæculo.

Eſt Georgius Pachymerius anno Chriſti 1280. in paraphraſi Epiſt. 8. Dionyſ.

Ex 15. ſæculo.

Eſt Gennadius Scholarius Patriarcha Conſt. anno Chriſti 1450. De ſacrificio in azymo ſect. 7. *Qui Sacerdos non eſt,*

hoc

Digitized by Google

hoc eſt qui Sacerdotalem dignitatem non habet, ſacrificium nunquam conficiet.

Ex his habes duo documenta contra Adverſarios, nempè non omnes Chriſtianos eſſe Sacerdotes, & dari ſacrificium externum.

Cenſura Orientalis Eccleſiæ in Confeſſionem Auguſtanam.

« Hieremias Patriarcha Conſtantinop. « anno Chriſti 1570. Quatuordecimus ar- « ticulus (Confeſſionis veſtræ) docet pu- « blicè Evangelium non ab alijs publicè « legendum & prædicandum eſſe, ſacraq; « myſteria diſpenſanda; quam ab his, qui « ritè ad hoc miniſterij gen⁹ ordinati ſunt.

Character in ordinatione imprimitur.

Quod quidem ita eſſe & nos ipſi dignoſcimus. ſancta etenim Eccleſia Catholica, eos ſolùm, qui legitimè ſunt vocati, ſacro item charactere canonicè inſigniti, atq; juxta Eccleſiaſticam traditionem ordinati, ab omniq; hæreſeos ſuſpitione alieni; & populum docere, & ſacram liturgiam adminiſtrare vult atq; permittit.

Qui debeat ſacra myſteria adminiſtrare.

Plurimùm illos errare docet, qui exiſtimant nihil intereſſe; utrum hæc ſacra & divina myſteria ab his exerceantur, qui ex laicis ad eam rem ordinatis deligantur tantùm; an ab his, qui ex Sacerdotibus ritè & canonicè conſecratis & ordinatis huic muneri præficiantur. Ordinationes autem

apud

apud nos, non alio modo fiunt, quàm eo, quem ſacri nobis perſcripſerunt Canones. Et de Epiſcoporum quidem ordinatione primus Apoſtolorum Canon hæc docet. Epiſcopus ordinetur à duobus vel tribus Epiſcopis; Presbyter vero ab uno Epiſcopo. Diaconi verò & alij eodem modo. *Quod item ex actis Apoſtolicis diſcimus.* Erant, inquit; in Eccleſia quæ eſt Antiochiæ Prophetæ & Apoſtoli Barnabas, Simeon, Lucius, Manahen, & Saulus: Miniſtrantibus autem illis Domino dixit Spiritus ſanctus: Segregate mihi Barnabam & Saulum, in opus miniſterij; ad quod elegi eos. Iejunantes autem ipſi, & orantes, impoſitis illis manibus, dimiſerunt eos. *Vbi leguntur quinq; præſentes viri tresque, duos reliquos Saulum & Barnabam ſegregatos in miniſterij munus ordinaſſe. Non licere autem Principibus ſæcularibus de Epiſcopis ſententiam ferre; aut illis veteri depravato more, qui à ſanctis Conciliis reprobatus eſt manus imponere.* Canon 31. apoſtolicus docet. Si quis Epiſcopus ſæcularibus poteſtatibus uſus Eccleſiam per ipſos obtineat; deponatur & à communione ſeparetur, & omnes qui illi communicaverint.

Iuxta ſacros Canones Ordinationes fieri debent.

Apoſtolorũ Canon de ordinatione.

Apoſtolorũ alius Canon contra Eccleſiaſticos utenta ſæculari poteſtate.

Et quamquam 28. Apoſtolico Canone præcipiatur

cipiatur neminem duplici pœna ob idem crimen puniri debere: tamen vel propter delicti magnitudinem vel propter peccati publicam deformitatem, duplex hoc loco irrogatur pœna: omnisq; hæc electio tanquam impia & ſacrilega abrogatur: puniunturq; omnes illi, qui in hac parte vel alios coëgerunt, vimque aliquam intulerunt, vel authores facti, quacunque ratione fuerint; prophaniq; merito, & ſunt & eſſe decernuntur, ut quidem ſancti Patres in ſancta Nicæna ſtatuerunt ſynodo Can. 4. ab aliis Epiſcopis deligi. Epiſcopum inquit, &c. Vide ſupra. Citat Patriarcha & Leodicenſem Synodum Can. 12. ubi etiam agitur de ordinatione Epiſcoporum, qui non niſi metropolitanorum judicio conſtitui, & ad Eccleſiæ principatum eligi debent. Citat & Can. 13. in quibus Canonibus vulgus arcetur ab Epiſcoporum electione, & ei prohibetur de Sacerdotibus ſententiam ferre. Citat & Can. 19. Antiochenæ ſynodi. Dicit poſtea, antiquitus ipſarum urbium populos Epiſcopos deligere ſolitos fuiſſe ſicut & reliquos Sacerdotes, quod poſtea ne fieret prohibitum fuit in dicta ſynodo Laodicena tanquam res inutilis & peſtifera: propter enim contentiones quæ inde exoriebantur,

Ordinatio à laicis ſacri lege, & nulla pœna contra ordinantes & ordinatos ſit.

Vulgus de ſacerdotibus non poteſt ſententiam ferre.

Electio ſacerdotũ populo prohibita.

tur, ait, ipſis deinceps Provinciæ Epiſcopis, eâ tota deligendi & conſtituendi poteſtas Epiſcopi, conceſſa & concredita fuit.

Nota quod dicit populos urbium ſolùm elegiſſe, ſed non conſecraſſe, imò nec ſempèr eos elegiſſe docet his verbis: *Non ſolùm autem Epiſcopi, eo modo quo diximus alios Epiſcopos & Sacerdotes ſacrorum canonum inſtituto eligebant atque conſecrabant, non laici, ſed & ipſa Chirotonia nihil aliud ſacris Canonibus deſignatur, quàm eius qui tunc conſecrandi munus exercet, in alio conſecrando divinarum precum ſacra adminiſtratio, ac Spiritus ſancti omnia perficientis initiatoria invocatio, propter extenſionem ſummi Pontificis, tùm cùm illi quem initiat atque conſecrat benedicit, &c.* Hæc ille ſubdit infra ex dicta Synodo Laodicenſi can. 5. non oportere chirotonias in præſenti a multorũ fieri, chirotoniæ nomine ipſam per ſuffragia electionem intelligentes, ſed potius publicè multis præſentibus conſecrationẽ fieri oportere Pontificis, & hoc à duobus aut tribus Epiſcopis prout prima ſynodus Nicæna ordinavit can. 5. Vide plura ibi.

Populus quandoque ſacerdotes eligebat, & etiam Epiſcopos, ſed non conſecrabat.

Conſecratio Epiſcopi fienda coram multis, ſed non electio.

Per hoc ſolvitur argumentum Lutheri dùm

Lutheri mendaciū.

ri, dùm dicit nos habere exempla vetera Patrum & Eccleſiæ, quibus docemur populū Miniſtros idoneos ordinaſſe: mentitur haberi à Patribus populum miniſtros Eccleſiæ ordinaſſe & conſecraſſe, tantum elegiſſe docent, prout quandoq; & noſtri Imperatores & Reges faciunt. Et hoc adhuc ſublatum eſt in cit. Synodo Laod. & Nicæna. Reddit rationem Patriarcha. *Electioni autem, ait, ubi ſententiæ ferebantur; propterea quod nonnunquam querelæ quædam & accuſationes contra candidatos proponebantur; nulli præter eos ad quos ſententiæ dicendæ jus pertinebat intereſſe, ac ea quæ dicebantur audire licuit.* Hæc ille ſequitur de conſecratione Epiſcopi à tribus Epiſcopis ut ſupra, ſicque electio eſt à populo ſublata, juſtis de cauſis.

Cur olim electioni Epiſcopi plures debebant intereſſe etiam de populo.

Ex hac cenſura habes nullum eſſe apud adverſarios ſacerdotem, & verum Eccleſiæ miniſtrum, omnem illorum electionem miniſtrorum Eccleſiæ apud eos eſſe impiam, ſacrilegam, & à ſacris Canonibus abrogatam; ipſos omnes & electos, & eligẽtes, eſſe prophanos, & pro talibus à ſacris Canonib⁹ condemnatos & puniendos, Eos quoq; plurimū errare habes, cum doceant nihil intereſſe utrū

Quales ſint apud adverſarios miniſtri, quales eligentes, & qualis electio etiam à mulieribus facta.

hæc

hæc ſacra & divina myſteria ab his exerceantur, qui ex laicis ad eam rem ordinatis deligantur tantùm,& etiam à mulieribus magnificis apud eos (nam & illæ ordinant Epiſcopos & eos deponunt quod pudeat) an ab his qui ex ſacerdotibus ritè & Canonicè conſecratis & ordinatis,huic muneri præficiuntur. Habes & eorum Eccleſiam non eſſe catholicam, ſed verè acatholicam, & pro tali condemnatur à totâ Orientali Eccleſiâ.

Quod ſuam doctrinam non habeant à Patribus & ſcriptoribus orthodoxæ fidei, oſtendo.

Latini.

Ex 1. ſæculo.

Anacletus anno Chriſti 90. Epiſt. 2. *Reliqui ſacerdotes à proprio ordinentur Epiſcopo, ita ut Cives & alij ſacerdotes aſſenſum præbeant, & jejunantes ordinationem celebrent.*

Iejunia celebranda ante ordinationem.

Nota quod non dicit, ut à Magiſtratu ordinentur, ſed à proprio Epiſcopo. Per quod denotat, non quemvis Epiſcopum poſſe quemlibet, etiam capacem Ordinis ordinare, ſed tantùm ſuos ſubditos. Quod de jejunio dicit eſt conforme doctrinæ Act. Apoſt. cap. 13. & 14. Nam ſic

Digitized by Google

Apoſtoli docebant, & facto & exemplo comprobabant.

Ex 2. ſæculo.

Tertullianus anno Chriſti 200. de præſcript. adversùs hæreticos cap. 41. *Apud hæreticos hodiè Presbyter qui cras laicus, nam & laicis ſacerdotalia munia injungunt, &c.*

Adverſarij Hæretici.

Per hunc Doctorem habes Adverſarios eſſe hæreticos: quia laicis ſacerdotalia munia injungunt.

Hic Doctor ponit differentiam inter plebem & ſacerdotes de exhortat. ad caſtita. cap. 2. *Differentiam inter ordinem & plebem*, ait, *conſtituit Eccleſiæ authoritas, & honor per ordinis conſeſſum ſanctificatus à Deo. Vbi Eccleſiaſtici ordinis eſt conſeſſus, & offert, & tingit ſacerdos, qui eſt ibi ſolus, &c.*

Ex 3. ſæculo.

D. Cyprianus anno Chriſti 250. De Cardinal. Chriſti operibus cap. de ablut. pedum. *Nemo ſacros ordines ſemel datos iterum renovat, &c. nemo impoſitione manuum, vel miniſterio derogat ſacerdotum.*

Sacri Ordines irreiterabiles.

De unctione Chriſmatis. *Non ſunt hæreditariæ ſucceſſiones Pontificum, vel uni leviticæ Tribui miniſteria aſſignata, ſed de omni Tribu & gente, & linguâ, quos dignos & idoneos divina probat electio, ſecundum vitæ, non generis me-*

Sacerdotes non ſucceſſione, ſed ordinatione & conſecratione creantur.

ris meritum ſtatuit ſacerdotes, &c. Vide & lib. 1. epiſt. Epiſt. 1. vel 55. & lib. 2. Epiſt. 1. vel 72.

Dicant Adverſarij ubi apud eos ſacri ſint ordines, vbi & à quibus fiat manuum impoſitio. Omnia ſunt hæreditaria apud eos; quia omnes Chriſtiani per eos ſunt ſacerdotes, Magnificæ mulieres, ſive Comitiſſæ, ubi dominantur ordinant; quæ omnia ſunt contra Eccleſiæ & Dei ordinationem. *Apud Adverſarios nullus ſacer ordo.*

Ex 4. ſæculo.

D. Ambroſius anno Chriſti 370. De dignit. ſacerdotali cap 4. *Quis dat fratter Epiſcopalem gratiam? Deus an homo? Reſpondes ſine dubio Deus. ſed tamen per hominem dat Deus. Homo imponit manus, Deus largitur gratiam. Sacerdos imponit ſupplicem dextram, & Deus benedicit potenti dextrâ. Epiſcopus initiat ordinem, & Deus tribuit dignitatem, &c.* Vide & in 1. ad Corinth. cap. 12. & ad cap. 3. prioris ad Timoth. *Gratia datur in ordinatione.*

Duo habes hîc contra Adverſarios, nempè gratiam conferri in ſacrâ ordinatione, & non omnes Chriſtianos eſſe ſacerdotes quoad munia Eccleſiæ exercenda. Vide & D. Damaſum Papam anno Chriſti 380. Epiſt. 4. Concilium Car- *Documenta contra Adverſarios.*

Digitized by Google

thag. 3. anno Chriſti 390. cap. 32. & 36. D. Hieronymum anno Chriſti 390. Epiſt. 3. ad Heliodorũ quæ eſt Epitaphium Nepotiani cap. 7.

Ex 5. ſæculo.

D. Leo Magnus Anno Chriſti 450. Epiſt. 82. ad Dioſcorum Alexand. cap. 1. *Quod ergò à Patribus noſtris propenſiora cura novimus eſſe ſervatum, à vobis quoque volumus cuſtodiri, ut non paſſim diebus omnibus, ſacerdotalis, vel levitica ordinatio celebretur, ſed poſt diem ſabbati eius noctis, quæ in primâ ſabbati luceſſit, exordia deligantur: Hoc eſt ſub lege divini officij ſubſtituantur, in quibus his, qui conſecrandi ſunt, jejunis, & à jejunantibus ſacra benedictio conferatur, &c.*

Nom omnibus diebus Ordinatio miniſtrorũ Eccleſiæ eſt habenda contra adverſarios.

Nota dicere hunc ſanctum, hæc à Patribus ſervata, per quod, contra adverſarios, denotat hunc modum ordinandi miniſtros Eccleſiæ non eſſe novum, ſed omnium ſæculorum à Chriſti aſcenſione in Cœlum.

Ex 6. ſæculo.

Concilium Agathenſe anno Chriſti 506. cap. 17. *Presbyterum vel Epiſcopum ante triginta annos: ideſt, antequam ad viri perfecti ætatem perveniat nullus Metropolitanorum ordinare præſumat.* Vide & D. Gregorium

gorium Magnum anno Chriſti 590. lib. 4. Epiſt. 31. ad Mauritium Auguſtum.

Ex 7. ſæculo.

Concilium Brachar. 3. anno Chriſti 670. cap. 3. *Cum antiqua & eccleſiaſtica noverimus inſtitutione præfixum, ut omnis ſacerdos cum ordinatur orario utroq; humero ambiatur, &c. Proinde modis omnibus convenit, ut quod quiſque percepit in conſecratione honoris, hoc & retineat, vel in oblatione, vel perceptione ſalutis ſuæ, &c.*

Sacerdotes conſecrantur & ordinantur, non naſcuntur.

Audis ubique ſacerdotem ordinari, conſecrari, non in Baptiſmo naſci, ut vult Lutherus.

Ex 8. ſæculo.

Carolus Magnus anno Chriſti 790. lib. 5. Conſtit. cap. 35. *Vt Presbyteri non ordinentur, priuſquam examinentur, & ante ordinationem plenitèr & ſtudioſiſſimè inſtruantur, qualitèr ſe à vitijs cavere debeant, & qualitèr ſubditos doceant, &c.*

Qui ordinandi ſunt examinandi.

Ex 9. ſæculo.

Concilium Turon. 3. anno Chriſti 813. cap. 12. *Presbyter ordinari non debet ante legitimum tempus hoc eſt trigeſimum ætatis annum, &c.* Vide & Concil. Cabil. 2. anno Chriſti 813. cap. 60. Concil. Mogunt. cap. 28. eodem anno celebratum.

Digitized by Google

Concilium Triburienſe año Chriſti 896. cap. 4.

Ex 10. ſæculo.

Benedictio miniſtrorũ Eccleſiæ à quo.

Eſt Luitprandus Ticinenſis año Chriſti 950. lib. 1. cap. 8. *Benedictio quæ miniſtris Chriſti impenditur, non per eum, qui videtur, ſed qui non videtur, ſacerdotem infunditur.*

Ex 11. ſæculo.

Ordinatio ſacra unũ ex præcipuis Eccleſiæ ſacramentis.

Petrus Damianus anno Chriſti 1050. Epiſt. 15. cap. 9. *Tria profectò ſacramenta præcipua in ſancta frequentata Eccleſia, Baptiſmus videlicet, Corporis quoq; & ſanguinis Dominici ſalutare myſterium, & ordinatio Clericorum, &c.* Item in Epiſt. 11. cap. 4. invehens in ſacerdotem Luxuriantem. Poſt multa, ait. *Polluis itaque in te Oſtiarium, Lectorem, Exorciſtam, omneſq; deinceps ordines ſacros, pro quibus omnibus in diſtricto Dei judicio redditurus es rationem. Ad impoſitionem manus tuæ deſcendit Spiritus ſanctus, & tu eam adhibes genitalibus meretricũ.*

Habes ex his Ordinationem eſſe ſacramentum & in ea conferri gratiam contra Adverſarios.

Ex 12. ſæculo.

Sunt D. Bernardus anno Chriſti 1130. ſermon. 2. de Cæna Domini. Petrus Lombardus anno Chriſti 1140. In 4. ſent.

Digitized by Google

ſent. diſt. 24. Innocentius 3. lib. 1. myſt. miſſæ cap. 9. *Vnguntur manus presbyteris ab Epiſcopo, ut cognoſcant hoc ſacramento ſe per Spiritum ſanctum accipere gratiam conſecrandi, &c.*

Gratia in Ordinationem confertur.

Ex 13. ſæculo.

Concilium Lateranenſe anno Chriſti 1215. cap. 1. *Sacramentum Corporis & ſanguinis Domini nemo poteſt conficere niſi ſacerdos qui fuerit ritè ordinatus ſecundum claves Eccleſiæ, quas ipſe conceſſit Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus Chriſtus Ieſus.*

Qui poſſunt conficere Corpus Domini.

Ex 14. ſæculo.

Guido Carmelita anno Chriſti 1330. contra Ærianos. *Errant, dicentes presbyterum ab Epiſcopo non differre, quod eſt hæreticũ.*

Adverſarij hæretici.

Ex 15. ſæculo.

Concilium Florent. anno Chriſti 1439. In doctrina de ſacramentis. *Sextum ſacramentum eſt Ordinis, cujus materia eſt illud per quod traditur Ordo, forma ſacerdotij accipe poteſtatem offerendi ſacrificium in Eccleſia pro vivis & defunctis, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: Et ſic de aliorum Ordinum formis. Ordinarius miniſter hujus ſacramenti eſt Epiſcopus.*

Sextum ſacramentũ Eccleſiæ ſacra Ordinatio.

Multa hic habes contra Adverſarios nempè ſacram ordinationem, ſacrificiũ miſſæ,

Documẽta contra adverſarios.

Digitized by Google

miſſæ, & illud prodeſſe vivis & defunctis.

Ex 16. ſæculo.

Adverſariorũ doctrina ut hæretica per ſeptem Can. condemnatur.

Concilium Trid. anno Chriſti 1563. finitum ſeſs. 23. per ſeptem Canones Adverſariorum doctrinam condemnat. In primo in quas ipſi aſſerunt non dari in novo Teſtamento ſacerdotium viſibile & externum. In ſecundo in quo negant, in Eccleſia catholica ordines alios eſſe, majores & alios minores. In 3. in quo negant ſacram ordinationem eſſe verè & propriè ſacramentum. In 4. in quo negant per ſacram ordinationẽ dari Spiritum ſanctum ſeu gratiam. In 5. in quo negant ſacram unctionem in ſancta Ordinatione qua utitur Eccleſia, quam volunt eſſe contemnendam. In 6. in quo negant in Eccleſia Catholica eſſe Hierarchiam divinâ ordinatione inſtitutam, quæ conſtat ex Epiſcopis, Presbyteris & miniſtris. In 7. in quo negant Epiſcopos eſſe Presbyteris ſuperiores, & habere poteſtatem confirmandi & ordinandi, & dicunt Ordines ab ipſis collatos ſine populi vel poteſtatis ſæcularis conſenſu aut vocatione irritos eſſe, & illos eſſe legitimos Eccleſiæ miniſtros, etſi non ab Epiſcopis, ordinatos, ſed à magiſtratu ſolum-

Digitized by Google

lummodo vocatos & electos. In his omnibus Canonibus anathematizantur ipſi, & eorum doctrina ut hæretica condemnatur.

Obijciunt.

Apocalyp. 1. *Primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ qui dilexit nos, & lavit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, & fecit nos regnum & ſacerdotes Deo & Patri ſuo, &c.* ergo ajunt nos Chriſtiani omnes ſumus per Baptiſmum ſeu in Baptiſmo facti à Chriſto ſacerdotes Deo. *Objectio 1.*

Reſpondeo omnes fideles cenſeri Reges & ſacerdotes ſpirituales, utpotè qui ſacrificia ſpiritualia offerunt: unde pſal. 50. Pſaltes Regius, ait, *Sacrificium DEO ſpiritus contribulatus.* Alioquin eodem argumento poſſet quis concludere omnes fideles, etiam eſſe Reges. *Reſponſio.*

2. Obijciunt illud 1. Petri 2. *Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis, ut virtutes annuncietis eius, qui vos de tenebris vocavit in admirabile lumen ſuum, &c.* *Objectio 2.*

Reſpondeo eodem modo, ſicut ad primam authoritatem, & hoc ſatis patet ex verbis præcedentibus ipſius Apoſtoli. *Sacerdotium ſanctum*, ait, *offerre ſpirituales*

hoſtias

Digitized by Google

hoſtias acceptabiles per Ieſum Chriſtum, &c. Duplex ergo eſt ſacerdotium internum ad offerendas hoſtias ſpirituales, ut ſunt animæ noſtræ cor noſtrum contribulatum & contritum, & ſacerdotium viſibile & externum ad offerendum incruentè Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum æterno Patri, & hoc fit in miſſa: primo modo omnes fideles, & veri orthodoxi ac catholici ſunt ſacerdotes, non ſecundo modo, ut ſatis oſtendi.

Duplex ſacerdotum internũ & inviſibile; & externum & viſibile.

Vim facit Lutherus in illis verbis, ut virtutes annuntietis ejus, &c. ex quibus verbis colligit omnes fideles ſacerdotes eſſe, etiam mulieres, eaſque poſſe miniſtras eſſe verbi Dei & ſacrum Dei Evangelium publicè prædicare, quas tamen Apoſtolus vult in Eccleſia tacere, in ſilentio manere, & non docere, ſed à ſuis maritis in domibus diſcere. Vides ne quomodo conveniat doctrina ejus cum doctrina Apoſtoli.

Lutherus urget rationem ſuam, ſed Apoſtolo contradicit.

Dico ergo annuntiare virtutes Dei poſſe dupliciter contingere, nempè publicè docendo, & ex officio ſibi debitè & ritè collato ab his qui authoritatem habent, ut ſunt primò ſummus Pontifex, deinde Epiſcopi, qui aliis authoritatem præ-

Verbũ Dei dupliciter enũciatur.

prædicandi verbum Dei in Eccleſijs & cathedris concedunt, vel privatè,& non ex officio,& ſic omnib⁹ Chriſtianis competit Virtutes DEI annuntiare, ad bonum proximum hortando, magnalia DEI inter ſe narrando,beneficia accepta ab eo cum gratiarum actione propalando; ut ipſe laudetur in donis ſuis. Nec negaſſet hoc Lutherus,niſi quia negat ſacerdotium externum & viſibile, & ſacramentum ordinis, dicens eſſe unicū ſacerdotium; & illud ſpirituale & commune; horum contrarium tùm ex ſcriptura ſacra, tùm ex omnibus orthodoxis tam Græcis quàm latinis, tùm ex ſacris Concilijs probavimus: ſatis verba Pauli ipſum convincunt 1.ad Corinth.12. & ad Epheſios 4. ubi enarrat quas perſonas Chriſtus poſuerit in Eccleſia ad docendum & virtutes Dei annuntiandum publicè & ex officio.

Per hanc diſtinctionem ſolvitur authoritas Pauli 1. ad Corinth. 14. quam ipſe Lutherus adfert lib. cit. de Inſtituēdis Miniſtris Eccleſiæ Tom. 2. Ien. lat. fol. 549. pag. 2. *Vnuſquiſque veſtrum pſalmum habet, doctrinam habet*, &c. *Poteſtis enim omnes per ſingulos prophetare, ut omnes diſcant,*

Solvitur 3. Objectio Lutheri ex ſcriptura ſacra.

diſcant, & omnes exhortantur, &c. Dic ergo, ait Lutherus. Quid eſt unuſquiſque, omnes? An raſos ſolos hac communi voce ſignat?

Apoſtolus ſeipſum explicat.

Reſpondeo Paulum ſatis ſtatim infra ſe explicare: nam dicit Mulieres in Eccleſijs taceant, non enim permittitur eis loqui ſed ſubditas eſſe, &c. ut ſupra poſui. Turpe eſt enim Mulieri loqui in Eccleſia, &c. Ex quibus verbis clarè patet non eſſe officium hoc commune omnibus fidelibus miniſtrare verbum Dei publicè docendo, ut volebat, ſed privatè tantùm, aliàs & mulieres hoc poſſent facere; quod Apoſtolus prohibet.

Lutherus putat ſe triumphare, ſed ſtultus invenitur.

Per has authoritates Lutherus putabat ſe triumphare & dicebat adverſus hæc divina fulmina infinitos Patres, innumera Concilia, æternam conſuetudinem, & univerſi mundi multitudinem quibus nitimur noſtrum ſacerdotium ſtabilire nihil valere. Ita lib. nunc cit. & fol. ac pag. Itaque videt nos habere infinitos Patres, innumera Concilia, æternam conſuetudinem & univerſi mundi multitudinem pro noſtro ſacerdotio: quod cum ita ſit teſte ipſo. Dico ipſum eſſe ſtultum, prout ipſemet fatebatur in decla-

declamat. popul. ſup. 3. præceptum Decalogi ubi referebat illud Proverb. 28. *Stultus eſt qui confidit in corde ſuo*, ſequenda eſt authoritas Eccleſiæ quæ non poteſt errare quilibet poteſt errare in ſuâ devotione, *captivandus eſt intellectus noſter in obſequium Chriſti*, 2. *ad Corinth.* 10.

Quandoquidem, ut ex his patet, hi Adverſarij nihil habeant ex ſacrâ ſcripturâ pro ſe nec ex orthodoxis, proinde non poſſunt dici Evangelici.

Reſtat videre quos fautores & Patronos habeant.

Aerius circa annum Domini 342. Epiſcopos & Presbyteros æquales eſſe in gradu & authoritate dicebat. *Ita Prateolus Elench. Alph. omnium hæreſ. lib.* 1. *D. Auguſt. & Epihan. de hæreſibus.* » *Hæretici* » *Antiqui.* » » »

Pauliciani anno Chriſti 800. ſacerdotes Eccleſiæ non recipiebant. *Enthymius de eis in Panopliâ.* » » »

Valdenſes anno Chriſti 1180. juxta Iodocum Coccium in Theſauro Catholico, juxta Prateolum circa annum Chriſti 1160. docebant authoritatem abſolvendi, & confeſſiones audiendi haberi à ſolo Deo, eam non habere ſacerdotes, » » » » » »

« ſed puros laicos de ſecta eorum, qui poſ-
« ſunt, volentes eis confiteri, illos ab omni
« peccato abſolvere, ſicque non ſacerdo-
« tes confeſſiones audiebant & abſolve-
« bant, ſed laici. *Ita Guido de Walden ſ. hæreſ. 5.*

« Hieronymus Pragenſis, qui anno Do-
« mini 1414. damnatus eſt pro hæretico in
« Concilio Conſtantienſi, & cum Ioanne
« Hus combuſtus eſt docebat homines u-
« triuſque ſexus poſſe conficere, confeſ-
« ſiones audire, & quæcunque alia ſacra-
« menta (prolatis modo aptis verbis) ef-
« ficere atque conferre. *Ita Cocleus art. 13. historia Huſſit. lib. 3.*

« Ioannes VViclefus ſecutus eſt iſtos
« & eſt error 28. inter errores ſuos con-
« demnatos in Concilio Conſtantienſi, hic
« hæreticus vixit circa añum Domini 1352.
« *teſte Prateolo Elenchi Alphab. omnium hæreſ. lib. 9.*

« Lutherus omnes hos ſecutus eſt, ut
« vidimus, quem & lege & in lib. de Capt.
« Babilon. cap. de ordine Tom. 2. Ien. lat.
« fol. 282. pag. 2. in fine.

« Calvinus quoq; hos eſt ſecutus lib. 4.
« Inſt. cap. 19. De ordine Eccleſiaſtico.

Hi ſunt fautores & Patroni ſectariorum noſtri temporis, quos vocamus Lu-

thera-

Digitized by Google

theranos & Calviniſtas. Qui ſi noluerint ſic vocari, eos vocabo Ærianos, Paulicianos, VValdenſes, VVicleſiſtas, eligant quos maluerint.

ARTICVLVS XII.

DE CVLTV ET INVOCATIONE SANCTORVM.

LVtherani in Confeſſione Auguſta- »
nâ art. 21. De cultu Sanctorum »
ſcriptura non docet invocare ſanctos, »
ſeu petere auxilium à ſanctis, &c. Vide »
ibi plura. »

Hanc doctrinam habent à Luthero »
qui in Articulis Smalcaldicis de invoca- »
tione ſanctorum in lib. Concordiæ pag. »
310. ait: Invocatio Sanctorum eſt etiam »
pars abuſuum & errorum antichriſti, pu- »
gnans cum primo principali articulo, & »
delens agnitionẽ Chriſti. non etiam eſt »
mandata, nec conſilio, nec exemplo, nec »
teſtimonio ſcripturæ nititur. Hæc ille. »

Calvinus ſecutus eſt eum lib. 3. Inſt. »
cap. 20. ſect. 24. & 25. fol. mihi 216. pag. »
2. & fol. 217. pag. 1. imò per multas ſe- »
ctiones blaterat contra invocationem »
ſanctorum. »

Hunc articulum hic poſui propter Confeſsionis Auguſtanæ ordinem nam prius quàm de ſacrificio miſſæ de cultu ſanctorum agit.

Quod hanc doctrinam non habeant ex ſacra ſcriptura oſtendo.

Gen. 48. *Angelus qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris iſtis: & invocetur ſuper eos nomen meum, nomina quoque Patrum meorum Abraham & Iſaac, &c.*

Iob 5. *Ad aliquem ſanctorũ convertere, &c.*

Pſal. 131. *Memento Domine David*, ait Salomon, *& omnis manſuetudinis ejus.*

Lucæ 16. Clamat ille Dives damnatus. *Pater Abraham, miſerere mei, & mitte Lazarum qui intingat extremum digiti ſui in aquã, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma, &c.*

Nota benè hæc: Dives damnatus apud inferos in medijs tormentis recordatur fratrum, & pro ijs orat, licet non impetret: Ergo multò credibilius eſt, ſanctorum in Cœlo ſpiritus noſtri eſſe memores, & pro nobis orare. Nec Abraham repræhendit eum, quod ipſum invocaverit: ſed tantùm dicit ei: *Fili recordare quia recepiſti bona in vita tua, Lazarus ſimi-*

Digitized by Google

liter mala. Nunc autem hic conſolatur, tu verò cruciaris.

2. Petri 1. Ipſe ſanctus omnia hæc confirmat. *Certus quòd velox eſt depoſitio tabernaculi mei, ſecundum quod & Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſignificavit mihi: Dabo autem operam & frequenter habere vos poſt obitum meum, ut horum memoriam faciatis.* Modo dico ſi Petrus poſsit intercedere pro me apud DEVM: cur non potero illum invocare ut intercedat pro me?

Baruch. 3. habemus clarum exemplũ. *Domine omnipotens, Deus Iſrael, audi nunc orationem mortuorum Iſrael, & filiorum ipſorum qui peccavarunt ante te.*

Ex his habes ſanctos in Cælo triumphantes pro nobis orare, orando patrocinari nobis & ſubvenire: Cur ergo non nobis licebit eos invocare? Lege & cap. 15. 2. lib. Machab. ubi ſcribitur de Iuda Machabæo qui vidit in ſomnis Oniam defunctum orantem pro populo, & audiviſſe Oniam dicentem: *Hic eſt Hieremias Propheta Dei, qui multum orat pro populo, & ſancta Civitate, Hieruſalem, &c.*

Ex his apparet Lutherum mentiri dum dicit Invocationem ſanctorum non niti teſtimonio ſacræ ſcripturæ, ſacram

ſcripturam citavi, quam pro invocatione ſanctorum omnes Orthodoxi intelligunt.

Quod hanc ſuam doctrinam non habeant à Patribus & ſcriptoribus Orthodoxæ fidei, oſtendo.

Ex 1. ſæculo.

Pro invocatione ſanctorum teſtimonia & exempla clariſsima.

In primis ſunt omnes Liturgiæ pro nobis, ut Liturgia Eccleſiæ Romanæ antiquiſſima, primùm à D. Petro Apoſtolo conſcripta ubi poſt aliqua verba in Canone habentur hæc. *Nobis miſericordias tuas & miſerationes largiens interceſſionibus ſanctæ Dei Genitricis, & omnium ſanctorum tuorum, &c.* Infra. *In primis ſanctæ, glorioſæ ſemperq́ue Virginis Mariæ, & Beatorum Apoſtolorum, & Martyrum, & omnium ſanctorum, quorum interceſſione & precibus concede, ut in omnibus tua protectione muniamur, &c.* Ita & Liturgia qua Romana Eccleſia jam annis ultra 1200. uſa eſt, & adhuc utitur. Liturgia Eccleſiæ Hieroſol. Authore D. Iacobo, Liturgia Eccleſiæ Æthiop. ab Evangeliſta Matthæo conſcripta primùm, vt ferunt. Liturgia Eccleſiæ Mediolanenſ. primùm à Sancto Barnabâ ſcripta, poſtmodum à D. Ambroſio aucta.

Ex

Ex 2. ſæculo.

D. Irenæus anno Chriſti 180. lib. 5. adverſus hæreſ. *Sicut Eva ſeducta eſt, ut effugeret Deum: ſic Maria ſuaſa eſt, obedire Deo, ut Virginis Evæ Virgo Maria fieret Advocata: Et quemadmodum adſtrictum eſt morti genus humanum per virginem, ſolvatur per Virginem, æqua lance diſpoſita virginalis inobedientiæ, per virginalem obedientiam,* &c. *Beatiſſima Virgo advocata noſtra & invocanda.*

Audis Beatam Virginem advocatam noſtram, apud DEUM, ergo eam invoca.

Ex 3. ſæculo.

Origenes anno Chriſti 230. in Lament. *Incipiam me genibus proſternere, & deprecari univerſos ſanctos, ut mihi, non audenti petere Deum propter nimietatem peccati, ſuccurrant, O ſancti DEI vos lachrymis, & fletu pleno dolore deprecor, ut procidatis miſericordiis eius pro me miſero, &c.* *Cur Sanctos invocemus.*

Ex 4. ſæculo.

D. Baſilius Magnus anno Chriſti 370. Hom. 20. in 40. martyres. *Qui aliqua premitur anguſtia, ad hos confugiat; qui rurſus lætatur hos oret. Hîc ut à malis liberetur, ille ut duret in rebus lætis.* In Liturgia, *ſanctifica animas & corpora interceſſione ſanctæ Dei genitricis, &c.* Ita & D. Athanaſius anno Chriſti 350. Epiſt. ad fœlicem Papam D. *In anguſtiis ad ſanctos recurrẽdos.*

Digitized by Google

Ephrem. anno Chriſti 370. orat. de laudibus DEI Genitricis D. Gregor. Nanz. anno Chriſti 380. oratione 20. quæ eſt oratio in laudem D. Baſilij magni.

Ex 5. ſæculo.

D. Ioannes Chryſoſtomus qui in fine 4. ſæculi vixit & in fine 5. In Liturgia, *Mater cognita es ſine fallacia quæ verum peperiſti Deum ipſum ſupplica, ut animas noſtras ſalvet.* Vide & in Hom. de pœnit. Ita & Theodoretus anno Chriſti 450. lib. 8. Græcarum affectionum.

Sancti pro nobis orant in Cælis.

Concilium Chalcedonenſe anno Chriſti 453. Act. 11. *Flaviano æterna memoria. Ecce ultio, ecce veritas. Flavianus poſt mortem vivit, Martyr pro nobis oret.*

Ex 6. ſæculo.

Iuſtinianus Imperator anno Chriſti 540. lib. 1. C. de off. Præf. Præt. af. *Hoc deprecantes exoramus & glorioſæ ſemper Virginis, & DEI genitricis Mariæ precibus, ut quidquid minus eſt, per nos ultimos ſervos ſuos reſtituat in nomine ſuo Deus, & dignos nos faciat ſervitium ejus adimplere, &c.* Ita & Ioannes Patriarcha Hieroſolymit: anno Chriſti 550. Epiſt: ad Ioannem Patriarcham Conſt.

Ex 7. ſæculo.

Sexta

Sexta Synodus Chalcedonenſis anno Chriſti 680. cap. 7. *Vnuſquiſq; Chriſtianus ſolo Deo adorato, invocet Sanctos, ut pro ſe intercedere apud Majeſtatem divinã dignentur.*

Ex 8. ſæculo.

Synodus Nicæna 2. anno Chriſti 790. Act. 3. & 6. *Cum Dei timore omnia agamus, poſtulemus interceſſionem incontaminatæ Deiparæ, & ſemper Virginis Mariæ: Item Angelorum, omniumq; Sanctorum.* Iterum cit. act. 3. *Apoſtolicas Eccleſiæ traditiones, quibus veneratio culturaque ſanctorum docetur, recipimus ac veneramur: eos autem ut miniſtros & amicos, & filios Dei exiſtentes honoramus: Honor enim, qui conſervis idem ſentientibus invicem exhibetur indicium eſt benivolentiæ erga Dominum. Sunt enim promptuaria Dei, & pura Chriſti habitacula, Spirituſq; ſancti immaculata ſpecula.* Vide D. Damaſc. anno Chriſti 730. Orat. 1. de nativit. Mariæ, & in ſanctiſs. Dei Genit. annunciationem, & lib. 4. de orth. fide cap. 16.

Invocatio Sanctorum Apoſtolica traditio.

Habes hic contra adverſarios traditionem Apoſtolicam eſſe de invocatione ſanctorum.

Ex 9. ſæculo.

Nicephorus Patriarcha Conſtant. anno Chriſti 813. Epiſt. ad Leonem 3. *Ex-*

Digitized by Google

oſculor & amplector patrocinia ſanctiſſimæ & immaculatiſſimæ ſemper Virginis, ac Dominæ noſtræ Dei Matris.

Imperator ad 8. Synodum pro invocatione Sanctorum.

Baſilius Imperator anno Chriſti 860. orat. ad octavam Synodum, *Oramus ſuper omnia ſanctum Dominum, omnes melioratos, & ſecundum ei beneplacentem voluntatem clareſcentes, non ſolùm à divina ira intentatos manſuros, ſed æterna bona conſecuturos, orationibus & interceſſionibus ſanctiſſimæ Dominæ noſtræ Dei genitricis, & omnium ſanctorum, Amen.* Ita & Leo Imperator anno Chriſti 880. orat. in obdormitionem ſanctæ Deiparæ. Ita & Ioannes Patriarcha Hieroſ. anno Chriſti 810. Ad finem vitæ D. Damaſcen.

Ex 10. ſæculo.

Simeon Metaphraſtes anno Chriſti 950. De ſancta Agatha. *Quinto Februarij Feſtum ſanctæ Agathæ celebrantes glorificamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ut nos quoque ſanctis eius interceſſionibus accipiamus remiſſionem peccatorum, & magnam miſericordiam,* &c. Vide & Suidam anno Chriſti 970. contra Conſtantinum Copronymum, quem vocat impuriſſimum: quia negavit Sanctorum invocationum.

Ex 11. ſæculo.

Euthy-

Euthymius anno Chriſti 1080. Encomio in adorationem venerandæ Zonæ ſanctiſſimæ Deiparæ cap. 19. poſt aliqua. *Sine impedimento clamemus ex corde: Ne aſſiduas preces noſtras repudies, à intemerata, &c.*

Ex 12. ſæculo.

Eſt Michael Glicas anno Chriſti 1110. parte 2. Annalium. fol. 269. Ex 13. ſæculo eſt Michael Choniates Orat. funebri in Nicetam Choniatem. Nicolaus Cabaſilas anno Chriſti 1280. de Liturgia cap. 49. Ex 14. ſæculo. Ioannes Cantacuſenus anno Chriſti 1350. ſermone Chriſti contra Mahomet: Et Apol. 3. *Chriſti Martyr Georgius à nobis Chriſtianis colitur, quem etiam Muſalvani in honorrem habent.*

Scriptores aliquot ſæculorum.

Ex 15. ſæculo.

Gennadius Scholarius anno Chriſti 1440. In Concilio Florent. ubi Græcorum nomine gratias egit. *Id quod ratum fac ſancte Deus, Rex verè & conditor meus, per preces Deiparæ, & ſanctiſſimæ Virginis Mariæ, ſanctorum Angelorum, & omnium Sanctorum, &c.* Vide eum, & de ſanctorum fruitione ſect. 5.

Gratiarum actio Græcorum in Concilio Florentino, in quâ de invocatione ſanctorum agitur.

Ex 16. ſæculo.

Zaga Zabo Epiſcopus Æthyops anno Chriſti 1530. In Confeſſ. fidei Æthyopicæ,

Credo

Sancti venerandi & invocandi.

Credo ſanctos Prophetas, & Apoſtolos Martyres & Confeſſores veros Chriſti imitatores fuiſſe, quos cum ſanctiſſimis Dei Angelis veneror, & honoro: pariq; modo etiam omnes illorum ſectatores complector, & deoſculor.

Ioannes Baſilius Dux Moſcovitarum anno Chriſti 1570. Reſponſ. ad Ioannem Rohitam cap. 6. *Honoramus Beatos Apoſtolos, quod ſint noſtræ ſalutis adjutores, viæ ductores: Nos oramus atq; invocamus, ut quæ nobis tradiderunt, ea percipiamus.*

Invocatio ſanctorum à ſanctis Patribus.

Græci Venetijs agentes anno Chriſti 1576. Epiſt. ad Cardinalem Guiſianum Reſponſ. 6. *Ex divinorum Patrum traditione ſic dicere conſuevimus ſancte Apoſtole Petre (vel quicunq; tandem Apoſtolorum fuerit) deprecare pro nobis peccatoribus. ſimiliter ſolemus appellare ſingulos ſanctorum ordines, &c.*

Nota ipſos dicere ex Divinorum Patrum traditione ſanctorum invocationẽ: inde pono cenſuram Orientalis Eccleſiæ contra adverſarios, ut totus mundus ſciat, Romanam Eccleſiam ſemper rectè ſenſiſſe de Invocatione Sanctorum.

Cenſura Orientalis Eccleſiæ in Confeſſionem Auguſtanam.

Doctrina Lutheranorum.

Vigeſimum primum caput & idem ultimum conſiderationis veſtræ de venera-

ratio-

ratione & cultu ſanctorum inſtitutum eſt. Memorias ſcilicet ſanctorum utilitèr celebrari, easque ad id ſolùm, ut fides noſtra ſolidetur & confirmetur conferre, dùm cogitamus eos gratiam & auxilium fide, divinitùs conſecutos eſſe.

Nos autem ſic dicimus invocationem quidam verè & propriè ſoli Deo convenire, illiq; primò & proprijſſimè deberi; eam autem quæ ſanctorum eſt, invocationem non propriè dici; ſed ex accidenti, ut ita dicam, quodamodo, & ex gratiâ, & ex privilegio quodam, &c. Ego, inquit, *vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſæculi. Et de eâ quidem invocatione quæ ipſi Deo debetur Paulus ad Rom. ſcribit. Quomodo,* inquit, *invocabunt, in quem non crediderunt? DEVM, inquam, ſine omni dubio intelligens. Quod autem & nos ſoli Deo propriè invocationem tribuimus; patet ex ipſa ſacrâ arcanorum celebratione, ubi ſic Deum compellamus.* Dignare nos Domine, liberè & cum bonâ veniâ audere te cœleſtem Deum Patrem invocare, dicentes: Pater noſter qui es in Cœlis. *Et rursùm.* Domine Deus virtutũ ſis nobiſcum, &c. *Et iterùm. Alium præter te Deum non agnoſcimus. Mediatores autem facimus omnes ſanctos. In primis autem & excellentèr ante alios*

Matth. ult.

Rom. 10.

Soli Deo propriè invocatio tribuitur, nec ſanctos, ut adoramus vel invocamus, ut mentiuntur Adverſarij.

lios omnes, ipſam Dei genetricem matrem Dei. Secundùm hanc autem, atq; ſecundùm Angelorum; atque aliorum ſanctorum Choros, Templis, donarijs ſupplicationibus ſacris imaginibus eorum; non proprio Dei cultu, ſed relatè & conſideratione quadam ad ipſa exemplaria, honorem facimus, illiſq; advolvimur. Scimus enim eum honorem qui λατρεία dicitur, ſoli Deo deferri; neq; alium Deum extra cognoſcimus, neq; adoramus Deos alienos, neq; in ſanctis, eorumq; imaginibus venerandis nimij ſumus; ſed intra modum, metuentes ſcilicet, ne cum honorem qui Dei proprius eſt, illis deferamus: quod abſit. Res enim eſt impia, & à Chriſti Eccleſiâ, ejuſq; alumnis alieniſſimâ, verè, & non ad aliud relatè ſacras imagines adorare; quarum omnis honor ad prima eorum exemplaria, inquit D. Baſilius, referri debet. Cœterùm & omnes alios ſanctos mediatores nobis & advocatos conſtituimus, nec in præſenti tantùm hac vitâ, ſed etiam in futurâ. Nam ſancti, atq; adeò non minus ipſa mundi domina pro nobis exorat, &c. Subdit infra modum invocandi. *Sanctiſſima Domina noſtra, Dei Mater, intercede pro nobis peccatoribus. Omnes Cœleſtes virtutes ſanctorum Angelorum & Archangelorum Chori, orate pro nobis, &c.* Hoc refert ex D. Baſilio.

Sancti invocandi & colendi, ſed non cultu Latriæ, qui ſoli Deo debetur ſed cultu hyperduliæ, ut Beata Virgo vel Duliæ ut alij Sancti.

Quomodo ſanati invocãdi ſint contra adverſarios.

Habes clarè adverſarios non habere ſuam doctrinam ex orthodoxis ſcriptoribus Græcis.

Quod hanc ſuam doctrinam non habeant ex Patribus Latinis & ſcriptoribus orthodoxæ fidei, oſtendo.

Latini.

Ex 3. ſæculo.

D. Cyprianus anno Chriſti 250. De Stella & Magis & Innocentium morte. *Innocentes in ordine ſanctorum Protomartyres primum habeant locum & ſecretorum conſcij divinorum, propinquitate familiariſſimâ clementiam Dei pro noſtris exorent laboribus, &c. Hi itaque à cunabulis in Cœlum translati, facti ſunt ſuperni capitolij ſenatores & judices, nonnullis veniam obtinentes immeritis; aſſiſtuntq; miſerationibus & ultionibus divinis,* &c.

Innocentes primum habent locum inter martyres, & orant pro nobis.

Sancti veniam pro nonnullis obtinent, aſſiſtuntq; noſtris miſerationibus & ultionibus divinis.

Habes ex iſto ſancto ſanctos pro noſtris laboribus exorare & veniam pro nonnullis obtinere, quod eſt ſignum noſtros labores cognoſcere, & orationes quas ſolemus ad ipſos in noſtris neceſſitatibus fundere cognoſcere, quod Adverſarij negant, contra ſacram ſcripturam, quæ dicit Lucæ 15. *Ita gaudium erit in Cœlo ſuper uno peccatore pœniten-*

tentiam agente, quam ſuper nonaginta novem juſtis, qui non indigent pœnitentia, &c. Hæc verba ſatis indicant Angelos in Cœlo cognoſcere pœnitentiam quam agunt in hoc ſæculo peccatores cognoſcere, alioquin non poſſent de ea gaudere; etenim de re incognita nemo gaudet. Quomodo autem cognoſcant? Dico vel ipſo Deo oſtendente in ſua divina eſſentia, quæ eſt ſpeculum omnium rerum repræſentativa, prout ipſo Domino placuerit, vel Angelo cuſtode proprio uniuſcujuſque renuntiante, prout & Deo placuerit, nam ipſi ad noſtram cuſtodiã ſunt deputati, prout tota ſancta Mater canit Eccleſia in feſto ſolemni determinato pro ipſo Cuſtode Angelo.

Angeli in Cœlo exiſtentes pœnitentiam quam peccator agit in hoc ſæculo agnoſcũt.

Ex 4. ſæculo.

D. Ambroſius anno Chriſti 370. lib. de Viduis. *Obſecrandi ſunt Angeli pro nobis qui nobis ad præſidium dati ſunt. Martyres obſecrandi, quorum videmur nobis quoddam corporis pignore patrocinium vendicare. Poſſunt pro peccatis rogare noſtris, &c. Non erubeſcamus eos interceſſores noſtræ infirmitatis adhibere, &c.* Hæc ille.

Habes hic contra adverſarios nos debere invocare Sanctos, eos pro noſtris

pecca-

peccatis dimittendis orare DEUM, & noſtros interceſſores eſſe apud DEUM, conſequentèr quæ hic agimus ſcire, etiam in particulari juxta authoritatem citatam, Lucæ 15. Vide ipſum ſanctum & orat. 2. præparante ad miſſam, ubi & Beatiſſimæ Virginis implorat ſuffragia, & ſanctorum Apoſtolorum interceſſionem, Martyrum & Confeſſorum preces & orationes.

Multa documenta contra adverſarios.

D. Hieronymus anno Chriſti 390. Epiſt. 53. ad Riparium. *Honoramus Martyrum reliquias, ut eum cuius ſunt Martyres adoremus: honoramus ſervos, ut honor ſervorum redundet ad Dominum, qui ait Matt. 10: Qui vos ſuſcipit me ſuſcipit.*

Honor ſanctorum redundat in Deum.

Nota hìc contra adverſarios qui dicunt nos ſanctos adorare ut Deos, quod falſiſſimũ eſt: ultimatè enim honor quem tribuimus ſanctis in DEUM redundat, & ob hunc finem fit.

Ex 5. ſæculo.

D. Auguſtinus qui vixit in fine 4. ſæculi & principio 5. ſerm. 18. de ſanctis, *Sancta Maria ſuccurre miſeris, juva puſillanimes refove flebiles, ora pro populo, interveni pro Clero intercede pro devoto fœmineo ſexu,* &c. Vide eum & in lib. medit. cap. 35. & cap.

Beata Virgo orat pro populo, intervenit pro Clero, intercedit pro ſexu devoto fœmineo.

Digitized by Google

cap. 4. Et de cura pro mortuis agenda cap. 4. ſerm. 1. de ſancto Stephano ſerm. 17. de verbis Apoſtoli. Vide & D. Fulgentium anno Chriſti 490. ſerm. de laudibus Beatæ Mariæ ex partu Salvatoris. Vide & D. Leonem Magnum año Chriſti 450. ſerm. 5. de Epiphania Domini cap. 4. ſunt quamplurimi alij orthodoxi pro hoc ſæculo, quorum dicta vide apud Iodocum Coccium Tom. 1. Theſauri Catholici lib. 5 de ſanctis Eccleſiæ art: 6.

Ex 6. ſæculo.

Deus ſalvat nos ſed B Virgo intercedit.

D. Gregorius Magnus anno Chriſti 590. in antiphonario. *Salvator mundi ſalva nos: Sancta Dei genitrix virgo Maria ora pro nobis.* Vide eum & lib. 3. Dialog: cap: 24. Vide & D. Gregorium Turonenſ: anno Chriſti 570. lib 4. ſancti Martini.

Ex 7. ſæculo.

Invocantur Sancti communi voluntate Orthodoxorũ.

Synodus Cabilonenſis anno Chriſti 658. Cap. 1. *Nunc tàm ex communi omnium voluntate, quàm ex evocatione, vel ordinatione Domini Clodovai Regis, pro zelo religionis, vel orthodoxa fidei dilectione, in Cabilonenſi Vrbe in Eccleſia ſancti Vincentij paritèr comglobati ipſius ſancti Martyris interceſſionem poſcentes,* &c. Vide pro hoc ſæculo & Hildephonſum Tolet: anno Chriſti 660. De Virginitate

nitate Dei genitricis Mariæ cap. 12. & ſerm: 1, 2, 3, 4, & 6. de aſſumpt: B. Mariæ Virg.

Ex 8. ſæculo.

Venerabilis Beda, qui in fine vixit 7. ſæculi & principio 8. hymno in natali ſanctæ Dei genitricis.

Et tu beata præ omnibus
Virgo Maria fœminis
Dei genitrix inclyta
Noſtris faveto laudibus.

Ita & Zacharias Papa anno Chriſti 730. Epiſt: 11. ad Bonifacium Alcuinus anno Chriſti 750. de uſu Pſalm: fol: 48. Adrianus 1. anno Chriſti 780. Epiſt. ad Conſtantium & Irenem quorum dicta vide apud Iodocum Coccium Tom: 1. cit: lib: 5. de ſanctis Eccleſiæ art: 6. & 12.

Ex 9. ſæculo.

Remigius Antiſiodorenſis anno Chriſti 880. ad Pſal: 121. *In quo hæreſis illorum deſtruitur, qui dixerunt ſanctis non eſſe ſupplicandum, quoniam neſcirent quid hîc circa pulverem eorum ageretur: Cum etiam Dæmones tantæ levitatis & velocitatis ſint, ut uno perè eodemque momento, & hîc, & in Babilonia ſint, ſed multò magis hac efficacia credenda eſt in animabus Sanctorum, quæ quanto dæmonibus*

Hæretici ſunt qui Sanctorum invocationē negant.

Velocitas Beatorum.

ſunt beatiores, tanto ſunt perſpicaciores. Vos Sancti DEI rogate nobis exhiberi ea, quæ ad pacem ſunt, & beatitudinem, quæ in cæleſti patria eſt, conſequendam ſunt valentia. Rogamus etiam, & nos pro nobis & pro omnibus aliis.

Hinc habes adverſarios eſſe hæreticos qui negant invocationem Sanctorum, quia, ut aiunt, ignorant quid agamus in hoc ſæculo. Vide & Altercationem Synagogæ & Eccleſiæ año Chriſti 890. cap. 16.

Ex 10. ſæculo.

Eſt Radulphus Flavienſis anno Chriſti 930. lib. 1. in Leviticum cap. 4. Eſt & Notgerus Leodienſis anno Chriſti 960. in vitâ ſancti Remachi. Pro 11. ſæculo ſunt multi, ſed maximè D. Anſelm⁹ Cantuarienſis anno Chriſti 1080. De excellentiâ B. Virg. cap. 6. *Invocato nomine matris, etſi merita invocantis non merentur, ut exaudiatur, merita tamen matris intercedunt, ut exaudiatur.* Vide & cap. 12. Vide & Petrum Damianum año Chriſti 1050. ſerm. 1. de S. Ioan. Evang.

Quod merita invocantis non merētur, Matris DEI merita intercedunt.

Ex 12. ſæculo.

D. Bernardus Hom. 66. in Cant. anno Chriſti 1130. *Irrident nos hæretici, quia baptizamus infantes, quod oramus pro mortuis, quod Sanctorum ſuffragia poſtulamus. Mortuos viven-*

Hæretici irrident eos qui invocāt Sanctos.

Digitized by Google

viventium fraudant auxilijs, viventes nihilominus Sanctorum, qui deceſſerunt ſuffragijs ſpoliantes.

Habes hîc ab ipſo ſancto Adverſarios eſſe hæreticos, primò quoad Anabaptiſtas ratione baptiſmatis infantum: quoad alios in hoc quod dicunt non orandum pro mortuis; quia purgatorium negant, & quoad invocationem Sanctorum. Ex 13. ſæculo.

Sunt quamplurimi, ut Thomas Aquinas anno Chriſti 1250. in expoſit. ſalut. Angelicæ, & pluribus alijs in Locis. D. Bonaventura anno Chriſti 1260. in carminibus ſuper ſalve Regina. Pro 14. ſæculo ſunt Auguſtinus Triumphus anno Chriſti 1320 De poteſt. Eccleſ. quæſt. 17. art. 3. *Sancte Petre ora pro nobis.* Franciſcus Petrarcha anno Chriſti 1350. ad Mariam Magdalenam. Pro 15. ſæculo ſunt Ioannes Gerſon anno Chriſti 1420. de mendicitate ſpirituali parte 2. Laurentius Iuſtinianus anno Chriſti 1430. ſerm. de Nativit. Mariæ. *Vt univerſa hæc facilius mereamur, tu ò beata Dei genetrix Virgo fœcunda, Cœli porta, delinquentium ſpes, pro nobis intervenire digneris. Non te repellet qui naſci voluit ex te.*

Ex 16. ſæculo.

Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. De Invocatione Sanctorum. *Mandat ſancta Synodus omnibus Epiſcopis, &c. ut fideles diligenter inſtruant docentes eos ſanctos, unà cum Chriſto regnantes, orationes ſuas pro nobis Deo offerre; bonum atq; utile eſſe eos ſuppliciter invocare; &c.*

Lutherus vocat Pighardos hæreticos, perverſores ſcripturæ ſubdoles & calumniatores quia negant ſanctorum invocationem

« Lutherus idem quod nos docuerat.
« Tom. 1. Ien. Lat. fol. 127. pag. 1. Declam.
« popul. de 1. præcepto Decalogi. Verùm,
« ait, ne Pighardi hæretici infœlices ſuas
« partes à me adjutas confidant, qui præ
« nimiâ ruditate, nobis Teutonicos, (ſu-
« perbiſſimo faſtidio indignati) imponunt
« quod ſanctos Dei colamus, & idola fa-
« ciamus: Et ideò contra nos acervum
« verſuum ſcripturæ congregant, in qui-
« bus prohibetur, ne adoret quis, niſi unũ
« Deum. Et ut nobis apud ſuos juſtiſſi-
« mam invidiam conflare videantur, inſi-
« dioſiſſimè omittunt, quod ſcribitur Rex
« David, & Salomon, & multi alij adorati.
« Simul impij perverſores ſcripturæ, &
« ſubdoli calumniatores pietatis noſtræ.
« Ita enim ruſtici illi, nos tandẽ docent,
« quod ſolus Deus ſit adorandus, & glo-
« riantur, ac ſi nos idipſum negaverimus

unquam, cum tamen negare nō poſſunt, »
frequenter aulicos regios honorari, ac »
veluti adorari, ut faciliùs ad Regem per- »
veniatur. »

Propter horum itaque rudiſſimam & »
inſulſiſſimam ruſticitatem. Dico ego ad » Cap. 5.
Sanctorum ſuffragia recurrendum om- »
ninò ſicut in Iob dicitur. *Et ad Sanctorum* »
aliquem convertere. Et ſicut Salomon Pa- » Pſal. 131.
trem ſuum allegat. *Memento Domine Da-* »
vid, &c. Sed & Iacob Patriarcha dixit » Gen. 48.
de Ephraim & Manaſſe. *Invocetur nomen* »
meum ſuper pueros iſtos, & nomina Patrum »
meorum Abraham & Iſaac, &c. Hæc ille. »

Ex his ore tuo te judico Luthere, te nimirùm eſſe hæreticum qui poſteà negaſti Sanctorum invocationem, te eſſe perverſorem ſcripturæ, ſubdolum & calumniatorem pietatis noſtræ, qui ſuperbo faſtidio indignatus, imponis nobis quod Sanctos Dei colamus & idola faciamus. Idola non facimus; quia non ut Deos adoramus Sanctos, & cultu latriæ, ſed ut Dei amicos & aulicos regios, ut & tu doces, cultu hyperduliæ, ut B. Virginem, vel Duliæ, ut alios ſanctos, quod totum redundat in honorem & gloriam Dei; nam honor & cultus qui

Lutherus ipſe hæreticus.

Digitized by Google

cis defertur, in gloriam & honorem Dei cedit, ut vidimus ex Cenſurâ totius orientalis Eccleſiæ. Et per hoc, & per alia dicta ipſius Lutheri omnia argumenta ſolvuntur, quæ ſolent contra nos obijci ab illo, & ſuis, quaſi idololatræ eſſemus contra primum præceptum Decalogi, Exodi 20. & Deut. 20. *Non habebis Deos alienos coram me, &c.*

Solvuntur omnia argumenta adverſariorum unâ reſponſione.

Objectio adverſariorum nulla.

Nec curo quod dicant Adverſarij hæc ſcripſiſſe, dùm erat adhuc imbutus in principijs Papiſticis, nam non unâ vicê, ſed pluribus vicibus hoc ſcripſit, *ut in lib. de præparatione ad mortem.* In Epiſtolâ ad Georgium Spalatinum, & in Epiſt. ad Erphordienſes, vbique admittit Sanctorum invocationem. Dum ſcripſit has epiſtolas non erat in Papatu. Plura in contradictionibus.

Lutheri mendaciũ.

Ex his omnibus nota quam fallax ſit homo iſte & mendax; Dicebat, vt in principio vidimus, Sanctorũ invocationẽ nõ eſſe mandatã, nec Conſilo nec exemplo, nec teſtimonio ſcripturæ niti. Totũ contrariũ oſtendimus, etiam per ipſum, ſed audi mirabiles ipſius contradictiones.

Lutheri Contradictio 1. de invocatione Sanctorum.

In

In articulis Smalcaldicis in lib: Con- »
cordiæ pag: 310. ut in principio viſum »
eſt, dicit quod invocatio Sanctorum eſt »
etiam una pars abuſuum & errorum »
AntiChriſti, pugnans cum primo Arti- »
culo. Hos Articulos ſcripſit anno 1537. »
Vt patet in lib. Concord: pag: 298. »

In Catechiſmo autem majori de 2. »
præcepto non aſſumes nomen Domini »
Dei tui in vanum, pag. 422. ſic habet. »
Præterea puerorum illud exercitium, ut »
ſe cruce, vel pretiuncula muniant, audita »
re aliqua terrifica & horribili: dicentes. »
Cuſtodiat nos Deus Pater, auxiliare Do- »
mine Iesu Chriſte, aut tale quidpiam. »
Ita quoque, ſi cui præter ſpem aliquid »
boni contigerit, quamtulumcunq; tan- »
dem ſit, ut dicat Deo, ſit laus & gratia, »
cujus munificentia hoc mihi obtigit, &c. »
Quemadmodum quondam pueri Paren- » *Lutherus*
tum monitu conſueverunt Divum Nico- » *jejunandũ*
laum & jejunio honorare & precibus » *eſſe & ſan-*
invocare. Hæc inquam ſi fierent, eſſent » *ctos eſſe in-*
multo gratiora Deo, & acceptiora quàm » *vocandos.*
ulla vita monaſtica, aut fucata Carthu- »
ſianorum ſanctimonia, &c. Hæc ille. »

Nota diligenter hæc, quia è doctrina
Catechiſmi, ne ſyllaba quidem vult eſſe

recedendum. Nam in Præfat: ad Catechiſmum minorem in lib: Concordiæ
« eorum pag:361. ſic habet. Illorũ diligen-
« tiam imitari nos convenit, & danda ope-
« ra eſt, ut ſimplicioribus, & junioribus ſic
« illa proponamus, ut ne una quidem ſyl-
« laba immutetur, quotieſcunque tandem
« catechiſmum doceas, & ut perpetuò ſit
« ſui ſimilis tractatio, &c. Hæc ille.

Lutherani Catechiſmo Lutheri & articulos Smalcaldicos recipiũt.

Adverſarij noſtri in Præfat: ad lib: Concordiæ acceptarunt doctrinam utriuſque Catechiſmi Lutheri & Majoris ſcilicet & minoris, & Articulorum Smalcaldicorum, tanquam Propheticam, & Apoſtolicam: quare ajunt, nos ne latum quidem unguem, vel à rebus ipſis vel à phraſibus quæ in Confeſſione Auguſtana habẽtur diſcedere decrevimus, in qua & vidimus & ſanctorum invocatio reprobatur.

Contradictionem oſtendo.

In Articulis Smalcaldicis reprobat ut viſum eſt invocationem Sanctorum, ut partem errorum & abuſuum Antichriſti. Quod & Melanchthon fecit in Apologia quæ in libro Concordię inſerta eſt, quam & ipſi adverſarij recipiunt, vide pag. 226. lib: Concordiæ. In

In Catechiſmo, ut viſum eſt, ſuadet invocationem Sanctorum, dicens quod ſi pueri jejunio honorarent Divum Nicolaum, ſicut olim faciebant, quod iſta multò eſſent gratiora & acceptiora Deo quam ulla vita monaſtica.

Arguo impoſſibile eſt idem eſſe odibile & non odibile, gratum & acceptum Deo, & non.

Per hoc quod invocatio Sanctorum eſt error Antichriſti eſt odibilis DEO: quia Sap: 14. *Similiter odio ſunt impius & Deo, & impietas ejus*: per hoc autem quod eſt grata & accepta DEO Sanctorum invocatio, non eſt odibilis, ergo idem erit odibile & non odibile gratum & acceptum, & non gratum & non acceptum quæ ſunt contradictoria.

Præterea dicit in ijſdem Articulis pag. cit: invocationem Sanctorum eſſe maximè pernitioſam.

Arguo nulla una & eadem res, coram DEO, poteſt mihi eſſe pernicioſa ad ſalutem & grata & accepta DEO: ſed per te Luthere invocatio Sanctorum eſt pernicioſa, ergo non grata & accepta, cujus tamen contrarium docuiſti.

Arguò iterùm pro altera parte contradi-

traditionis. Quod eſt gratum Deo & acceptum, non poteſt eſſe pernicioſum; ſed ſi invocatio Sanctorum fieret eſſet grata & accepta Deo, imò gratior & acceptior quam ulla vita monaſtica per te, ergò.

Dato & non conceſſo, quod vita monaſtica non eſſet, ita grata Deo, & accepta, ſicut invocatio Sanctorum, tamen habemus non eſſe errorem Antichriſti, ex quo per te eſt grata & accepta: imò dicis qūod ſi iſtà fierent nempe jejunio honorarent Divum Nicolaum & precibus invocarent, quod eſſent gratiora & acceptiora Deo, ergo & Religio monaſtica eſt accepta Deo per te & grata, ſed illa gratiora, utrumq; bonum, ſed unum melius altero, ergò non error Antichriſti Sanctorum invocatio.

Contradictio 2.

Dicebat in Articulis citatis, ut vidimus in principio, Invocationem Sanctorum nō eſſe mandatam nec conſilio nec exemplo, & tamen conſulit & ſuadet eam in Catechiſmo ut vidimus, & exemplum adfert de pueris, qui quondam jejunio honorabant Divum Nicolaum, & precibus invocabant. Videsné contradictionem.

Con-

Digitized by Google

Contradictio 3.

In lib Concordiæ pag. 382. in Cate- »
chiſmo minori hæc habet. »

Quo pacto Paterfamilias ſuam familiam formas benedictionis unam mane, alteram veſperi dicendam ſimpliciſſimè docere debeant.

Mane cum ſurgis è lecto, ſignabis te ſigno ſanctæ Crucis, dicens:

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus »
ſancti, Amen. »

Deinde innitens genibus, vel ſtans dicas Symbolum & orationem Dominicam. His potes & hanc precatiunculam addere:

Gratias ago tibi mi Pater cœleſtis per »
Ieſum Chriſtum Filium tuum dilectum, »
quod me hac nocte ab incommodis om- »
nibus ac periculis conſervatū cuſtodie- »
ris, &c. In fine autem orationis ſic habet. » *Lutherus*
Tuus ſanctus Angelus ſit mecum ne Dia- » *Angelum*
bolus in me quidquam poſſit, Amen. » *cuſtodem invocat.*

Quid rogo volunt illa verba: Tuus Angelus ſit mecum, ne Diabolus in me quidquam poſſit? Annon hoc eſt Angelum & Sanctum invocare?

Similiter veſperi cum confers te cubitum ſignabis te ſigno ſanctæ crucis, dicens:

In

« In nomine Patris & filij, & ſpiritus ſancti,
« Amen.

Deinde flexis genibus, vel ſtans dicas Symbolum & orationem Dominicam. His potes & hanc precatiunculam addere:

« Gratias tibi ago, mi Pater cœleſtis, per
« Ieſum Chriſtũ filiũ tuũ dilectũ, quod me
« hodie gratuitâ miſericordiâ & bonitate
« tuâ cuſtodieris, &c. Vide ibi. Concludit.
« Tuus ſanct⁹ Angelus ſit mecũ, ne Diabol⁹
« in me quidquam poſſit, Amen. Hæc ille.

Prædicantes ſupra doctrinam contradictoriam jurant.

Hoc eſt ſanè clarè Angelos ſanctos cuſtodes noſtros invocare, ut à malis quæ à Diabolo nobis inferri poſſunt, ut ipſe timet, nos cuſtodiant. Iam ergò non eſt pars abuſuum & errorum Antichriſti pugnans cum primo articulo, ut dicebat in articulis Smalcaldicis. Videant Prædicantes, & ſcholarum Rectores qui coguntur jurare ſupra doctrinam Libri Concordiæ, ut ſupra doctrinam Catholicam veram, & Apoſtolicam; nam ſupra doctrinam contradictoriam & ſibi ipſi repugnantem jurant, vt oſtendi, miſeri homines ſeipſos & plebẽ decipiẽtes. Videant & an hanc doctrinam de ſigno crucis ſuos ſubditos doceant, nam onerantur eorum conſcientiæ. Lege literas Chri-

Chriſtiani II. Ducis Saxoniæ, in principio Libri Concordiæ.

Ex his XII. Articulis clarè habes Adverſarios falsè & malitiosè dicere Eccleſiam veram non duraſſe vel non permanſiſſe in puritate doctrinæ, niſi per quinque ſæcula prima, nimirùm uſque ad tempus D. Gregorij Magni qui vivebat anno Chriſti 1590. & illo tempore defeciſſe: Oſtendi enim doctrinam fidei quam docet ſancta Romana Catholica & Apoſtolica eſſe eandem, & ſemper fuiſſe, quam Chriſtus docuit, Apoſtoli prædicaverunt, & ſancti Patres ſacraque Concilia, nec non veræ & orthodoxæ fidei Scriptores omnium ſæculorum uſq; ad noſtrum tenuerunt, cum & hoc ſit contra aperta Chriſti verba dicentis. *Et portæ inferi non prævalebunt adversùs eam.* *Matth. 16.*

Eccleſia Romana non defecit in puritate doctrinæ, ſed ſemper perſeveravit.

Reſtat videre quos habeãt fautores & Patronos.

Vigilantius Gallus anno Chriſti 402. Sanctorum invocationem negavit. *Ita D. Hieronymus contra Vigilantium cap. 3.*

Hæretici antiqui.

Mahometus anno Chriſti 630. Azaora 49. Sanctorum invocationem improbat.

Conſtantinus Copronymus præcepit año Chriſti 740. ne quis Mariæ interceſſionẽ imploraret, quod nemini opitulari poſ-

« poſſet, nevè Sanctorum interceſſio, quod
« nihil poſſet, peteretur. *Ita Theoſterictus*
« *orat. in ſanctum Nicetum. Glicas 4. par. annal.*
« Claudius Taurinenſis año Chriſti 800.
« ſecutus eſt hos hæreticos. *Ita de eo Ionas*
« *Aurel. de cultu Imag. lib. 3.* Secuti ſunt &
« eos anno Chriſti 1130. Petrus Bruſius &
« Henricus Tholoſanꝰ. *Ita de ijs D. Bernar-*
« *dus ſerm. 66. ſuper Cantica.* Cathari anno
« Chriſti 1150. ſecuti ſunt eos. *Ita Guido de*
« *Catharis, quod & idẽ aſſerit de Waldenſibus hæ-*
« *reticis. Ita & Æneas Sylvius hiſtoria Bohem.*
« *cap. 35.* VViclefus ſecutꝰ eſt hos hæreticos
« cap. 3. Trialogi año Chriſti 1390. Secutus
« eſt eos Guilielmus Sartorius año Chriſti
« 1520. qui Londini in Angliâ ſupplicio af-
« fectus eſt. *Thomas Waldenſis de eo Tom. 3. tit.*
« *13. cap. 17.* Dicebat enim ille hæreticꝰ, quod
« orare aliquam creaturam eſt cõmittere
« Idololatriam. Idem docuit Lutherus in
« Articulis Smalcaldicis. *Vide Prateolũ lib. 2.*
« *Elen. Alphab. omniũ hæreſ. De Bohemis qui ne-*
« *gant Sanctorũ invocationem, prout Ioannes Hus*
« *eos docuit. Vide & lib. 5. de Eunomianis qui circa*
« *annum Chriſti 358. ſurrexerunt. Vide & lib. 9. de*
« *Ioanne Oecolampad. & lib. 11. de Mahom. err. 7.*

Hi ſunt fautores ſectariorum noſtri temporis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

Finis Primæ Partis.

Digitized by Google

Errata in prima parte Impreſſionis ſic corrigito.

PAginâ 9. in Margine lege Pontificem. Pag. 15. lineâ. 20. lege ſceleſti. Pag. 17. lin. 5. à fine l. ſceleſtum. Pag. 18. lin. 12. l. penitus. Pag. 19. lin. 13. l. diſſenſiones. Pag. 24. lin. 3. â fine l. refrænat. Pag. 26. lin. 8 â fine l. hypocritæ. Pag. 28. lin. 13. l. unum. Pag. 32. lin. 7. l. Eccleſia. Pag. 34. lin. 4. l. ſplendorem. Pag. 50. lin. 18. l. ſic. Pag. 58. lin. 3. l. eſt. Pag. 60. lin. 13. l. hodiernâ. Pag. 68. lin. 10. l. Pontifici. Pag. 83 lin. 7. à fine l. vitæ æternæ. Pag. 98. lin. 17. l. volens. Pag. 107. lin. ult. l. fecit. Pag. 110. lin. 13. l. patiemur. Pag. 113. lin. 6. à fine. l. diliget. Pag. 138. lin. 16. l. impudicitijs, & ſuperfluit non. Pag. 141. in penult. lin. ſuperfluit. ut Pag. 144. lin. 1. l. non potes. Pag. 149. l. 18. l. quantiſcunq; Pag. 150. lin. 4. l. ſobrij. Pag. 150. lin 6. l. quem. Pag. 156. in margine l. illa. Pag. 160. lin. 4. l. perficit. Pag. 163. in margine adſunt, & juſtificant. Pag. 163. lin. 14. l. ſufficiat. Pag. 171. in margine l. fides. Pag. 177. lin. 3. l. Chriſtianæ! Pag. 181. lin. 16. l. fixerunt. Pag. 196 lin. 21. l. filios. Pag. 210. lin. 22. l. irreiterabile. Pag. 217. lin. 16. & 17. l. docente, ſuggerente. Pag. 220 lin. 6. à fine l. dignatus. Pag. 222. in marg. irreiterabilia. Pag. 222. lin. 18. l. confert. Pag. 223. lin. 10. l. Luciferianos. Pag. 224. lin. antepen. l. tuæ pietatis, & penult. muneris tui. Pag. 227. lin. 1. cum pane, porrectionem. Pag. 232. lin. 17. l. imitemur. Pag. 237. lin. 7. l. ſanctum. Pag. 237. lin. 20. l. ungantur. Pag. 260. in marg. l. ſit. Pag 269. lin. 3. à. fine l. querelam. Pap. 283. lin. 3. à fine l. filij. Pag. 304 lin. 6. l. penitus. Pag. 319. lin. 3. à fine l. ſi. Pag. 322. lin. 9. l. Euchariſtia. Pag. 324. lin. 18. ſuperfluit admodum. Pag. 339. lin. 3. à fine l. ille. Pag. 345. lin. antepen. l. ſi prolatis. Pag. 375. lin. 9. l. Baſilienſe. Pag. 390. lin. 7. l. infirmi, & 8. impediti. Pag. 427. in marg. l. fide, Pag. 442. lin. 3. à fine l. ſuum. Pag. 453. in marg. l. fraternitas Pag. 455. in marg. l. gratia. Pag. 470. lin. 9. l. Carmelita. Pag. 470. lin. 18. l. citato. Pag. 487. in marg. l. attentâ. Pag. 487. lin. 13. l. munus. Pag. 489. lin. 20. l. præſentia multorum. Pag. 490. lin. 12. l. querelæ. Pag. 492. lin. 10. l. hæreticos. Pag. 497. in marg. l. ordinatione. Pag. 515. in marg. l. ut Deum adoramus. Pag. 516. in 2. marg. l. ſancti. Pag. 521. lin. 4. à fine l. levitatis, & ferè. Pag. 526. lin. 23. l. conſilio. Pag. 528. in marg. l. Catechiſmum.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

[…]ed by Google